8.48.L.4

NAZIONALE
R. BIBLIOTECA
CENTRALE V. E. II
M 8
48 C
4
ROMA

8.48.C.4

~~XVIII a 42~~

Digitized by Google

8° Bav. [illegible]. Rome.
med. 69.

Digitized by Google

Digitized by Google

BENEDICTI
HAEFTENI
SCHOLA CORDIS,

SIVE

AVERSI A DEO CORDIS,

AD EVMDEM

REDVCTIO

ET

INSTRVCTIO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Ex libris Monrij S. Crucis in Jerusalem Ord. Cister. in Urbe Roma anno 1721.

Digitized by Google

H 7 10

Digitized by Google


SCHOLA CORDIS
siue
AVERSI A DEO CORDIS
ad eumdem reductio, et inſtructio.
Auctore
D.BENEDICTO HAEFTENO
Ultraiectino,
Reformati monaſt. Affligeniensis,
Ordinis S. Benedicti,
Præpoſito.
Loquar ad Cor. Oſe. 2.
Audiam quid Loquatur in me Dominus. Pſalm. 84.
ANTVERPIÆ,
Apud HIERONYMVM ET
IOAN. BAPT. VERDVSSEN.
Cum gratia et priuilegio.
1663.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO

ET

REVERENDISSIMO

DOMINO

D. IACOBO BOONEN,

ARCHIEPISCOPO MECHLINIENSI, BELGICÆ PRIMATI, ABBATIÆ AFFLIGENIENSIS PRÆLATO.

ROMA

SCHOLAM hanc CORDIS, quam tumultuario opere, & velut aliud agens ſcripſi; lubens meritoque ILLVSTRISSIMO nomini Tũo, PRÆSVL AMPLISSIME,

Digitized by Google

inſcripſi. Debebam ſanè, neque vna ex cauſa; ſed inter varias, illæ mihi principes, quæ ipſum COR ſpectant. Quid enim in arcano ſermone COR, niſi Templum Dei viui, ſed à Pontifice dedicãdum: Altare diuini amoris igne iugiter ardens, ſed à Sacrorum Antiſtite conſecrandum: debitum ſummo Numini ſacrificium, ſed à Sacerdote offerendum? Tu verò, ILLVSTRISSIME & REVERENDISSIME DOMINE, Princeps Paſtorum, & Animarum noſtrarum Epiſcope, hierarchicas has functiones CORDI meo, ſi dignaberis, impendes. Neque eſt cur addubitem. Reſtauraſti iam pridem egregio, regióque animo, magniſque

niſque impendiis AFFLIGENIENSE Templum; ipſum, Araſque in eo plures dedicaſti; ſolemne Sacrificium, gratulantibus nobis, non ſemel in eo obtuliſti: quidni confidam eadem Libello huic meo abs Tuâ benignitate exhibenda?

DIVINA lege ita olim ſancitum fuit: Tolles de cunctis frugibus tuis primitias, & pones in cartallo, pergeſque ad locum, quem Dominus Deus tuus elegerit, vt ibi inuocetur nomen eius: accedeſque ad Sacerdotem, qui fuerit in diebus illis: ſuſcipienſque cartallum de manu tua, ponet ante Altare Domini; & dimittes eas in cōſpectu Dei tui. Præceptum hoc, quâ Deuter. 26.2.

licet, adimplere CORDI mihi eſt. Primum quod in homine naſcitur, primum quod ab homine poſcitur, COR eſt: primus renouati AFFLIGENII Tui fructus, hæc SCHOLA CORDIS. Has igitur primitias, Volumine hoc, velut vimineo incluſas calatho, iuxta præceptum Domini, ad Te, ILLVSTRISSIME & REVERENDISSIME PRÆSVL, adfero; vt eas ante Altare Dei ſiſtas, eidemque pro me offeras. Caniſtri vilitatem, & malè textam orationis ſtructuram ipſe ego non parùm erubeſco; ſed fiduciam ſuggerit COR non malum. Illam ſi deſpicias, hoc quæſo reſpice; quod viliſsimis etiam rebus pretium

con-

conciliat. Euangelica illa vidua aera minuta duo in gazophylacium miſit; at æterno Chriſti elogio tenue hoc munus commendatum fuit. Non in victimis (ait Seneca) licet opimę ſint, auróque præfulgeāt, Deorum honos eſt; ſed piâ ac rectâ volūtate venerātium. Artaxerxi obequitāti Paganus, neſcio quis, è præterfluente Cyro flumine cauis manibus lymphā obtulit. Donum hoc, exiguum licet, aureâ phialâ exceptum, & in pretioſiſſimis habitum fuit. Galliarum Regem Ludouicum Vndecimū Conon agricola prægrandiore donauit rapâ: munus fuit & hoc longè gratiſsimum, auróque repenſum. Quis verò vndis, aut

Luc.21. 2.

Sen.lib.1 de benef. cap.6.

Aelian. lib.1.variar.hiſt. cap.32.

rapis hoc pretium poſuit, niſi Cor rectum? Et hoc ipſo dumtaxat Illvstrissimæ Gratiæ Tuæ fœtum meum probari deſidero.

Lavdvm Tuarum præconia vt hîc prætermittam, facilè permittes; qui honorifica hæc flabella, cum S. Martyre Ignatio flagella arbitraris. Nec Solem ego totâ Belgicâ prudentiæ, pietatis, miſericordiæ, magnanimitatis, aliarumque virtutū radiis longè lateque coruſcantem, accensâ faculâ illuſtrare conabor. Manet cælo repoſita, quæ celari pro Tuâ modeſtiâ deſideras, innumera ampliſsimaque merita. Numerabit illa, remunerabitque Cordivm inſpector Deus.

Nos

Nos interim in laude quoque Tua gloriamur, & quidquid alij meritiſsimæ cómendationis in Te conferunt, noſtrum id arbitramur; quia tãti Parentis, Filij. Sed iniquus beneficiorum Tuorum æſtimator iure habear, ſi vnum illud ſilentio inuoluero, cuius vel ſola recordatio nobis eſt gratiſsima. Prudenti nempe gubernatione, & induſtriâ Tuâ, CORDATISSIME PRÆSVL, id effeciſti; vt non muros tantùm, ſed & mores noſtros erigeres; & potiorem CORDIVM, quàm corporum curam Te habere demonſtrares. Te enim cum primis Auctore, Te Directore (ad quod auidè hactenus aſpirabamus) primæua illa Benedictinæ Regulæ

obſeruantia AFFLIGENIO TUO reſtituta fuit: quo nomine priſcam loci famam, & nos ad pietaté pariter excitaſti. Immò bis Tuos feciſti. Patrem enim iam antè exhibueras, nũc etiam Matrem; cùm Filiolos Tuos iterùm
Galat. 4. 19. parturis, donec formetur Chriſtus in eis.

MACTE hac laude ANTISTES MAXIME! & porrò etiam perge Spiritum illum reſuſcitare, cui B. BENEDICTVS ſeruiuit. Id, inquam, conſiliô, & precum Tuarum, quo vales auxilio effice, vt per IESVM CHRISTVM, quem ſimilem nobis foris agnouimus, intùs, & in CORDE reformari mereamur. Eumdem ego ſubmiſiſsimè rogo,

go, ILLVSTRISSIMAM & REVERENDISSIMAM TVAM GRATIAM efficaciſsimâ ſuâ gratiâ ita proſequatur, nulla vt ei, ſiue in ſpiritualibus, ſiue in temporalibus deſit benedictio; & in extremo illo Iudicij die, cum grege ſibi credito audire valeat, VENITE BENEDICTI.

Quod CORDE, Animoque voueo,

Illuſtriſſimæ & Reuerend. D.T.

Humilis Filius, & Seruus in Domino,

F. BENEDICTVS HAEFTENVS.

Digitized by Google

REGI SÆCVLORVM
IMMORTALI,
ET
INVISIBILI,

CORDIVM

SCRVTATORI,
ET
AMATORI,
DEO CORDIS MEI,
COR MEVM,

Et hæc quæ de eo, & cum eo meditatus ſum,

Dico, Conſecroque.

CVI enim COR, *niſi ei qui finxit ſingillatim* CORDA *hominum? qui ea creauit, redemit, expurgauit? cui alteri* COR, *quàm ei, qui tam ſeriò ait: Præbe fili mi* COR *tuum mihi? Hæc autem quæ de* CORDE *congeſſi noua & vetera,*

Pſal.32.15.

Prouerb.23.26.

cuí-

Digitized by Google

cuinam offeram, niſi ei qui nouit abſ- Pſal.43.
condita Cordis: & in cuius conſpectu 22.
meditatio Cordis mei ſemper? Tibi Pſal.18.
igitur, ô Deus Cordis mei, & pars 15. Pſal.72.
mea Deus in æternum, Tibi, dixit 26.
Cor meum, exquiſiuit te facies mea, Pſal.26.
faciem tuam Domine requiram. Ne 8.
auertas faciem Tuam à ſeruo tuo; ſed
ſicut reſpicere dignatus es ad Abel pue- Geneſ.4.
rum tuum, & munera eius: ita, quæſo, 13.
reſpice in me, & ſuſcipe debitum Tibi
tributum Cordis mei & hoc, quod
cum eo Diuinæ Maieſtati Tuæ dedico
Opuſculum. Vtrumque, fateor, admo-
dum exile, nec dignum cui apponas
Cor Tuum. Illud enim vitiis, eheu!
quàm plurimis coinquinatum; iſtud
ſimplici ſermone nimis incultum. Sed
ſcio, Deus meus, quòd probes Corda, 1.Paral.
& ſimplicitatem diligas; vnde & ego 29.17.
in ſimplicitate Cordis mei hæc

qua-

qualiacumque lubens meritóque offero.

Votum mihi fuit, peccatores (quorum primus ego ſum) reuocare ad Cor *ſuum; & ad* Te *Deum* Cordis *ſui. Verùm, inanis eſt ſermo meus, niſi* Tu *Deus, ei tribuas virtutẽ, quæ* Corda *penetret. Fruſtrà hæc legẽtur, niſi Tu, qui ſolus habes claues* Cordis, *illud aperire digneris. Quare rogo Te, ô Dilecte votorũ meorum, voto huic benignus aſpira; vt dum verba auribus percipiũtur, Tu intùs ad* Cor *loquaris, illúdque immutes, & conuertas ad Te Creatorẽ & Redemptorem ſuum Complaceant,*
Pſal. 18. 15. *oro, dulciſſimo* Cordi *tuo, eloquia oris mei, & meditatio* Cordis *mei, dilige-*
Aug. 15. de Trin. in calce. *re Te ſatagenis. Quæcumque verò in hiſce Libris dixi de Tuo, agnoſcas Tu, agnoſcant & tui: ſi quæ de meo, ignoſcas Tu, ignoſcant & tui; quibus, vt minus valui, prodeſſe ſaltem volui.*

IN

IN
SCHOLAM
CORDIS

Reuerendi in Chriſto Patris ac Domini D. BENEDICTI HAEFTENI,

Monaſterij AFFLIGENIENSIS Præpoſiti digniſſimi.

(ris,

COR *Animæ ſedes, rapidi* COR *furnus amo-*
Vnde tot enatæ, tela timenda, faces;
Quàm vario, incõſtans COR, *ſæpè ardore cale-*
Rarò Chriſte tuo, Cypria ſæpè tuo: (ſcis;
Non ſic excuſſas, venti ludibria, naues
Hippotadæ, quaſſo, ventilat ira, ſalo.
Aeſtuat, & propriis COR *mobile fluctuat auris;*
Nec potis adductâ ſiſtere vota manu:
Nunc placet oppanſo malè ſplendida gloria fuco,
Spiculaq́ obtruſo calcare ſubdit honos:
Nunc iuuat horrifico taratantia claſſica bombo,
Martiaq́ egregio ſub Duce *ſigna ſequi.*
Nunc magis aurato ciſtas cumulare metallo,
Et grauidâ extremos findere puppe ſinus:

** *Nec*

Nec ſatis eſt;proprio fidunt hæc pondere vota;
Grandior exciſo germine turba ſubit.
Ancipiti trahitur ſtudia in contraria mente;
Vt pila ab aduerſa pulſa,repulſa manu.
O COR,*cæleſtis,*COR,*floſcule,lectule Sponſi,*
O COR,*ô Animæ pars quotacumque meæ!*
Quid te errabundum diſcrimina mille viarum
Ad portum impediunt ſiſtere vota tuum!
E cælo es:cælum votorum meta tuorum;
Quid cælo natum,turpiter hæret humo?
In cælo tuus eſt theſaurus; ſcandite vota;
Scande COR,*in cælo vitaq; ſpeſq; tua eſt.*
Mitte graues curas,diuiſa retia mentis;
Multiplicis valeat vana libido ſpei.
Diſce vno cæli,meliori ardore calere;
Diſce vno vnius igne flagrare Dei:
Exige diſtractum, diuini ad CORDIS *amuſsim,*
Illud habet formæ multa imitanda tuæ. (bit
Ne dubites,hãc volue SCHOLAM,*Liber iſte doce-*
Prototypo,inconſtans te,ſtabilire Cruce.

AD

AD

AVCTOREM

SYNCHARMA.

INtima noſſe ſui CORDIS *penetralia, & eius*
Impoſito motus flectere noſſe iugô:
Noſſe errabundum rectam ad rationis amuſſim,
Atque ad prototypon COR *reuocare ſuum,*
Sanctorum eſt diuina ſcientia, tutior omni
Siue tuâ Plato, ſiue Licurge tuâ.
Hanc BENEDICTE *docet* CORDIS SCHOLA, *vitaq; veſtra:*
Perge, manet tantum dogma perenne lythrũ.

Applaudebat

F. BENEDICTVS RVTEAV,
Monaſterij S. Dionyſij Religioſus Benedictinus.

ORDO.

ET

INDEX.

LIBRORVM, CLASSIVM, ET LECTIONVM.

LIBER PRIMVS.

Præuia ad Doctrinam Cordis Introductio.

Lect.I. *Argumentum huius Scholæ.* 1

Lect. II. *Inſtituti noſtri ratio.*

Lect. III. *Quid Cordis nomine ſignificetur.* 10

Lect.IV. *Quid ſit principale Cordis.* 15

Lect.V. *Schola Cordis Encyclopædia.* 20

Lect.VI. *De aliis ſcientiis, quæ in hac Schola explicantur.* 27

Lect.VII. *De Magiſtro, & Diſcipulis Scholæ Cordis.* 32

Lect.VIII. *Quàm ſuauiter ad Scholam Cordis Magiſter inuitet.* 36

Lect.IX. *De modo docendi, quo Schola Cordis Magiſter vtitur.* 41

Lect.X.

Lect.X. *De officio Diſcipuli Cordis Scholam frequetantis.* 48
Lect.XI. *Monita quædam Diſcipulo Scholæ Cordis tradita.* 54
Lect.XII. *Priuilegia Scholæ Cordis.* 58
Lect.XIII. *Hypotypoſis totius Opuſculi.* 65
Lect.XIV. *Scholæ Cordis Compendium, eiuſq; in Claſſes Diſtributio.* 76

LIBER SECVNDVS.

Auerſi Cordis ad Deum Conuerſio, & Directio.

PRIMA CLASSIS.

Cordis Auerſio. 85
Lect.I. *Cordis Fuga.* 88
Lect.II. *Cordis Vanitas.* 95
Lect.III. *Cordis Grauitas.* 102
Lect.IV. *Cordis Auarities.* 122
Lect.V. *Cordis Durities.* 119
Lect.VI. *Cordis Diuiſio.* 128
Lect.VII. *Cordis Inſatiabilitas.* 137

SECVNDA CLASSIS.

Cordis Reuerſio, & Expurgatio. 146
Lect.VIII. *Cordis Reuerſio.* 148
Lect.IX. *Cordis Effuſio.* 159

Lect.X. *Cordis Circumciſio.* 166
Lect.XI. *Cordis Contritio.* 174
Lect.XII. *Cordis Humiliatio.* 183
Lect.XIII. *Cordis Emollitio.* 192
Lect.XIV. *Cordis Mundatio.* 201

TERTIA CLASSIS.

Cordis Oblatio, & Examen. 211
Lect.XV. *Cordis Donatio.* 213
Lect.XVI. *Cordis Sacrificium.* 226
Lect.XVII. *Cordis Ponderatio.* 235
Lect.XVIII. *Cordis Probatio.* 245
Lect.XIX. *Cordis Scrutinium.* 255
Lect.XX. *Cordis Rectificatio.* 263

LIBER TERTIVS.

Dei erga Cor humanum beneficia.

QVARTA CLASSIS.

Cordis illuminatio, & Spiritualis profectus. 273
Lect.I. *Cordis Renouatio.* 275
Lect.II. *Cordis Illuminatio.* 286
Lect.III. *Cor Tabula Legis.* 298
Lect.IV. *Cordis Aratio.* 307
Lect.V. *Cordis Seminatio.* 317
Lect.VI. *Cordis Irrigatio.* 325
Lect.VII. *Cordis Flores.* 331

Lect.VIII.

Lect.VIII. *Cordis Cuſtodia.* 338
Lect.IX. *Cordis Protectio.* 346
Lect.X. *Cordis Scala.* 353
Lect.XI. *Cordis Dilatatio.* 360

QVINTA CLASSIS.

Cordis Perfectio, & cum Chriſto Vnio. 368
Lect.XII. *Cordis Inhabitatio.* 370
Lect.XIII. *Cordis Obſignatio.* 379
Lect.XIV. *Cordis Vulneratio.* 390
Lect.XV. *Cordis Inflammatio.* 402
Lect.XVI. *Cordis Vigilia.* 411
Lect.XVII. *Cordis Volatus.* 419
Lect.XVIII. *Cordium Vnio.* 424
Lect.XIX. *Cordis Quies.* 434

LIBER QVARTVS.

Exercitatio Cordis in Chriſti Paſſione.

PRÆFATIO.

De vtilitate meditandi Paſsionem Domini noſtri IESV CHRISTI. 442

SEXTA CLASSIS.

Peregrinatio Cordis cum Chriſto Patiente. 454
Lect. I. *Balneum Cordis, ex ſudore Sanguineo.* 457

Lect. II. *Vinculum Cordis, ex Funibus Chriſti.* 462
Lect. III. *Fulcrum Cordis, Chriſti Columna.* 467
Lect. IV. *Stimulus Cordis, Chriſti Flagella.* 471
Lect. V. *Sepimentum Cordis, Corona Spinea.* 477
Lect. VI. *Pictura Cordis, ex Sindone Veronicæ expreſſa.* 482
Lect. VII. *Cor Phiala Chriſto ſitienti.* 487
Lect. VIII. *Compunctio Cordis clauo timoris Dei.* 492

SEPTIMA CLASSIS.

Cordis cum Cruce & Crucifixo conformatio. 498
Lect. IX. *Cordis in Cruce expanſio.* 501
Lect. X. *Crucis in Corde plantatio.* 507
Lect. XI. *Dedicatio Cordis Titulo Crucis.* 513
Lect. XII. *Apertio Cordis lanceâ Longini.* 519
Lect. XIII. *Muſtum Cordis è Torculari Crucis.* 525
Lect. XIV. *Azylum Cordis in Latere Vulnerato.* 532
Lect. XV. *Speculum Cordis in Quinque Vulneribus,* 539
Lect. XVI. *Thalamus Cordis in Chriſti Sepulchro.* 547

AV-

AVCTORVM

Qui in his Libris citantur

SYLLABVS.

A

ADo.
Ælianus.
Alardus Gazæus.
Alphonſus Salmeron.
Ambroſius.
Andreas Capella.
Anſelmus.
Antoninus.
Antonius Poſſeuinus.
Antonius Senenſis.
Ariſtoteles.
Athanaſius.
Auguſtinus.
Auſonius.

B

BAlduinus Cabilliauus.
Baptiſta Mantuanus.
Baſilius.
Beda.
Benedictus.
Bernardus.

Bernardus Bauhuſius.
Biblia Sacra.
Boëtius.
Bonauentura.
Breuiarium Romanum.

C

CÆſar Baronius.
Caſſianus.
Caſſiodorus.
Catharina Senenſis.
Chriſtophorus à Caſtro.
Chriſtophorus Fonſeca.
Chryſoſtomus.
Cicero.
Claudianus.
Claudius Aqua-Viua.
Clemens Alexandrinus.
Cœlius Rhodiginus.
Cornelius à Lapide.
Cornelius Ianſſenius.
Cyprianus.
Cyrillus Alexandrinus.
Cyrillus Hieroſolymitanus.

D

Didacus Stella.
Didymus.
Diogenes Laërtius.
Dionyſius Areopagita.
Dorotheus Abbas.

Elias

E

ELias Cretenſis.
Ephrem.
Epictetus.
Euſebius Emiſſenus.
Euthymius.

F

FErdinandus Salazar.
Feſtus.
Franciſcus Petrarcha.
Franciſcus Ribera.
Fridericus Fornerus.

G

GAbriel Inchino.
Gaſpar Sanchez.
Georgius Venetus.
Gertrudis Abbatiſſa.
Gilbertus Abbas.
Gregorius Magnus.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Niſſenus.
Gregorius Turonenſis.
Guarricus Abbas.
Guilielmus Abbas.

H

HEctor Pintus.
Hieremias Drexelius.
Hilarius.
Honorius Auguſtodunenſis.

Hora-

Digitized by Google

Horatius.
Hugo Cardinalis.
Hugo de S. Victore.
Hieronymus.
Hieronymus Cardanus.
Hieronymus Lauretus.
Hypocrates.

I

IAcobus à Vitriaco.
Iacobus de Paz.
Iacobus Ianſſonius.
Iacobus Pamelius.
Ioannes à Ieſu Maria.
Ioannes Bochius.
Ioannes Carthagena.
Ioannes Climachus.
Ioannes Gerſon.
Ioannes Iunior.
Ioannes Lorinus.
Ioannes Nieſs.
Iſidorus Clarius.
Iſidorus Hiſpalenſis.
Ius Ciuile.
Iuſtinianus Imperator.
Iuſtinus Martyr.
Iuſtus Lipſius.
Iuſtus Orgelitanus.
Iuuenalis.

La-

L

LActantius.
Laurentius Beyerlinck.
Laurentius Iuſtinianus.
Laurentius Surius.
Leo Magnus.
Lucianus.
Lucretius.
Ludolphus Carthuſianus.
Ludouicus Bloſius.
Ludouicus Granatenſis.
Ludouicus de Ponte.

M

MAcharius
Macrobius
Marcus Eremita.
Marſilius Ficinus.
Martinus Delrio.
Matthiolus.
Maximus Taurinenſis.
Mechtildis.
Michaël Giſlerius.
Miſſale Romanum.

N

NIcephorus.
Nicolaus Lyranus.

O

ORigenes.
Ouidius.

Pacia-

P

Pacianus.
Paraphraſis Chaldæa.
Paſchaſius Radbertus.
Paulinus.
Perſius Poëta.
Petronius Arbiter.
Petrus Berchorius.
Petrus Chryſologus.
Petrus de Valderama.
Philo Carpatius.
Philo Iudæus.
Piërius Valerius.
Plato. Plautus.
Plinius. Plutarchus.
Proſper.
Prudentius. Pſellus.

Q

Quintus Curtius.

R

Rabanus Maurus.
Radulphus.
Raimundus Capuanus.
Remigius.
Richardus de S. Victore.
Robertus Bellarminus.
Ruffinus.
Rupertus Tuitienſis.

S

Salonius.
Sebaſtianus Barradius.
Sedulius.
Seneca Philoſophus.
Seneca Tragicus.
Septuaginta Interpretes.
Sozomenus. Strabo.

T

Tertullianus.
Theodoretus.
Theophraſtus.
Theopylactus. Thereſia.
Titus Boſtronſis.
Titus Liuius.
Thomas Aquinas.
Thomas Bozius.
Thomas Cantipratanus.
Thomas à Kempis.
Thomas Stapletonus.

V

Valerius Maximus.
Varro.
Vatablus.
Venantius Fortunatus.
Virgilius. Vitæ Patrum.

X

Xantes Pagninus.

FINIS.

Digitized by Google

CENSVRA.

HÆc Schola Cordis, *quam, inſpirante* Cordivm *Scrutatore, inſtruxit* Reverendvs *ac* Ervditissimvs D. Benedictvs Haeftenvs, Affligenii Præpositvs, *vbique publicanda videtur; vt ad eam confluant omnes puſilli & magni: illi, vt elementa exordij Sermonum Dei addiſcant; hi, vt ſapientiam, non illam huius ſaculi, quæ inflat & deſtruitur; ſed ſupereminentem illam quam loquebatur Apoſtolus inter perfectos, quâ illuſtratur oculus, quo ſolo videri poteſt Deus deorum in Sion. Felices proinde cenſeo eos, qui terunt limen* Scholæ *huius, & qui vigilant ad fores eius quotidie, & obſeruant ad poſtes oſtij eius; vt hauriant ſcientiam & ſalutem à Domino. Ita cenſeo, Bruxellis,*

Henricus Calenus, S. Theol. Licentiatus, Archipresbyter Bruxellenſis, Librorum Cenſor.

SCHOLÆ CORDIS

LIBER PRIMVS.

Præuia ad Doctrinam Cordis introductio.

LECTIO PRIMA.

Argumentum huius Scholæ.

CORDI tuo, Lector Cordate, Gymnaſium Cordis aperimus; in quo de Corde tuo, ad Cor tuum loquimur. Quidquid enim hoc qualicumque Opuſculo pertractatur, eò potiſſimùm ſpectat, vt quale Cor hominis eſſe, quomodo ad Deum dirigi, illi aptari, eidemque vniri debeat, edoceamus. Multi enim multa ſciunt, & ſeipſos neſciunt: Corpus curant, & Cor negligunt. Et tamen nihil tam nobis Cordi eſſe debet,

Prouerb. 4.23. quàm ipſum COR noſtrum, à quo vita procedit. Caloris ac ſpirituum vitalium, ſine quibus nec motus, nec ſenſuum functio obiri poteſt, officina & ſcaturigo eſt COR. Quare Heraclitus, vt aſſerit Ariſtoteles, ſentiebat animam eſſe calidam exhalationem ſemper è CORDE fluentem. Quam ſententiam etiam ſacra Scriptura expreſſit, cùm ait: Sermo ſcintilla ad commouendum COR noſtrũ, quâ extinctâ cinis erit Corpus noſtrum, & Spiritus diffundetur tamquam mollis aër. Quod ita exponit Ianſſenius: Vita noſtra nihil aliud eſt, quàm igniculus viuax in Corde noſtro, quod cùm mouetur, à ſe emittit iaculaturque ſcintillas, (verba ſcilicet quæ loquimur) & fumum, nempe ſpirationem: non ſecus atque ignis motus eadem euomit. Proinde quemadmodum ignis, cùm ſcintillæ deficiunt, redigitur in cineres: ita vbi deſinit in nobis ſermo, & CORDIS motus; Corpus etiam noſtrum in cinerem abit. Totius igitur Corporis conſeruatio à CORDE pendet. Sed & in Anima eodem modo agitur: habet enim ipſa ſpirituale quoddam COR; à quo ipſius vita, non minùs quàm Corporis à CORDE materiali procedit. Nam Spiritus Sanctus diuini caloris officinam in CORDE noſtro conſtituit; vnde ait Apo-

Lib. de anima cap. 2.

Sapient. 2.2.

Chriſt. à Caſtro in Sap.

Apoſtolus: Charitas Dei diffuſa eſt in *Rom.5.*
CORDIBVS noſtris per Spiritum Sanctum, *5.*
qui datus eſt nobis. Ex hoc autem fonte in omnes humanas actiones deriuatur calor ſpiritualis; qui tamquam ſcintilla quædam emicat in verbis, in factis, in cogitationibus. Extinctâ verò charitatis ſcintillâ. Anima prorſus friget, & omnes actiones viuaci calore deſtituuntur; itaque Anima ipſa, læſo eius CORDE, vitâ gratiæ priuatur. Quare quod in cæleſtibus illis orbibus eſt primum mobile; quod in vniuerſo hoc, Sol; quod in plantis, radix; quod in circulo, centrum; quod in Paradiſo fuit fons *Geneſ.2.*
ille qui irrigabat vniuerſam faciem terræ; *10.*
hoc in homine eſt COR, à quo omnis lux, omnis calor, omnis motus, omniumque operationum principium in reliqua membra deriuatur. Ex quibus liquidò iam apparere poteſt, quàm neceſſaria ſit huius Scholæ Doctrina; quæ omnia illa tradit, & explicat; quibus CORDIS vita conſeruari, & cuſtodiri queat. Hinc quale vniuſcuiuſque COR eſt, talis & ipſe eſt. Superbus, COR habet elatum; Humilis, depreſſum; Durus, lapideum; Compatiens, emollitum; Benignus, manſuetum. Qui fraudes doloſque meditatur, duplici CORDE eſt: Sincerus & verax, ſimplici. Ambi-

tioſi COR vanum eſt; Voluptuarij graue: denique in brutum homo migrat, ſi ei COR bruti inſeratur; Pecus in hominem tranſit, ſi ei COR humanum addatur. Optimo id exemplo ſacra confirmat Scriptura: Nabuchodonoſorem regem voluit Deus fieri beſtiam, & inter illas velut vnam ex illis agere, ideòque iuſſit: COR eius ab humano commutetur, & COR feræ detur ei. Sed voluit bonus Deus vt hæc beſtia denuò in hominem mutaretur: factum eſt, & ſuper pedes ſuos quaſi homo ſtetit, & COR hominis datum eſt ei. Ecce mutato CORDE, mutatus & homo eſt. Magna igitur ſolicitudo CORDI noſtro adhibenda eſt, ne in belluinum fortè degeneraret; quotidieque hæc Schola frequentanda, quæ CORDIS directionem docet. CORDI, quod à cura ſic dictum Iſidorus tradit, diligentiſſima adhibenda eſt cura, ſi totos nos ſaluos velimus. Fuit id Romanis, & Ægyptijs in primis CORDI; apud hos enim bulla è collo in pectus dependere ſolebat, quo ſignificabant; verba, quæ ore proferebant, CORDI reſpondere oportere. Apud Romanos, vt Pierius ex Macrobio refert, bulla CORDIS effigiem habebat, eratque pueritiæ ornamentum; quo indicabatur ingenuis pueris, ſe tum demùm

Dan. 6. 13.

Iſidorus lib. 11. Ety. c. 1.

Pierius Hierogli. lib. 41.

Macrob. lib. Saturn. 6.

demùm homines futuros cogitarent, ſi CORDE præſtarent. Quòd ſi Gentiles hæ nationes tantam CORDIS curam habendam putauerint, vt eam externo ſymbolo ab ipſa infantia pueris commendare voluerint; quid non deceat Chriſtianos, qui certiſſimâ fide credunt Chriſtum Dominum eâ gratiâ de cælis in terram deſcendiſſe, hominem aſſumpſiſſe, vt ijs CORDIS Scholam aperiret, in qua ab eo diſcerent mites eſſe, & humiles CORDE? *Matth.*
Quinimmò ideò Sanguinem Tuum fudiſſe, *11.29.*
vt illo CORDA noſtra lauaret, atque emundaret? Ideò, vt cum S. Iob loquar, viri *Iob. 34.*
CORDATI audite me; & nolite abijcere *10.*
Doctrinam Scholæ huius: ſed diligenter auſcultantes, ponite eam in CORDIBVS veſtris.

LECTIO II.

Inſtituti noſtri ratio.

CVM ad cuiuſcumque tractationis materiam ritè intelligendam, nõ parùm conducat totius Operis formam, & ſtructuram agnoſcere; opportunum fuerit in huius Libri fronte nõnnihil

nihil de eius ſyntaxi, methodo, ac ſcopo præfari: ne quid Lectorem remorari poſſit.

ET primus quidem hic Cardiogogiæ noſtræ Liber, apparatum quemdam ad reliquos, & Prolegomena exhibet; quibus de ipſo CORDE, eiuſque, vt vocant, PRINCIPALI, de Scholæ CORDIS Magiſtro, Diſcipulis, excellentiâ, amplitudine, prærogatiuis, ſimilibuſque tractatur. Sequentibus deinde tribus Libris Doctrinam eam quæ ad CORDIS directionem pertinet, expendimus: in qua explicanda primùm varias, quæ de humano CORDE in Sacris litteris habentur ſententias, in certas Claſſes ac titulos Ordine quodam digeſſimus: ſingula deinde lemmata copioſiùs expendentes, SS. in primis Patrum, aliorumque cuiuſcumque ordinis Scriptorum verbis illuſtramus. Cùm enim vix quidquam dici poſſit, quin dictum jam illud ſit priùs; placuit ipſos Auctores ſuis verbis loquentes potiùs audire, quàm rudi noſtro ſtylo eorũ conceptus Lectoribus repræſentare. Habent enim SS. Patres, veteresque Scriptores plurimum roboris, auctoritatis, atque elegantiæ, quibus animus hominis efficaciſſimè conuincitur.

SECVNDO, tametſi ea quæ ad ſingulos titulos attulimus, per modum conſiderationum

tionum ferè tradiderimus; placuit tamen Lectionum potiùs, quàm Meditationum nomine inſignire: cùm quòd Scholæ nomine id magis congruere videretur: tum vt varij Auctores, (qui paſſim in hoc Opuſculo citantur, interque illos ſubinde etiam Poëtæ, Ethniciq́ue Scriptores) meliùs ſuâ phraſi loquerentur: quod Meditationum forma non ita commodè forſitan admiſiſſet.

LECTIONIBVS porrò ſingulis Diſtichon vnum præfiximus: vt ita rei ſummam breuiſſimè, & non ſine aliquâ voluptate exhiberemus. Ipſe enim carminum flexus & numerus, vt animum allicit, ſic memoriæ firmiùs hæret, variâque iucunditate mentem permulcens, facit ne penè vmquam ea, quæ rectè percepit, obliuiſcatur. Quare non malè quidam cenſuerunt, Poëſin adoleſcentis animi nutricem & alumnam vocandam. Cùm verò ea ſit inter Poëſin & Picturam ſocietas, vt quod illa verbis, tropis, aliiſq́ue dictionum luminibus præſtat; hæc coloribus, lineamentis, atque vmbris repræſentare conetur: vtraque item, quidquid in quouis genere præſtantiſſimum reperit, id è multis in vnum, quod ſibi propoſuerit, transferat; vt non tam à Perſonis, aut à natura diſcere, quàm potiùs his leges præſcribere videatur: *Anton. Poſſeuin. biblioth. ſelect. lib. 17.*

Non leue operæ pretium me factum ar-bitratus ſum, ſi geminas has ſorores in hoc Opuſculo vtcumque coniungerem: & quæ breuibus iſtis Diſtichis comprehenduntur eadē etiam Iconibus expreſſa oculis obiicerem. Vt ita vtilitati ſancta quædam ac ſalutaris voluptas, quæ ex Imaginum aſpectu capi poſſet, ſociaretur. Habent ſiquidem pictæ Imagines, præter delectationem quam adferunt, quamdam energiam ad hominum CORDA ſuauiter permouenda. Veriſſimum enim eſt quod Venuſinus vates olim cecinit:

Horat. *Segniùs irritant animos demiſſa per aurem,*
Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus, & quæ
Ipſe ſibi tradet ſpectator.

Auguſt. Ep. 119. Cui quidem conſentiens Hipponenſis Præſul, ait: quòd ipſe animi motus, quàm diu rebus adhuc terrenis implicatur, pigriùs inflammatur; ſi verò feratur ad ſimilitudines corporales, & inde ad ſpiritualia, quæ illis ſimilitudinibus figurantur, ipſo quaſi tranſitu vegetatur; & tamquam in facula ignis agitatus accenditur, & ardentiore dilectione rapitur ad requiem & quietem. Hæc Auguſtinus.

VT igitur compendio dicam, Scopus mihi in hoc Opere non alius fuit; quàm Imaginibus, oculos; verſibus, aures; ipſius

denique

denique Lectionibus, animum & COR oblectare, inſtruere, & permouere. Id verò aſſecutuſne ſim, aliorum eſto iudicium. Equidem affirmare non verebor, me afflictâ ferè valetudine hoc, quidquid eſt Libri, vni Confratrum meorum properè admodum, ideoque (vt ingenuè agnoſco) minùs proſperè, dictaſſe; & iam exaratum vix ipſe mihi ſatisfacere potuiſſe: vt proinde leuiùs omninò laturus ſim, ſi aliorum exactiſſimo iudicio non vſquequaque probetur, Stylo enim hîc vſus ſum planè vulgari ac obuio, & verè cum S. Proſpero dicere mihi licebit: De accuratione dictionis elaboratæ non ſatago; nec mihi pudori eſt, ſi diſputatio mea, quæ fortè probatur in rebus, aliquos inanium verborum ſectatores horrore incomptæ Orationis offendat. Nam ſi Demoſthenes clariſſimus Oratorum, negauit in eo poſitas eſſe fortunas Græciæ hoc an illo verbo vſus eſſet; quantò magis nos verba negligere debemus, qui ſermonis vtilitatem potiſſimùm ſpectamus? Neque admodum erubeſco, quòd ex varijs Auctorum, quos adfero, verbis, polymita exiſtat Orationis noſtræ veſtis: qui præſens Opus (vt de ſuo aiebat Macrobius) non eloquentiæ oſtentationem; ſed noſcendorum & agen-

S. Proſp.

Macrob. lib. 1. Saturn. c. 5.

agendorum congeriem pollicetur. Et boni conſulat Lector oportet, ſi præcepta morum, modò meis non obſcurè, modò ipſis antiquorum & recentium verbis recognoſcat, prout quæque ſe vel enarranda, vel referenda ſuggeſſerint.

LECTIO III.

Quid CORDIS *nomine ſignificetur.*

QVANDOQVIDEM continuus nobis de CORDE futurus ſit ſermo, rationi omninò conſentaneum videtur, vt varias, quas in ſacra Scriptura habet ſignificationes, hìc aperiamus.

PRIMO autem ſignificat notiſſimam illam in animalibus partem, quæ in medio iuxta pulmones ſita eſt, vt per ipſum vita toti corpori vndique ſubminiſtretur: & vt ſpiritus vitalis, velut à centro, ad membrorum circumferentiam deferatur. Eſt autem COR membrorum omnium nobiliſſimum, primum quod Natura format; præcipuum inter viſcera, & vitæ ipſius ſedes, arteriarum & caloris natiui, quo animal regitur, quaſi fons quidam & domicilium.

SECVN-

Digitized by Google

SECVNDO, deſumptâ hinc ſimilitudine, COR medium locum ſignificat; ſic COR Maris, eſt profunditas illius: & COR terræ, centrum. Ita Ionas ad Dominum clamat: Et proieciſti me in profundum in CORDE Maris. Et Chriſtus Dominus: Sicut fuit Ionas in ventre Ceti; ſic erit Filius homi- nis in CORDE terræ tribus diebus, & tri- bus noctibus. Vbi COR terræ pro limbo Patrum accipitur, in quem Chriſtus poſt mortem deſcendit. Is autem eſt circa infer- num & circa centrum mundi, de quo D. Hieronymus ait: Sicut COR eſt in medio animalis; ita infernus in medio terræ eſſe perhibetur.

Ion. 2. 4. *Matth.* 12. 40. *Hieron.*

TERTIO, ſignificat COR omnia interio- ra Corporis, id eſt, viſcera; vt Pſalmo 21. Factum eſt COR meum tamquam cera li- queſcens in medio ventris mei. Et: Gla- dius eorum intret in CORDA ipſorum. Et Oſeæ 13. vbi nos legimus, dirumpam inte- riora iecoris eorum; in Hebræo eſt, inte- riora CORDIS eorum.

Pſal. 21. 15. *Pſal.* 36. 15. *Oſea* 13. 8.

QVARTO, COR ipſam Animam ſignifi- cat, vnde Pſalmiſta ait: COR meum, & ca- ro mea exultauerunt in Deum viuum; id eſt, Anima & Corpus gaudio geſtieruñt in Deo ſuo. Sic etiam accipitur illud Iere- miæ: Laua à malitia COR tuum.

Pſ. 83. 3. *Ier.* 4. 14

QVINTO,

QVINTO, mentem quoque ſignificat,
Oſea. 7. 10. vt apud Prophetam: Et factus eſt Ephrem quaſi columba ſeducta nõ habens COR; id eſt, factus eſt demens, ſtolidus & amens. Et
Ier. 5. 21 alius Propheta: Audi populc ſtulte, qui non habes COR. Sic etiam intelligitur il-
3. Reg. 3. 9. lud in Oratione Salomonis: Dabis ergo ſeruo tuo COR docile, vt populum tuum iudicare poſſit. Similiter illud Saluatoris
Matt. 5. 8. intelligi poteſt: Beati mundo CORDE, quoniam ipſi Deum videbunt. Atque illud
Pſ. 23. 4. Pſalmiſtæ: Innocens manibus, & mundo CORDE. Et à CORDE pro mente dicti ſunt vecordes, ſocordes, & excordes. Et
Cicero 1. Tuſc. contrà, CORDATI, vt Auctor eſt Cicero. Et Naſica ille Sapiens dictus eſt COR-
Hiron. CVLVM. Et S. Hieronymus in Matth. ſcribens nomen Lebbæi, quod à CORDE deducitur, CORCVLVM interpretatur.

SEXTO, accipitur aliquando, pro iudicio & intellectu; vt apud eumdem Pſalmo-
Pſ. 39. 13 graphum: COR meum dereliquit me. Et
Rõ. 1. 21. apud D. Paulum: Obſcuratum eſt inſi-
Epheſ. 1. 18. piens COR eorum. Iterumque: Deus det vobis illuminatos oculos CORDIS veſtri, vt ſciatis quæ ſit ſpes vocationis veſtræ. Cui affinis eſt ſignificatio ea, quâ COR ſententiam ſignificat. COR enim conuerti
Pſ. 104. 25. dicitur, cùm ſententia mutatur: Conuertit

COR

Cor eorum, vt odirent populum eius. Et
3. Regum 18. Et tu conuertiſti Cor eo- 3. Reg.
rum iterùm. Vnde de non mutaturo ſen- 18.37.
tentiam dicitur: Confirmatum eſt Cor Pſ. 111.
eius, non commouebitur. Ponere autem 8.
Cor in aliqua re, vel, ponere aliquid in
Corde, aut ſuper Cor, idem eſt quòd
diligenter meditari, conſiderare, & recogitare.
Iſaiæ 47. Non poſuiſti hæc ſuper Iſa. 47.7
Cor tuum, nec recordata es nouiſſimi
tui. Et Ezechielis 40. Fili hominis vi- Ezech.
de oculis tuis, & auribus tuis audi, & po- 40.4.
ne Cor tuum in omnia quæ oſtendam ti-
bi. Et Aggæi 1. Ponite Corda veſtra ſu- Aggæi. 1.
per vias veſtras. 5.

Septimo, Cor pro voluntate ſæpiſſi-
mè ponitur, vnde dicimus deſideria Cor-
dis; atque ita accipitur cùm Dauid ait: Pſ. 56.8.
Paratum Cor meum Deus. Et cùm de
Dauide Dominus ait: Inueni Dauid fi- Act. 13.
lium Ieſſe, virum ſecundùm Cor meum. 22.
Et Samuel: Quæſiuit Dominus virum 1. Reg.
iuxta Cor ſuum. Ita intelligendum eſt 13.14.
præceptum Domini: Diliges Dominum Matth.
Deum tuum ex toto Corde tuo. Atque 22.37.
ita intelligendus eſt Chriſtus, cùm dixit:
Quòd omne extrinſecus introiens in ho-
minem, non poſſit eum coinquinare: quia
non intrat in Cor eius. Nihil enim ho-

minem

minem coram Deo abominabilem, & coinquinatum facit, niſi peccatum. Peccatum autem niſi ſit voluntarium, peccati rationem non habet. Sic quoque accipitur illud Eccleſiaſtici : COR ingrediens
Eccli. 3. 28. duas vias, non habebit ſucceſſus; hoc eſt, voluntas propenſa ad vitia, eaque amplectens, virtutem fingens, & ſcelera honeſtatis ſpecie tegens, ambulans coram Deo per viam flagitiorum, & coram hominibus per viam virtutum, infelicem habebit ſucceſſum. Externi quoque Scriptores in eadem ſignificatione COR accipiunt, cùm aiunt aliquid alicui CORDI eſſe, vt Virgilius :

9. Æneid.

cui carmina ſemper
Et cythara CORDI, *numeriſq; intendere neruos.*

ATQVE hæ ſunt potiſſimæ CORDIS ſignificationes in ſenſu literali: Myſticas enim hîc præterimus, quas magnâ copiâ haurire licet ex Silua Allegoriarum noſtri Hieronymi Laureti.

LE-

LECTIO IV.

Quid ſit PRINCIPALE CORDIS.

NON infrequens apud SS. Patres loquendi forma eſt, vt principem animæ partem, PRINCIPALE CORDIS appellent: quod Platonici τὸ Ἡγεμονικὸν nominare ſoliti ſunt; de quo Cicero ait: Principatum autem dico, quod Græci Ἡγεμονικὸν vocant: quo nihil quoquo in genere nec poteſt, nec debet eſſe præſtantius. *Cicero lib. 2. de Nat. Deor.* Tertullianus verò idem definiens ait: eſſe ſummum in Anima gradum, vitalem & ſapientialem. Idipſum verò S. Hieronymus contra Iouinianum ſcribens, PRINCIPALE CORDIS vocat: Fratruelis, inquit, meus, mihi, & ego illi, in medio vberum meorum commorabitur; in PRINCIPALI CORDIS, vbi ſermo Dei habet hoſpitium. *Lib. 1. cap. 17.* Et ante eum Origenes ex eiuſdem Sancti Hieronymi interpretatione: Quis, inquit, ita beatus, vt habeat hoſpitem in PRINCIPALI CORDIS, in medio vberum, in pectore ſuo ſermonem Dei. *Homil. 2. in Cant.* Didymus verò in Libris de Spiritu *Lib. 3.*

Sancto

Sancto eâdem voce vtitur, quam etiam *Adytum* CORDIS appellat: Reſpondendum, inquit, ad id quod ſcriptum eſt: Quare impleuit Satanas COR tuum? quòd Satanas mentem alicuius, & PRINCIPALE CORDIS impleat, non ingrediens in eum, & in ſenſum eius; atque vt ita dicam, *Adytum* CORDIS introiens; (ſiquidem hæc poteſtas ſolius eſt Trinitatis) ſed quaſi callidus quidam, & nequam, ac fallax, fraudulentuſque deceptor, in eos animam humanam malitiæ affectus trahit per cogitationes & incentiua vitiorum, quibus ipſe plenus eſt. Ita Didymus. Quem imitatus videtur Sanctus Bernardus, qui PRINCIPALE *Pectoris*, & *Adytum Pectoris* interpretatur id, quod Sponſa dicit: Inter vbera mea commorabitur. Caſſianus quoque ita loquitur, cùm Domini verba, quibus Diabolo præcepit, vt animam Sancti Iob cuſtodiret, ita explicat: Tantummodò eum amentem non facias, debilitato animæ domicilio, & intellectu inuaſo, aut rationis organo, per quam eum tibi reſiſtere neceſſe eſt, ſuciato: neque obruas intellectum ac ſapientiam reſiſtentis, PRINCIPALE ſcilicet CORDIS eius tuo pondere præfocans. Quid autem ſit CORDIS PRINCIPALE explicat Origenes: Poteſt, inquit,

Homil. 43. in Cant.

Collat. 7. cap. 12.

inquit, intra ſe agere pars illa, quæ in eo eſt pretioſiſſima omnium, quod quidam PRINCIPALE CORDIS appellant, alij rationalem ſenſum, aut intellectualem ſubſtantiam, vel quomodocumque appellari poteſt in nobis, portio noſtri illa, per quam capaces eſſe poſſimus Dei. Et S. Auguſtinus ait: PRINCIPALE noſtrum, nempe partem Animæ rationalem, Spiritum dici. Mens igitur ac Spiritus, PRINCIPALE CORDIS appellatur. Verùm vlteriùs quæritur, quo in loco ſedem habeat? Philoſophi enim hîc in varias & monſtroſas opiniones abierunt, quas recenſet & explodit Tertullianus: qui & Ἡγεμονικὸν eſſe, & certo in Corpus receſſu ei locum conſecratum, ex compluribus Scripturis probat. Si enim, ait, ſcrutatorem & Diſpectorem CORDIS Deum legimus: ſi etiam Prophetes eius occulta CORDIS traducendo probatur: ſi Deus ipſe recogitatus CORDIS in populo præuenit. Quid cogitatis in CORDIBVS veſtris nequam! Si & Dauid: COR mundum conde in me Deus. Et Paulus: CORDE, ait, credi in iuſtitiam. Et Ioannes: CORDE, ait, ſuo vnumquemque reprehendi. Si poſtremò, qui viderit feminam ad concupiſcendum, iam adulterauit in CORDE: Simul vtrumque dilu-

Hom. 9. in Exod.

Lib. de fide & ſymb. c. 10.

Lib. de anima cap. 15.

Sap. 1. 6.

Prou. 23.

Pſ. 138.

Mat. 9. 4

Pſ. 50. 12

Rō. 10. 10

1. Ioā. 3. 20.

Matt. 5. 28.

cet, & eſſe PRINCIPALE in Anima, quòd intentio diuina conueniat, id eſt vim ſapientialem atque vitalem: quod enim ſapit, viuidum eſt; & in eo theſauro Corporis haberi, ad quem Deus reſpicit. Eadem

Li. de reſurrect. Carn. c. 15. docet de reſurrectione Carnis: cui etiam conſentiunt, vt Pamelius annotauit, Philo Iudæus, Opuſculo, de eo quòd deterius potiori inſidietur. B. Hieronymus, libro ſecundo ſuper Matthæum, capite decimoquarto. Theodoretus, ſermone tertio de Prouidentia. Gregorius Nyſſenus, Oratione prima de Reſurrectione Chriſti. Solus

Lib. de opif. Dei cap. 16. Lactantius dubiũ relinquit, an in CORDE, an verò in cerebro ſit ſedes mẽtis. Et in poſteriùs hoc magis inclinat. Verùm Sanctus Hieronymus eum refutat; ad Fabiolam enim ſcribens, ait: Quæritur vbi ſit Animæ PRINCIPALE? Plato in cerebro,

Mat. 5. 8 Chriſtus monſtrat in CORDE: Beati mundo CORDE, quoniam ipſi Deum videbunt. Et, de CORDE procedunt cogita-

Serm. 11 in Pſal. 118. tiones malæ. Hinc quoque Sanctus Ambroſius ait: COR tuum cogitationum tuarum eſt ſcaturigo. In eadem ſententia eſt Ariſtoteles libro de ſenſu & ſenſi-

Alard. ad col. 7. Caſ. c. 12 bili, vt annotauit quoque Alardus Gazæus; & Lucretius, qui libro tertio ita cecinit.

Con-

Conſilium, quod nos animum, mentemq́ vocamus;
Idq́ ſitum media regione in pectoris hæret.

ATQVE hæc quidem eâ gratiâ à nobis allata ſunt, vt humani CORDIS dignitatem, & ſingularem eam, quâ alijs membris præcellit, eminentiam oſtenderemus. Nam etſi Anima ſit tota in toto corpore, & tota in ſingulis eius partibus; in CORDE tamen, velut in Arce quadam, & regali Solio, principem locum ſibi conſecratum habet. Nihil proinde mirum eſt, ſi cogitare, reminiſci, velle, deſiderare, aliaque ſimilia, quæ ſuperiore capite attulimus, ipſi CORDI tribuantur: licet enim Anima per ſuas potentias iſtos actus eliciat; tamen, quia in CORDE præcipuè reſidet, ideò CORDI rectè aſſcribuntur. Ex quo capite & COR noſtrum, & Doctrinam illam, quâ illud ad omnem perfectionem inſtruitur, magni facere, atque æſtimare debemus.

LECTIO V.

Schola CORDIS *Encyclopædia.*

DIGNITAS huius Scholæ ex eo capite cum primis elucet, quòd non anguſtis vnius ſcientiæ limitibus eius Doctrina comprehendatur, ſed latiſſimè per omnes ferè artes euagetur. Non enim triuialis hæc Schola, ſed ampliſſima quædam Academia cenſenda eſt: in qua Encycliâ Doctrinarum omnium diſciplinâ COR inſtruitur. Apparere id facilè poterit ex ſingulis propemodum Lectionibus: verùm vt tã Lectori voluptatem, quàm Scholæ noſtræ commendationem adferamus, non inutile fuerit, Encyclopædiam hanc breuiter explicare.

ORDIOR à GRAMMATICA, quæ tres huius nominis, COR, literas ex ſpiritualium quorumdam Doctorum ſenſu ita explicat, vt ſit; Cuſtodia omnium rerum: vel, vt alijs placet; Cubiculum Omnipotentis Regis.

Lib. 11. *Ety.c.*1. ETYMOLOGIA verò CORDIS, ex Iſidori mente, deducitur à cura, quòd omni curâ cuſtodiendum ſit, in eo omnis ſollicitudo

tudo & ſcientiæ cauſa maneat. Hîc porro docetur anima declinare COR vanum, graue, inſatiabile, durum. Comparare verò COR contritum & humiliatum, COR mundum & rectum, in quo Deus velut in tabula legem ſuam ſcribat. Traditur hîc etiam COR nomen eſſe ſimplex, non compoſitum; quia diuidi omninò nequit: vult enim Deus totum COR ſibi dari.

OPTIMA verò CORDIS SYNTAXIS eſt, ſi conſtruatur cum his verbis; dare, ſacrificare, cuſtodire, vigilare, vnire, & à ſolo nomine & numine Dei regatur.

QVOD POESIN ſpectat, non malè obſeruatum, COR ideò ancipitem eſſe ſyllabam, & modò produci, modò corripi poſſe, vt denotaretur COR noſtrum ad proſpera & aduerſa indifferens eſſe debere, aptumque vt quouis loco à Deo collocetur. Siue enim illud in camino tribulationis, malleo aduerſitatis, velut laminam quamdam, crebris ictibus longiùs producat, cum Dauide reſpondere debet: Paratum COR meum Deus: ſiue illud corripiat & reprehendat; itidem reſpondere debet: Paratum COR meum. *Pſ. 56. 8.*

QVID verò de RHETORICA & DIALECTICA dicemus, cùm Cardiogogus noſter non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ *1. Cor. 2. 4.*

pientiæ verbis, ſed intùs in CORDE ſine ſtrepitu verborum multò copioſiùs dicat quouis Demoſthene aut Cicerone? multò efficaciùs COR conuincat, quàm acutiſſimi Philoſophi ſuis ſyllogiſmis & argumentis? Nam vt rectè dixit Gregorius: Mutum eſt omne os quod loquitur, ſi Deus interiùs in CORDE non clamet: qui etiam aſpirat verba, quæ audiuntur.

Greg. li. 11 Mor. cap. 5.

IAM verò vt ad MATHEMATICAS diſciplinas deſcendamus, ARITHMETICA docet Deum, ſicuti vnus eſt: ita vnicæ columbæ ſuæ vnum COR deſiderare. Diſplicent enim ei qui in CORDE & CORDE loquuntur: qui duplices ſunt animo, & multicordes. Diligit verò ſimplicitatem, & vnitatem CORDIS Rectè ait Auguſtinus: Sicut omnia ab vno in multa proceſſerunt: ſic cuncta quæ ad illud vnum redire conantur, neceſſe eſt exuere multitudinem: feliciter ergo Anima non diligit, donec ad vnum & ſummum bonum per amoris deſiderium ſe conuertat. Hanc porrò CORDIS monadem adeò Deus amat, vt cùm in amante & amato duo ſint CORDA, velit ea in vnum coïre, & colliqueſcere. Ternarius verò numerus in literis huius vocabuli COR apparens, eiuſdem perfectionem deſignat. Perfectiſſimus enim numerorum

Pſ. 11. 3.

Auguſt.

rorum ternarius cenſetur; quia in ſe vnitatem & numerum complectitur: cui & hoc contigit, vt inter duo ſumma, medium quo vinciretur acciperet. In numero enim ternario eſt principium, medium, & finis: vnde tria ſunt omnia. Quamobrem Ariſtoteles affirmauit: nihil perfectum eſſe niſi Trinitatem. Quia igitur *Macrob. 1. de ſõ. Scip. Georg. vẽ. cãt. 1. tõ. 3. c. 2. Ariſt. lib. 1. de cæl. & mundo c. 1.*

Numero Deus impare gaudet;

COR humanum, ternis atque imparibus deſcriptum literis, illi in primis charum eſt.

IN eâdem ferè conſideratione hæret GEOMETRIA; quæ Pyramidis formam ſua figura COR referre, ac triangulare eſſe expendit, atque hinc concludit, non niſi trigono illud impleri poſſe. Tantam enim nobis Deus Optimus Maximus contulit CORDIS latitudinem, vt toto mundo repleri nequeat. Sola enim eſt ſanctiſſima Trinitas, quæ adæquatè totam CORDIS amplitudinem ſuâ maieſtate occupet. Omitto alios conſiderare inueniri in voce COR

Dimidium ſphera, ſpheram, cum principe Roma.

ASTROLOGIA verò ad ſidera COR euehens, illud ſurſum tendere, in cælum ſcandere, & in Deo quieſcere facit. Scalam

verò,& aſcenſiones, quibus gradatim tam ſublime nititur in CORDE diſponit; quinimmò quod in cælo eſt Sol, hoc in Corpore humano eſt COR, ſcilicet fons lucis & vitæ. Vnde Stoïci mundum arbitrantes eſſe animal magnum, ſenſu & ratione præditum, Solem propriè COR mundi eſſe cenſebant. Hinc Plutarchus ait: Stellæ ſunt oculi lucentes in facie vniuerſi; Sol vi præditus CORDIS, vt hoc ſanguinem & Spiritum, ſic Sol diffundit ex ſe vegetantem calorem & lucem. Terrâ & Mari Mundus quaſi ventre & veſicâ vtitur. Luna, inter Solem & terram, vt inter COR & ventrem, velut iecur, aut aliùd molle viſcus eſt. Habet quoque COR magnam cum ipſo cælo ſimilitudinem: vt enim cælum numquam quieſcit; ita continuò COR mouetur: & ſicuti ceſſante motu cælorum, motus generationis & corruptionis, atque etiam alterationis omninò ceſſaret; ita quoque ſi CORDIS motus intermitteretur, vita animalis deficeret. Eadem quoque eſt ratio de interiori CORDE Animæ, ſiue voluntate; quæ itidem quietis eſt expers, & ſuo imperio omnes alias potentias mouet: atque ita primo mobili aptè comparari poteſt. Quemadmodum enim illud ſuo motu omnes inferiores orbes rapit: ita COR &

Tract. de facie in orb. Lun.

S. Anton. 1. par. Sũ. theolog. tit. 4. c. 13.

& voluntas, omnibus alijs facultatibus imperant, eaſque ſuo nutu mouent.

QVAM ſuauis verò eſt ac ſonora CORDIS MVSICA! quæ concordi harmoniâ dulciſſimè ſonat in auribus diuinæ maieſtatis. Mutæ enim ſunt omnes MVSICORVM voces, niſi Spiritu CORDIS animentur. Nam vt quidam dixit:

Non vox, ſed votum; non MVSICA *chordula, ſed* COR;
Non clamor, ſed amor pſallit in aure Dei.

HINC ſpiritualis Phonaſcus nos admonet: Impleamini Spiritu Sancto, loquentes vobiſmetipſis in Pſalmis, & Hymnis, & canticis ſpiritualibus; cantantes & pſallentes in CORDIBVS veſtris Domino. *Epheſ. 5. 19.* Fecit id ſanctiſſima Virgo Cæcilia, quæ cantantibus Organis ſoli Deo decantabat: Fiat COR meum & Corpus meum immaculatum. *Breuiar. Rom.* Canticum hoc nouum (vt ait Pariſienſis Cancellarius) rationabiliter appellatur Canticordum, id eſt, Canticum CORDIS, vel CORDIVM. *Ioã Gerſõ. 3. par. tract. 2. de Cant.* Suum quippe ſubiectum, ſuum inſtrumentum, ſua chorda, quæ dicitur à CORDE, ſuus auditus, ſua vox, ſuum os, ſua modulatio eſt introrſus, vel in CORDE mentis, vel in mente CORDIS. Has verò CORDIS modulationes, etiam tacente voce, ſolus Deus audit & intelligit;

vnde Moyſi nulla verba proferenti, dixit:
Exod. 14 Cur clamas ad me. Clamabat enim COR-
15. DE, qui tacebat ore. Hunc verò clamorem, & incenſum CORDIS deſiderium percipiebat Dominus, de quo Pſal-
Pſ. 10. miſta canit: Deſiderium pauperum exau-
17. diuit Dominus; præparationem CORDIS eorum audiuit auris tua. Quis melior, quæſo, concentus auribus percipi poſſit, quàm ſi COR & voluntas noſtra velut Baſſus quidam, æquabili tenore reſpondeat Superiori; CORDI, ſcilicet & volun-
Hieron. tati Dei? Scribit Cardanus: ſi duæ teſtu-
Card. dines æquali ſono temperentur, alteriq́ue
lib. 8. *de* earum ſtramen imponatur, eumdem eam
ſubtilit. prorſus ſonum, ſine vllo attactu, edituram, quæ in altera manu pulſata reſonat. Quid quæſo hoc eſt aliud, quàm dulciſona illa ſymphonia diuini & humani CORDIS? Hoc enim ſi cum illo per omnia conſentiat, qualemcumque ſonum diuinæ voluntatis audierit, eumdem ſtatim repræſentabit, & æquali prorſus voce reſpondebit. Nouerat hanc Muſicam Iu-
1. *Mach.* das Machabæus, qui dicebat: Sicut fue-
3. 60. rit voluntas in cælo, ſic fiat. Nouerat
Iob 1. 21 & Sanctus Iob, qui ærumnis planè obſitus, lætus decantabat: Dominus dedit, Dominus abſtulit; ſicut Domino placuit,

cuit, ita factum eſt: ſit nomen Domini benedictum.

LECTIO VI.

De alijs ſcientijs quæ in hac Schola explicantur.

PRÆTER ſeptem illas, quas vocant Artes liberales, quas in hac Schola explicari iam vidimus, ſuperiores etiam ſcientias, Ethicam, Phyſicam, Medicinam, Iuriſprudentiam, Theologiam, & quaſdam etiam Mechanicas Artes ſuo ambitu eadem Schola complectitur. Quod breuiter Lectione hâc declarabimus.

ET quidem Moralem PHILOSOPHIAM hîc tradi, nihil opus eſt demonſtrare: cùm omnia penè, quæ hoc Opuſculo explicantur. Ethicen ſapiant, & ad mores componendos referantur.

QVAM multa verò ex MEDICINA petita de CORDIS ſitu naturali, figurâ, & colore, de præcordijs, alijſque hîc inſeruntur; Quid quòd ea quæ de carnali CORDE Hippocrates, Galenus, & poſt eos tota Medicorum Schola tradunt, illa ipſa in

in voluntatem noſtram (quæ Animæ COR eſt) aptiſſimè conuenire demonſtrentur?
Cornel. in c. 36. *Ezech.* Sicut enim COR eſt officina Spirituum, quos toti Corpori ſubminiſtrat, per eoſque eſt principium & cauſa omnis motus, & actionis animalis; ita voluntas eſt officina virtutis & vitij, meriti & demeriti, omniſque actionis bonæ vel malæ.

TRADVNT Phyſici quatuor partes eſſe vitales, quibus maximè vita conſtat, & conſeruatur; COR, Cerebrum, Hepar, Pulmonem. COR enim calorem & Spiritus Corpori ſubminiſtrat; Hepar ſanguinem, quo Corpus nutritur; Cerebrum Spiritus animales, quibus ſenſatio, intellectio, & motio localis conficitur; Pulmo quaſi follis, CORDI dat refrigerium. Ita vita ſpiritalis conſtat rectâ voluntate, quaſi CORDE; prudentiâ, quaſi cerebro; iuſtitiâ, quaſi Hepate, ſanguinis decoriſque effectore; continentiâ, quaſi pulmone, affectus moderante, & refrigerante.

NE quid verò ſpiritualis MEDICINÆ deſit; COR graue hîc alleuiatur, durum emollitur, ſuperbum & vanum deprimitur, & compungitur; denique à malis humoribus COR expurgandum & euacuandum docetur, cùm velut aqua iubetur effundi. *Thren.* 2. 19.
Si quæ verò tubera, diſtorſiones, aut vlcera

ra CORDI fortè adnata fuerint, circumcidendum COR præcipitur, vt ſanies effluat. Quid verò piiſſimus Animarum noſtrarum Medicus CORDI non facit, vt illius valetudinem aut tueatur bonam, aut corrigat malam? In ſacro enim ſudore ſuo, ægroto balneum; in Sanguine pretioſiſſimo, ſordido CORDI lauacrum præparauit. Vino etiam torculari Crucis è ſacro latere eius expreſſo, COR hominis lætificat: quin & in eodem lateris thalamo, molliſſimum CORDIS lectulum ſtrauit. Ipſe ſiquidem MEDICVS eſt ſanans omnem languorem & omnem iniquitatem; qui & ad hoc ſe miſſum teſtatur, vt mederetur contritis CORDE. Atque hæc de MEDICINÆ ſcientia.

Matt. 4. 23.
Iſa. 61. 1

IAM verò ſi IVRISPRVDENTIAM, & legum cognitionem adire iuuat; inueniemus in hac Schola exactam tradi iuſtitiæ formam, quæ eſt vnicuique ius ſuum tribuere. * Proinde COR noſtrum non mundo, non carni, non diabolo; ſed vni Deo, cui ſolo iure debetur, totum ita dari mandatur, nulla vt pars, quantumcumque parua alteri cedat. COR verò ſic Deo donatum, æquiſſimâ lance expenditur, an ſtatutum à legibus diuinis pondus habeat. Quid verò de ipſis legibus dicemus, quas æter-

nus

2.Cor. 3.3. nus Legiſlator digito ſuo in tabulis CORDIS carnalibus inſcribit?

DE ſacra verò THEOLOGIA ſuperuacaneum foret, probare illam hoc quoque Opuſculo includi, cùm potiſſimus eius ſcopus ſit auerſum à Deo COR ad eum reducere, iuxta diuinum eius COR, noſtrum rectum facere, diuinæ illud maieſtati in ſacrificium offerre, illi COR vnire, vt in eo tandem feliciſſimè quieſcat. Diuinus verò amor, Scholæ huius Gymnaſiarcha, COR illuminat, accendit, ſurſumque ſubleuat, vt diuinas affectiones recipere poſſit; quæ omnia ad Theologiam Myſticam ſpectant. Lubens autem pertranſeo, plurima ſacræ Scripturæ loca & Theologiæ arcana hoc Libello recludi.

NEQVE verò aliæ Mechanicæ Artes ab hoc Athenæo prorſus exulant. Agit enim hic cœleſtis Doctor Vegetium Chriſtianum, atque ad ſpiritualem militiam COR inſtruit; ſiue dum illud inſtar Fortalitij, & Caſtri cuiuſdam munitiſſimi, enſe diuini amoris tuetur, & velut excubias ante illud agit; ſiue dum ſcuto laboris ſui, & Thren.3. 63. vniuerſa Paſſionis ſuæ panoplia COR protegit aduerſus ignita iacula inimici. Habet & Vitruuius hîc ſuas partes; vt, tamquam optimus Architectus, CORDIS domicilium

lium conſtruat, quod ſpatioſiſſimum fiat Spiritus Sancti habitaculum; in quo, vt Bernardus dixit, ſpatia & deambulatoria diſtinguat, ad opus diuinæ maieſtatis. Quin & ſcalas, & aſcenſiones in CORDE diſponit, quibus ad cœlum Deumque ipſum conſcendat. Sed & columna Chriſti labantem CORDIS domum, dum opus eſt, opportunè fulſit, totum denique ædificium, titulo Crucis inſcriptum, Deo dedicat, conſecratque. Si pictura animum oblectat, ipſum COR hîc pro tabula eſt, aut potiùs pro telâ, in qua acu coronæ ſpineæ Dilecti facies depingitur.

Bernard. ſerm. 27 in Cant.
Pſ. 83. 6.

DENIQVE nec de re ruſticâ, atque agriculturâ diuinus amor Animam inſtruere neglexit. Vis ſpiritualem videre Varronem? attende Scholæ huius Magiſtrum velut hortulanum quemdam, nunc aratro Crucis terram CORDIS proſcindere, mox ſemina verbi Dei in COR iacere, deinde COR irrigare, ac flores colligere. Aliàs Crucis arborem CORDI inſerit, muſtum torculari Crucis exprimit, quod CORDIS vaſe recipiatur. Totum denique CORDIS hortulum ſpineæ coronæ ſæpe circumdat, atque munit. Ex quibus omnibus liquidò patet, ampliſſimè ſeſe Academiæ CORDIS diſciplinas extendere, &

omnium

omnium Artium Encyclopædiam in hoc Gymnaſio aliquouſque edoceri.

LECTIO VII.

De Magiſtro & Diſcipulis Scholæ CORDIS.

Ambroſ. lib. 2. de Virgin. CVM, iuxta Sancti Ambroſij aſſertionem, primus diſcendi ardor nobilitas ſit Magiſtri; digniſſimum omninò eſt, vt præcellentiam Magiſtri huius Scholæ accuratiùs expendamus. Non eſt autem alius CORDIS Magiſter,
Pſ. 32. 15 Pſ. 89. 12. quàm ille ipſe, qui finxit ſingillatim CORDA hominum; qui ſcrutatur CORDA & renes, omneſque Diſcipulos ſuos vult eſſe eruditos CORDE in ſapientia. Fingit enim Deus CORDA hominum, non tantùm ſecundùm ſubſtantiam; ſed etiam ſecundùm pietatis affectum. Sicut enim Deus
Ianſſon. in prim. expoſ. Pſ. 32. COR mundum creat in homine innouatione iuſtitiæ, ſic COR innouatum fingit confirmatione Doctrinæ, idque ſingillatim; quia alteri datur Spiritus ſapientiæ, alteri ſcientiæ, alteri fidei. Quamuis autem omni tempore diuina bonitas hominum CORDA ſalutari inſtruxerit Doctrinâ, id

tamen

Digitized by Google

tamen luculentiùs per Vnigenitum Dei Filium Ieſum Chriſtum in Nouo præſtitit Teſtamento; ita enim olim de eo promiſerat Pater: Et feriam vobiſcum pactum ſempiternum, miſericordias Dauid fideles. Ecce teſtem populis dedi eum, Ducem ac Præceptorem gentibus. Quàm ſedulò autem hoc Doctoris munus Meſſias noſter obiturus eſſet, idem Propheta alibi docet, dicens: Erunt oculi tui videntes Præceptorem tuum, & aures tuæ audient vocem poſt tergum monentis: hæc eſt via, ambulate in ea. Quis enim non miretur hanc diligentiam? non enim expectat vt Diſcipuli ad Scholam veniant; ſed proteruos & fugitiuos ponè ſubſequitur, & blandiſſimè reuocat à via perditionis. Propheticas autem has promiſſiones in Nouo Teſtamento adimpletas eſſe, Apoſtolus teſtis eſt, qui ait: Multifariàm multiſque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in Filio, quem conſtituit heredem vniuerſorum, per quem fecit & ſæcula. Quid nobilius hoc Doctore? quem cæleſtis Pater in monte Thabor ad Magiſterium promouit, & hoc ei teſtimonium dedit: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, ipſum

Iſa.55.3

Ide 30. 21.

Heb.1.1.

Mat.13. 17.

Baruch. ſum audite? Hic, vt Baruch teſtatur, ad-
3.37. inuenit omnem viam diſciplinæ, & tradidit illam Iacob puero ſuo, & Iſraël dilecto ſuo. Hic ille eſt Magiſter, in quo re-
Col. 2.3. conditi ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei. Hic eſt, qui docuit ſapientiam
1. Cor. 2. quamdam cæleſtem, quam nemo Prin-
8. cipum huius ſæculi cognouit, quam prædeſtinauit Deus ante ſæcula in gloriam no-
1. Cor. 1. ſtram. Quis igitur non glorietur in Domi-
31. no, ſe talem nactum eſſe Magiſtrum? Non
Pſ. 147. enim fecit Deus taliter omni nationi, & iu-
20. dicia ſua non manifeſtauit eis. Quis hîc
Deut. 4. non vſurpet illud: Non eſt alia natio
7. tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris? Quæ eſt enim alia gens ſic inclyta, vt habeat ceremonias, iuſtaque iudicia, & vniuerſam legem? Me-
Ioel. 2. ritò igitur hortatur Propheta: Filiæ Sion
23. exultate in Domino Deo veſtro, qui dedit vobis Doctorem iuſtitiæ. Felices prorſus
Pſal. 93. Diſcipuli tali Doctore ac Magiſtro! Bea-
12. tus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum! Ex quibus iam facilè videre eſt, quo honore hic Magiſter proſequendus, quâ auiditate audiendus, quanto ſtudio & animi propenſione illi in omnibus obediendum ſit: quantam

quantam deinde diligentiam Diſcipulos adhibere par ſit, vt omnes huius Magiſtri Lectiones, quas non verbis modò, ſed & opere docuit, ediſcant, & factis ſeſe didiciſſe oſtendant. Hoc enim eſt quod benigniſſimus Magiſter voluit,cùm dixit: Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis CORDE. Itemque: Si ego laui pedes veſtros, Dominus & Magiſter, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis,vt quemadmodum ego feci vobis,ita & vos faciatis. *Matth. 11.29.* *Ioan. 13. 14.*

IAM verò quinam ſint huius Scholæ Diſcipuli, non admodum difficile explicatu eſt: omnes enim qui COR habent,& quibus ſanitas CORDIS CORDI eſt, ad hanc Scholam pertinent, quibus Magiſter noſter illud Iob dicere poteſt: Viri CORDATI audite me. *Iob. 34. 10.*

SED nec illi omninò excluſi ſunt qui indigent CORDE, æterna enim Sapientia volens omnes Doctrinæ ſuæ participes facere, mittit præcones ſuos ad mœnia ciuitatis, qui clament: Si quis eſt paruulus, veniat ad me. Et inſipientibus locuta eſt: Venite, comedite panem meum,& bibite vinum quod miſcui vobis. Relinquite infantiam, & viuite; & ambulate per vias prudentiæ. Omnis igitur ætas, omnis ſexus ad *Prouerb. 9.4.*

 hanc

hanc Scholam inuitatur & admittitur; Iu-
Pſ. 148. uenes,& virgines,ſenes cum iunioribus, ſi-
12. mul in vnum diues & pauper in hoc Gym-
Pſ.48.3. naſio reſident : ſoli illi ab huius Doctrinæ
participatione ſecernuntur, qui rebelles lu-
Iſa.30. mini, nec poſt terga monentem præcepto-
21. rem audire dignantur, ſed ſponte in deuia
& præcipitia ruunt.

LECTIO VIII.

Quàm ſuauiter ad Scholam CORDIS *Magiſter inuitet.*

DVLCISSIMVS Gymnaſiarcha noſter non ſatis habet publicè ludum aperire, omnes paſſim admittere, illiſque abſque argento & auro, aut vllo pretio Doctrinam ſuam communicare; ſed tenerrimè etiam omnes Diſcipulos (quos Filiorum loco habere non dedignatur) ad diſcendum inuitat & allicit; idque voce tam ſuaui, & flexanimâ, vt non niſi à duro & lapideo CORDE reſpui poſſit. Molliti ſiquidem ſunt ſermo-
Pſal.54. nes eius ſuper oleum; & ipſi ſunt iacula,
22. quibus intima CORDIS penetrantur & com-
pun-

punguntur. Viuus eſt enim ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vſque ad intima compagum & medullarum, conuertens Animas, & intellectum dans paruulis. O quàm magna multitudo dulcedinis eſt in verbis diuini huius Magiſtri! lac & mel ſub lingua eius, & labia illius lilia ſtillantia Myrrham primam, id eſt, electam, perfectiſſimam, inſigni odore fragrantem. In lilijs, ſi colorem ſpectes, puritatem: ſi odorem, ſuauitatem: ſi aureas intùs virgulas, diuinitatem intellige. Perinde eſt igitur ac ſi dicat: Verba quæ Sponſus meus profert, omni candore ac puritate conſpicua ſunt, omnimodis odoribus, ac ſuauitatibus referta: denique talia, qualia eſſe decet quæ ab homine-Deo proferuntur, ſimul habentia candorem, & iucunditatem amœniſſimam, à lilijs; ſimul ſalubritatem mirificam, & vim arcendæ corruptionis, à Myrrhâ. Sed quanta gratia diffuſa ſit in labijs Magiſtri noſtri, quæ verborum ipſius energia, nullus meliùs explicare poterit, quàm qui expertus eſt. Dilecta Sponſa clamat: Anima mea liquefacta eſt, vt Dilectus locutus eſt. Duo Diſcipuli qui cum Magiſtro ibant in Emmaus ignito eloquio accenſi, interrogant: Nónne Cor noſtrum

Hebr. 4. 12.
Pſ. 118. 130.
Claud. Aquar. in Pſ. 44.
Pſ. 44. 3.
Cant. 5. 6.
Luc. 24. 32.

noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas?
Et qui miſſi fuerant à Pontificibus & Phariſæis vt apprehenderent eum, cùm audiſ-
Ioan.7. ſent eius ſermones, dixerunt: Hic eſt verè
40. Propheta. Hic eſt Chriſtus. Numquam ſic
locutus eſt homo, ſicut hic homo. Cùm
autem in Synagoga doceret in Nazareth,
Luc.4. omnium oculi erant intendentes in eum.
22. Et omnes teſtimonium illi dabant, & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procede-
Ibid.v. bant de ore ipſius. Et cùm in Caphar-
32. naum doceret Sabbatis, ſtupebant in
Doctrina eius, quia in poteſtate erat ſermo ipſius. Meritò ergo Sanctus Petrus
(cùm abeuntibus quibuſdam Diſcipulis in-
Ioan.6. terrogaſſet Chriſtus: Numquid & vos vul-
68. tis abire?) reſpondit omnium nomine:
Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. Hunc igitur cæleſtem Magiſtrum, dulciſſimis atque efficaciſſimis verbis Diſcipulos ſuos ad hauriendam ſalutarem Doctrinam inuitantem & exhortan-
Pſal.33. tem, ſedulò audiamus: Venite, inquit, fi-
12. lij, audite me, timorem Domini docebo
Prou.4.1 vos. Audite filij diſciplinam Patris,& attendite vt ſciatis prudentiam, donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis. Sed pulcherrimam prorſus
Con-

Concionem, quam Magiſter noſter ſub nomine Sapientiæ ad Diſcipulos ſuos habuit, Salomon in Prouerbijs proponit: Numquid, ait, non Sapientia clamitat, & prudentia dat vocem ſuam? In ſummis excelſiſque verticibus ſupra viam, in medijs ſemitis ſtans, iuxta portas ciuitatis, in ipſis foribus loquitur, dicens: O viri, ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum. Intelligite paruuli aſtutiam, & inſipientes animaduertite. Audite, quoniam de rebus magnis locutura ſum: & aperientur labia mea, vt recta prædicent. Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea deteſtabuntur impium. Iuſti ſunt omnes ſermones mei, non eſt in eis prauum quid, neque peruerſum, recti ſunt intelligentibus, & æqui inuenientibus ſcientiam. Accipite diſciplinam meam, & non pecuniam: Doctrinam magis, quàm aurum eligite. Melior eſt enim ſapientia cunctis pretioſiſſimis: & omne deſiderabile ei non poteſt comparari. Quibus verbis eximia Scholæ ſuæ emolumenta, vtilitateſque omninò maximas declarat, quod in ſuauiſſima illa concluſione, quâ, nonnullis interiectis, ſermonem concludit, magis etiam facit, dum ita perorat: Nunc ergo filij audite me: Beati qui cuſtodiunt vias meas. Audite

Prouerb. 8.1.

diſciplinam, & eſtote ſapientes, & nolite
abijcere eam. Beatus homo qui audit me,
& qui vigilat ad fores meas quotidie, &
obſeruat ad poſtes oſtij mei. Qui me in-
uenerit, inueniet vitam, & hauriet ſalutem
à Domino. Ne autem tantùm vtilem eſſe
Sapientiæ Scholam, & derelinquentibus
illam nullas manere pœnas, putaremus;
ſubiungit damna & ſupplicia, quæ deſerto-
res Sapientiæ incurrunt: Qui autem in me
peccauerit, ait, lædet animam ſuam. Om-
nes qui me oderunt, diligunt mortem.
Hoc autem faciunt vecordes & negligen-
tes Diſcipuli, qui ſalutem & vitam æter-
nam deſpiciunt, de quibus Eccleſiaſt. ait:
Eccli.6. Quàm aſpera eſt nimiùm Sapientia indo-
21. ctis hominibus, & non permanebit in illa
Oſ.4.14 excors. Sed non feret id impunè, populus
Prouerb. enim non intelligens vapulabit. Et, virga
10.13. in dorſo eius qui indiget CORDE. Audi igi-
tur quiſquis huius Scholæ Diſcipulus, quiſ-
quis CORDATVS es audi, & time hanc
Ier.6.8. Domini comminationem: Erudire Ieru-
ſalem, ne fortè recedat Anima mea à te.
Quid autem eſt Animam Præceptoris no-
ſtri recedere à Diſcipulo ſuo, niſi eum non
ampliùs diligere? Vnde Scriptura dicit:
Neminem diligit Deus, niſi eum qui cum
Sap.7. Sapientia habitat. Vnde infelix & miſer
28. eſt,

eſt,quiſquis talis eſt, cuius etiam miſericors Pſ.110.
& miſerator Dominus non vult miſereri. 4.
Nam vt Iſaias ait: Non eſt populus ſapiens, Iſa.27.
propterea non miſerebitur eius qui fecit 11.
eum; & qui formauit eum, non parcet ei.
Diligentes igitur Diſcipuli vigilate in Doctrina CORDIS; & apprehendite diſciplinam,ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta. Pſ.2.12.

LECTIO IX.

De modo docendi, quo Scholæ CORDIS *Magiſter vtitur.*

CELSITVDO & dignitas Magiſtri noſtri facile arguit longe aliam eſſe ipſius docendi methodum, quam ſapientium huius mundi: Filij Baruch. enim Agar qui exquirunt prudentiam 3.23.
huius ſæculi,iuxta deſideria ſua coacervant ſibi Magiſtros prurientes auribus, curioſitatis ſcilicet, & nouitatis auidi. His vero 2.Tim. 4.3.
Magiſtri ex æquo reſpondentes, in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis,in ornatu ſermonis, & dictionum phaleris, Auditorum pruritui ſatisfacere ſtudent. At vero Doctor noſter verba vitæ habens, intus 1.Cor.2. 4. Ioan.6. 69.
ad

Oſee.2. ad COR loquitur, illudque virtute diuini
14. verbi ſui penetrat, immutat, & ad quodcū-
Auguſt. que voluerit inflectit. Omnia Eccleſiæ Ma-
Tract. 3. giſteria, ait Auguſtinus, forinſecùs ſonant,
in Epiſt. Cathedram habet in cælo, qui intùs docet
Ioan. in CORDE. Niſi hic Magiſter adſit COR-
DI audientis, otioſus eſt ſermo cuiuſcum-
Lib. 11. que Doctoris. Nam, vt Gregorius ait, mu-
Moral. in tum eſt os omne quod loquitur, ſi Deus in-
Iob c.5. teriùs in CORDE non clamet: qui etiam
aſpirat verba quæ audiuntur. Qualiacum-
que autem verba exteriùs proferantur, ni-
hil omninò proderunt, niſi Dominus au-
tem CORDIS adaperire dignetur. Quem-
admodum autem qui equo aut curru vehi-
tur, vſque ad limem domus tantùm per-
uenit, nec equo aut curru in conclaue in-
gredi poteſt, quod qui pedes incedit, &
clauem domus habet, facillimè præſtat:
ita verbum vocale vſque ad aures, ſcrip-
tum verò vſque ad oculos tantùm pertin-
git, quod autem Deus loquitur, in ipſum
COR ingreditur, illudque ad omnem Dei
voluntatem diſponit, & inflectit; cuius
virtutem Bernardus expertus, hæc ait:
Serm. 74 Viuum & efficax eſt Dei verbum, moxque
in Cant. vt intùs venit, expergefecit dormitantem
Animam, mouit, & molliuit, & vulnerauit
COR meum, quoniam durum, lapideum-

que

que erat,& malè ſanum ; cœpit quoque e-
uellere,& deſtruere, ædificare,& plantare,
rigare arida, tenebroſa illuminare, clauſa
reſerare, frigida inflammare, nec non &
mittere praua in directa, & aſpera in vias *Iſ. 40. 4.*
planas, ita vt benediceret anima mea Do- *Pſ. 102.*
mino, & omnia quæ intra me ſunt nomini *1.*
ſancto eius. Hæc Bernardus.

SED lubet particulariùs expendere ſublimem illum, & internum docendi modum, quo cæleſtis Magiſter noſter vtitur, quem non ab alterius, ſed ex ipſo ſacro eius ore depromemus: ipſe enim de fideli Anima ita apud Prophetam loquitur: Ecce ego lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinem: & LOQVAR AD COR eius. Ac ſi dicat: ſuauiſſimo modo ſuadebo, & alliciam Animam mihi deſponſatam; & ducam eam in ſolitudinem, vbi ſeparata ab huius ſæculi tumultu, & hominum ac negotiorum turba, ſolum me audiet loquentem: amat enim ſecretum & ſeceſſum diuinus Sponſus, nec in publico arcana ſua communicat. Quare Sponſam ita mellifluus Doctor admonendam cenſuit: O ſancta Anima ſola eſto, vt ſoli omnium ſerues teipſam, quem ex omnibus elegiſti. Fuge publicum, fuge & ipſos domeſticos. An neſcis te verecundum habere Sponſum, & qui

Oſea 2. 14.

Bernard: Serm. 40 in Cant.

qui nequaquam ſuam velit tibi indulgere præſentiam, præſentibus ceteris? Verùm, modum quo ad COR loquitur Sponſus CORDIS, alibi magis explicat, cùm ait:
Apoc. 3. 20. Ecce ego ſto ad oſtium, & pulſo: ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum. Quanta verò hæc eſt benignitas & clementia, quòd ipſe Dominus inueniens oſtia CORDIS noſtri clauſa, foris ſtet, & perſeueret pulſans, & expectans donec aperiatur illi. Quis autem hic pulſus ſit, ipſe Dominus aperit cùm ait: Si quis audierit vocem meam, ſignificans ſe internâ allocutione, & voce oſtium CORDIS pulſare. Quod explicatiùs etiam Sponſa declarauit, cùm pulſum hunc, &
Cant. 5. 2. vocem explicans, ita ait: Vox Dilecti mei pulſantis: Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium. Quaſi dixiſſet: dum ego dormio, vigilante tamen CORDE, en Dilectus meus pulſat ad oſtium, & clamat: Aperi mihi ſoror mea, rogans & exhortans, vt omnibus intermiſſis ianuam CORDIS illi pandam.

HIC autem animaduertendum eſt, ſingula Sponſi verba totidem eſſe ratio-

nes,

nes, quibus Animam vrget, vt portam CORDIS aperire velit.

PRIMO ergo ait: Aperi mihi. Ac ſi dicat: aperuiſti ianuam CORDIS tui diabolo, qui tuum ſitiebat interitum, & æternam condemnationem: cur ergo non aperies mihi Creatori, Redemptori ac Protectori tuo, qui tuam cupio ſalutem, & æternam quæro ſaluationem? Aperuiſti tyranno & adultero, aperi legitimo Domino & Sponſo. Aperuiſti lupo, qui intrauit vt perderet & mactaret, aperi proprio Paſtori, qui intrare cupit, vt te paſcat & tueatur. *Lud. de Ponte in Cant. li. 8. Exhortat. 8. §. 2.*

SECVNDO, valdè intromitti poſtulat, ex eò quòd Sponſam quartò SVAM appellat, dicens: Soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea. Quaſi ſic loqueretur: mille titulis MEA es, & non aliorum, ideoque aperire mihi meritò teneris: non enim pulſo ad ianuam alienæ domus, ſed propriæ, quam ego creaui, feci, refeci, & plurimùm exornaui.

TERTIO, ſingula hæc nomina apertionem vrgent. Aperire mihi debes, quia de Incarnatione mihi Soror es; de Paſſione, Amica; de miſſione Spiritus Sancti, Columba; de Sacramentorum perceptione, Immaculata. Immò in ipſa iuſtificatione, quæ per Baptiſmum & Pœnitentiam fit, per

per gratiam, quâ diuinæ efficeris particips naturæ, Soror mea es: per charitatem, quâ mutua inter nos initur familiaritas, Amica: per infuſionem Sancti Spiritus qui requieuit ſuper te, Columba: per expurgationem ab omni peccato, Immaculata.

QVARTO, clariores cauſas ipſe Sponſus adducit, dicens: Quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni capitis mei guttis noctium. Indicans ſe per multas noctis horas ſtetiſſe ad fores pulſando, adeò vt ex morâ tam longâ caput repletum fuerit rore, & cincinni guttis pluuiæ; cùm tamen ad primum pulſum aperiendum fuiſſet, ſi non quia frater & amicus eram; ſaltem propter improbitatem, quia diu perſeueraui pulſans, ita vt totus immaduerim. O mira Dei benignitas! ô ſtupenda charitas! non ſuo, ſed noſtro commodo oſtium CORDIS pulſat, nec illius intereſt aperiamus, nec ne, ſed noſtra: &
Pſal. 85. 15. tamen patiens & multæ miſericordiæ Dominus perſtat ante oſtium pulſans, & longanimiter expectans donec tandem aperiamus ei.

QVINTO denique valdè hîc ponderandum eſt, quòd Sponſus hic inſinuet, ſe nudo capite ad oſtium CORDIS ſtetiſſe, nulla

la hîc tegumenti mentio eſt, & ros ac guttæ in cincinnos decidiſſe dicuntur. Solent autem captiui nudato capite incedere. Quid igitur eſt Sponſum ad fores CORDIS venire nudato capite, & rore & glacie pleno? niſi venire quaſi captiuum, non ab alio quàm ab amore ipſius, propter quem immenſos pertulit labores. Ac ſi dicat: En ad ianuas tuas ſto tamquam captiuus, & ſeruus tuus, quia charitas mea erga te, me fecit tuum ſeruum, vt te à malis & miſerijs tuis liberarem. Sic enim ait per Iſaiam: Seruire me feciſti in peccatis tuis, præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis: nam propter te formam ſerui accepi, & humiliaui me vſque ad mortem, mortem autem Crucis. Propter te caput meum ſpinis coronatum, plenum fuit ſanguineo rore, & cincinni mei purpureis guttis mei cruoris. Intuere igitur hoc caput mei erga te amoris ſummum ſignum, & aperi mihi COR tuum. O ſtupenda diuinæ charitatis dignatio! ô incredibilis hominum obduratio! qui tam amanti Sponſo aperire renuunt, vel pigreſcunt. Væ illis, & millies væ, qui per mentis obſtinationem, CORDIS fores Deo fortiter occludunt, nec eius pulſationi & inſpirationi vllum dant locum.

Iſa. 43. 24.

Phil. 2. 8

LE-

LECTIO X.

De officio Diſcipuli CORDIS *Scholam frequentantis.*

VIDIMVS docendi modum à cæleſti Magiſtro vſurpatum: ſupereſt iam indagemus, quâ ratione Diſcipulus hanc Lectionem excipere, eamque Magiſtro reddere debeat. Tria autem notare poſſumus, quæ ad hoc Diſcipuli officium ſpectant. Primum, vt loquentem Doctorem audiat. Secundum, vt ſurgat ad aperiendam CORDIS ianuam. Tertium, vt expectanti foris Magiſtro, fores pandat, eumque ad intima CORDIS penetralia intromittat. Exemplum autem tam boni Diſcipuli Sponſa in Cantico præbuit; illa enim diligentiſſimè attendit ad vocem Sponſi, vnde dicebat: Vox Dilecti mei

Cant. 5. 2. pulſantis. Niſi enim attentis auribus auſcultaſſet, ſine dubio vocem Dilecti ſui non agnouiſſet.

DILIGENS quoque Præceptoris huius Auditor fuit Regius Vates, qui canebat:

Pſ. 84. 9. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Hoc igitur primum munus eſt Diſcipuli

ſcipuli huius Scholæ, vt nimirùm ſe ſubducens à tumultuante vitæ huius inquietudine, ſedeat ſolus, & tacens ſuſcipiat venas diuini ſuſurri. Non enim in turba audire loquentem Dominum poterit; ducit enim Animam ad ſolitudinem, vt ibi ad COR illius loquatur. Hæc autem locutio ad COR directa, primùm in aures incidit, ideòque illæ diuino verbo aperiendæ ſunt. Auris enim bona torcular eſt, vinacea verborum retinens, & vinum ſpiritualis intelligentiæ ad cellarium CORDIS tranſmittens. Quare ad Diſcipulum ſpectat, canalem auditus ſui diuino eloquio excipiendo apponere, vt ita pretioſus liquor in CORDIS vaſculum influere poſſit. *Iob 4. 12*

SECVNDO, auditâ primâ Præceptoris ſui voce, quâ intromitti poſtulat, & veluti audientiam petit, ſtatim exurgere debet, vt pulſanti aperiat. Hoc ab eadem Sullamitide diſcere poterit, quæ ait: Surrexi, vt aperirem Dilecto meo. Ignaui enim eſt vocem quidem pulſantis audire, ſed diſſimulare, alijs intendere aut ſtertere; nec vel ſemel ſe leuare, vt Dilecto aperiat. Excitata itaque Anima diuinâ voce alacriter ſurgat, &, præeuntis Sponſæ veſtigia ſubſequens, tertium quoque officium diligenter impleat, Aperiat, inquam, Magi-

D ſtro:

Cant.5. 6. ſtro: Peſſulum oſtij mei, ait Sponſa, aperui Dilecto meo. Quid autem hoc eſt, niſi omnia impedimenta, quæ obſtabant quò minùs Dilectus ingredi poſſet, pariter remoui, ita vt ne minimum peſſulum reliquerim, quod non abſtulerim? Plerumque enim accidit, vt in homine etiam pio aliqua paſſio, aut praua affectio prædominetur, quæ inſtar peſſuli obicem præſtet venienti Sponſo, quam proinde auferre neceſſe ſit. Benè ad hanc rem dixit Richardus de Sancto Victore: Sera cùm parua ſit & anguſta, latitudinem tamen oſtij concludit; vt, niſi illâ reſeratâ, patere non poſſit: ita hæc minima peccata venialia niſi reſcindantur, non dignatur Dilectus ita venire ad Animam, vt perfectè ad eam intret, & perfectâ gratiâ eam repleat. Fuiſſe autem non magnum quid, ſed exiguum quod oſtium obſeratum retinebat; vel inde patet, quòd non dicat ſe vectem abſtuliſſe; ſed tantùm peſſulum. Peſſulum autem oſtio facimus, vt Magnus Gregorius dixit, cùm per voluptatem carnis aditum CORDIS contra Sponſum obſeramus. Peſſulum verò aperimus, cùm remotis voluptatibus fluxis COR noſtrum in amorem Chriſti, quod priùs durum fuerat, ſoluimus, & Sponſo pulſanti ad oſtium

Cap.35. in Cant.

Cap.5. Cant.

introitum

introitum liberum facimus. Quanto autem labore conſtiterit, oſtium CORDIS reſerare, & peſſulum reducere, ipſa Sponſa ſatis declarauit, cùm ait: Manus meæ ſtillauerunt Myrrham, & digiti mei pleni Myrrhâ probatiſſimâ; quod Pſello interprete ita ſonat: Peſſulis omnibus reductis, fores aperui; id eſt, carnis meæ membris mortificatis, Animæ meæ ſenſus omnes patefeci. Cui Nyſſenus Gregorius conſonat, qui ita Sponſam loquentem facit: Accepi vim reſurrectionis ex eo, quòd membra mea terrena mortua reddiderim, eamque membrorum mortificationem ſponte meâ inſtituerim: non ab alio Myrrha mihi in manus data, ſed defluente illa, certo meo arbitratu. Quid enim per manus, niſi operationes? quid per Myrrham, niſi mortificatio carnis accipitur? Sponſa igitur, vt Ambroſius loquitur, ſurrexit aperire, & opera eius, & facta mortificata ſunt mundo: talis enim debet eſſe Anima, quæ verbum eſt receptura; vt moriatur mundo, & conſepeliatur in Chriſto, ſic enim Chriſtus inuenitur, & tale ſibi quærit hoſpitium. *Cant. 5. 5.* *Pſellus.* *Homil. 12.* *Lib. de Iſaac, cap. 6.*

SED notanda eſt hîc triplex Diſcipulorum differentia. Quidam enim ſtupidi & vecordes, ne quidem auſcultant vocem

Præceptoris, parùm curantes loquatur nec ne. Alij audiunt quidem vocem; ſed præ deſidiâ ad illam non ſurgunt. Tertij & audiunt, & ſurgunt; ſed peſſulum non reſerant, nec oſtium aperiunt.

QVEMADMODVM enim dum Citharœdi aliqui de nocte per plateas Citharam tangunt, quidam ſomno preſſi non audiunt; alij etſi audiant, non tamen è lecto ſe proripiunt; alij verò dulcedine cantus illecti, ad oſtium vel feneſtram accedunt, vt Muſicam Harmoniam audiant, ſed ſtatim lectum repetunt: ita quoque contingit quoſdam Dei vocem non audire; alios verò audire quidem, ſed negligere; alios deinde auditu diuini verbi plurimùm delectari, illique cum voluptate attendere; ſed illo nihil ampliùs commoueri, quàm ſi Muſicam quamdam Cantilenam audiuiſſent; de quibus Dominus conqueritur
Ezech. 33.30. apud Ezechielem, cùm ait: Dicunt vnus ad alterum; venit, & audiamus quis ſit ſermo egrediens à Domino. Et veniunt ad te, quaſi ſi ingrediatur populus, & ſedent coram te populus meus, & audiunt ſermones tuos, & non faciunt eos, quia in Canticum oris ſui vertunt illos, & auaritiam ſuam ſequitur COR eorum. Et es eis quaſi Carmen Muſicum, quod ſuaui dulcique

ſono

ſono canitur : & audiunt verba tua, & non faciunt ea.

QVARTVM Diſcipulorum genus, eſt eorum qui auditâ Præceptoris voce, ſtatim ſurgunt, peſſulum remouent, oſtium aperiunt, & Dei præcepta opere exequuntur. De his Bernardus ait: Veram ſcientiam ſoli Chriſti Diſcipuli, id eſt, mundi contemptores, Dei munere aſſequuntur. Nec enim hanc Lectio docet, ſed vnctio; non litera, ſed Spiritus; non eruditio, ſed exercitatio in mandatis Domini. Diſcendi igitur cupidus huius Scholæ Diſcipulus, nihil magis deſideret, quàm vt omnibus creaturis tacentibus, vnus Deus loquatur ſecum, ad quem ſe conuertat & dicat: Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus. Nec ad oſtium eum morari permittat, ſed cum Sponſa dicat: Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ, ibi me docebis. Quænam autem hæc domus, niſi ipſum COR, quod diuinus Magiſter ingreſſus, Doctoralem ſibi Cathedram in eo conſtituit, & velut in ampliſſimo Gymnaſio ſedentem ad pedes ſuos, cum Magdalena, Sponſam erudit atque inſtruit. Propterea, vt Bernardus monet, quoties ſuggeſtionem boni ſenſeris in CORDE tuo, da honorem Deo; & age reuerentiam Spi-

Epiſt. 108.

1.*Reg.* 3.10.

*Cant.*8. 2.

*Luc.*10. 39.

*Serm.*1. *de Pentec.*

ritui Sancto, cuius vox ſonat in auribus tuis.

LECTIO XI.

Monita quædam, Diſcipulo Scholæ CORDIS *tradita.*

VT maiore cum fructu in hoc Lycæo verſeris, & faciliori negotio omnem eius Doctrinam aſſequaris, Monita quædam ab ipſo Magiſtro tradita hîc inculcanda erunt: quæ non ad hanc modò, ſed ad quamcumque aliam Scientiam acquirendam, opportuniſſima inuenientur.

PRIMVM autem ſit magna diſcendi cupiditas, nam, vt in prouerbio eſt,

Si fueris cupidus diſcendi, plurima diſces.

Ioann. Nieſſ. in Alph. Chriſt. Sap. 6. 12.

Hinc ingeniosè quidam ait: Qui diſcit DISCIPVLVS rectè appellatur, velut à quo DISCI-PLVS debeat. Hoc verò ſciendi deſiderium Cardiogogus noſter ita commendat: Concupiſcite ſermones meos, diligite illos, & habebitis diſciplinam. Clara eſt, & quæ numquam marceſcit Sapientia, & facilè videtur ab his qui diligunt eam, & inuenitur ab his qui quærunt illam.

Præ-

Præoccupat qui ſe concupiſcunt, vt his ſe prior oſtendat.

SECVNDVM Monitum ſit, vt qui in hac Schola proficere deſiderat, ab omni peccato abſtineat, & mandata Dei diligenter cuſtodiat. In maleuolam enim Animam non introibit Sapientia, nec habitabit in Corpore ſubdito peccatis. Audi verò Magiſtrum præceptum hoc inculcantem: Fili concupiſcens Sapientiam, conſerua iuſtitiam, & Deus præbebit illam tibi. Et cogitatum tuum habe in præceptis Dei, & in mandatis illius maximè aſſiduus eſto, & ipſe dabit tibi COR, & concupiſcentia Sapientiæ dabitur tibi.

Sap. 1. 4.

Eccli. 1. 33.

Eccli. 6. 37.

TERTIA Admonitio eſt, quam tradit Sanctus Iacobus his verbis: Si quis autem veſtrûm indiget Sapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter; & non improperat: & dabitur ei. Meritò autem Orationis ſtudium commendat, quia, vt Salomon ait: Si ſapientiam inuocaueris, & inclinaueris COR tuum prudentiæ, intelliges timorem Dei, & Scientiam inuenies. Hinc de ſtudioſo & diligente Diſcipulo ſcriptum eſt: COR ſuum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, & in conſpectu Altiſſimi deprecabitur, Aperiet os ſuum in Oratione, & pro

Iac. 1. 5.

Prouerb. 2. 3.

delictis ſuis deprecabitur. Si enim Dominus magnus voluerit, Spiritu intelligentiæ replebit illum. Neque verò dubitan-
1.Reg. dum eſt, an Deus ſcientiarum Dominus
2.3. exaudire orantem velit, ipſe enim (vt iam audiuimus) dat omnibus affluenter. Et vel teſtis eſſe poteſt Salomon, qui ſcripſit:
Sap.7.7. Optaui, & datus eſt mihi ſenſus: & inuocaui, & venit in me Spiritus Sapientiæ.
Eccli.51. Vis alterum? audi Siraidem: Cùm adhuc
18. iunior eſſem, priuſquàm oberrarem, quæſiui Sapientiam palàm in Oratione mea. Ante Templum poſtulabam pro illa, & vſque in nouiſſimis inquiram eam. Et effloruit tamquam præcox vua. Lætatum eſt COR meum in ea.

Vis accedat QVARTVM Monitum, vt Orationi coniungat ſedulum laborem.
Eccl.6. Fili, inquit Eccleſiaſticus, à iuuentute tua
18. excipe Doctrinam, & vſque ad canos inuenies Sapientiam. Quaſi qui arat & ſeminat, accede ad eam, & ſuſtine bonos fructus illius. In opere enim ipſius exiguum laborabis, & citò edes de generationibus illius. Hæc aliaque Monita Spiritus Sanctus paſſim in Sacro textu tradit; quibus ego tria hæc adiunxero.

PRIMVM, vt quicumque hæc legerit, Chriſtum Scholæ huius Magiſtrum intùs ad

ad COR loquentem audire ſibi perſuadeat: eius enim Doctrina hîc potiſſimùm traditur, licet Sanctorum Patrum, aliorumque Auctorum ſententijs paſſim illuſtretur.

SECVNDVM, vt ſedatè admodum legat, & inſtar mundi animalis lecta ruminet, eaque conſeruet, & conferat in CORDE ſuo.

TERTIVM, non in ſola Lectione aut Meditatione ſiſtat, ſed ad opus quoque ſe accingat, & factis, quam audiuit Lectionem, exprimere ſatagat. Præſtitit id Pariſienſis quidam Scholaſticus, qui Theologicas Scholas ingreſſus, cùm ex Matthæo legi audiſſet: Diliges Dominum Deum tuum ex toto CORDE tuo, ille cunctis admirantibus ſubitò ſurrexit, recedere volens. Cùm verò interrogaretur à Magiſtro, quid eſſet ſibi dictum vel factum, quare dimitteret Scholas ſuas? Ille reſpondit: Nihil; ſed antequam plus audiam iſtud, volo opere complere; & egreſſus, Religionem intrauit. Digniſſimum hoc Scholâ noſtrâ exemplum vehementer exopto vt quàmplurimi Diſcipuli imitentur. Quare mi Lector, vade, & tu fac ſimiliter.

Ioan. Iunior in ſcala cæli

Matth. 22. 39.

Luc. 10. 39.

LECTIO XII.

Priuilegia Scholæ CORDIS.

SOLENT Academiæ, illaque loca in quibus generale viget ſtudium, plurimis Exemptionibus, Immunitatibus, & Priuilegijs condecorari: partim vt ad illa auidiùs Diſcipuli confluant; partim vt maiori animi tranquillitate, & pace ſtudijs incumbant. Nemini autem dubium erit, quin Schola hæc CORDIS, quæ diginitate ſuâ alias omnes facilè ſuperat, ampliſſimis gaudeat Prerogati-
Iſa. 55.9 tiuis: Sicut enim exaltantur cæli à terra, ſic
Schola CORDIS, in qua ille Magiſter præſi-
det, cui omne COR patet, & omnis volun-
Miſſal. tas loquitur, exaltata eſt à Scholis filiorum
Rom. hominum. Ex quo enim audita eſt in mon-
te ſancto vox Patris æterni dicentis:
Hic eſt Filiius meus Dilectus, in quo mihi
Matt. 3. benè complacui, ipſum audite; omnes
17. Scholæ Philoſophorum definientium, di-
uidentium, & ſine fine diſputantium, loco
ſuo ceciderunt: & nulla Ægyptiorum,
Græcorum, vel Latinorum Academia ca-
ſtis CORDIBVS amicorum Dei laude di-

gna

Digitized by Google

gna viſa eſt. Athenienſium & Romanorum affectata eloquentia perijt cum ſonitu, & deputati ſunt Sapiētes eorum cum deſcendentibus in infernum, quia dereliquerunt fontem Sapientiæ æternæ, & viam diſciplinæ ignorauerunt, neque intellexerunt ſemitas eius. Non eſt audita in terra Chanaan, neque viſa eſt in Theman. Filij quoque Agar, qui exquirunt prudentiam quæ de terra eſt, negotiatores Merrhæ & Theman, & fabulatores, & exquiſitores prudentiæ & intelligentiæ, viam Sapientiæ neſcierunt, neque commemorati ſunt ſemitas eius. Solus Vnigenitus Dei Filius, Rex regum, & Dominus dominantium, qui propter nos homines in terris viſus, & cum hominibus conuerſatus eſt, hic adinuenit omnem viam diſciplinæ, & tradidit illam Iacob puero ſuo, & Iſraël dilecto ſuo. Et quis dubitet, quin hic tantus Doctor eximia prorſus Priuilegia Academiæ ſuæ indulſerit? In hac enim nobiliſſima Schola non ſoluuntur tributa grauia dolorum, & afflictionum, quæ naſcuntur ex deſiderijs auaritiæ, ambitionis, voluptatis, & innumerabilium cupiditatum, quas à CORDE Magiſter noſter reſecat, & exterminat. Profectò dum peccatores, quaſi diaboli iumenta, portant pondera iniqui-

Baruch. 3.12.

tatum

tatum ſuarum; Auditores Scholæ Ieſu Chriſti vinculis peccatorum abſoluti, gaudent libertate & immunitate filiorum Dei.

SED agedum Sacræ Scripturæ archiua diſcutiamus, vt inde Authentica Priuilegia Scholæ CORDIS depromere poſſimus. Etſi autem plurima inueniri queant, breuitati tamen ſtudentes, quatuor aut quinque, eaque præcipua, enumerabimus.

PRIMVM igitur Priuilegium, ſit eximia prorſus huius Scholæ vtilitas, quæ tanta eſt, vt meritò propter eam omnia huius mundi bona contemnantur. Hoc autem Priuilegium ipſe Dominus, per manum Iſaiæ Prophetæ, Diſcipulis ſuis largitus eſt,
*Iſa.*48. cùm ait: Hæc dicit Dominus Redemptor
17. tuus Sanctus Iſraël: Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia, gubernans te in via qua ambulas. Hîc enim COR à Deo Opt.
1.*Timot.* Max. inſtruitur in verâ pietate, quæ ad om-
4.8. nia vtilis eſt, promiſſionẽ habens vitæ, quæ
*Sap.*8.7. nunc eſt, & futuræ. Sobrietatem insuper & prudentiam docet, & iuſtitiam, & virtutẽ, quibus vtilius nihil eſt in vita hominibus. Nouerat Priuilegij huius dignitatem æſtimare ille, qui de vera CORDIS prudentia
*Sap.*7.8. dicebat: Præpoſui illã regnis & ſedibus, & diuitias nihil eſſe duxi in comparatione illius. Nec comparaui illi lapidẽ pretioſum:

quoniam

quoniam omne aurũ in cõparatione illius, arena eſt exigua & tamquam lutum æſtimabitur argentum in conſpectu illius. Super ſalutem & ſpeciem dilexi illam: venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honeſtas per manus illius.

Secundum Priuilegium, eſt multitudo pacis, quæ in Cordis Gymnaſio abundat: cùm enim hîc tradatur modus Cor cum Deo & proximo viuendi; perfectiſſima hinc oritur concordia, ex qua ſequitur pax illa, quæ exuperat omnem ſenſum. In Scholis verò huius ſæculi plurimæ vigent diſcordiæ, & quamuis clament: Pax, pax; non eſt pax impijs, dicit Dominus. Turbati enim ſunt omnes inſipientes Corde; & viam pacis non cognouerunt. In hac verò Schola pax Christi exultat in Cordibus Diſcipulorum, in qua & vocati ſunt. Pacificus enim Rex in Cordibus eorum, velut in Throno Salomonis, reſidens; efficit, vt in pace ſint omnia quæ poſſident.

Phil. 4.7 *Iſ.* 57.21 *Pſ.* 75.6. *Pſ.* 13.3. *Col.* 3.15 *Luc.* 11. 21.

Tertium Priuilegium, titulo rectitudinis Cordis impetratum, eſt gaudium in Spiritu Sancto, & inenarrabilis lætitia, quam Præceptor noſter communicat ijs, qui recto ſunt Corde. Priuilegij huius Authẽticas literas expediuit Regius Vates, Calamus ſcribæ velociter ſcribentis, qui ſæpiùs

Rom. 14. 17. *Pſ.* 35.11 *Pſ.* 44.2

Pſ.19.9. ſæpiùs huius prærogatiuæ meminit: Iuſtitiæ, inquit, Domini rectæ, lætificantes
Pſ.104.3 CORDA. Et: Lætetur COR quærentium
Pſ.96.11 Dominum. Iterumque: Rectis CORDE
Pſ.31.11 lætitia. Ac rurſus: Lætamini in Domino, & exultate iuſti, & gloriamini omnes recti CORDE. Nullus enim facilè explicare poteſt, quanto gaudio Deus eos repleat, in quorum CORDE intùs loquitur, docens
Pſ.118. eos viam mandatorum ſuorum expeditiſſi-
32. mè currere, cùm gaudio CORDA eorum dilatat. Hinc idem Dauid Domino dice-
Pſ.118. bat: Teſtimonia tua exultatio CORDIS
111. mei ſunt. Quanta verò gaudij materia eſt, quòd intùs in CORDE habeamus Magiſtrum, qui iuſtitiæ viam demonſtret, qui lumine vultus ſui COR irradiet, & in eo ſuauiſſimam legem ſuam ſcribat. Teſtatur
Pſ.4.7. id idem Pſalmographus, dicens: Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domi-
2.Reg. ne, dediſti lætitiam in CORDE meo. Nec
23.2.& deeſt Priuilegio huic debitum Sigillum:
Act.4. Spiritus enim Sanctus per os Dauid lo-
25. cutus eſt, & ſermo eius per linguam ipſius.

QVARTVM Priuilegium, eſt eximius honor Diſcipulorum Scholæ huius, quem conſequuntur ex eo quòd huic Magiſtro ſubijciantur; ſub Chriſto enim iacere,

(vt

(vt ait Sanctus Paulinus) ſupra mundum *Paulin.*
ſtare eſt ; propter illum deijci , reſurrectio *Epiſt.4.*
eſt:qui honori ſuo implicans ſuos , propè *ad Seue-*
omnia nobis nomin aſua communicauit. *rum.*
Dedit enim poteſtatem Diſcipulis ſuis fi- *Ioā.1.12*
lios Dei fieri ; illiſque , ad quos ſermo eius
factus eſt, ait: Dij eſtis, & filij excelſi om- *Pſ.81.6.*
nes. Quantus porro & ille honor eſt , qui
mundis CORDE defertur , cùm ſummi
Regis amici conſtituuntur? Qui enim dili- *Prouerb.*
git CORDIS munditiam , vt Scriptura ait, *22.11.*
propter gratiam labiorum ſuorum habebit
amicum Regem. Illum , inquam , Regem,
qui magnificatus eſt ſuper omnes reges *3.Reg.10*
vniuerſæ terræ ; qui eſt Rex regum , & *23.*
Dominus dominantium , Rex magnus ſu- *Apoc.19.*
per omnes deos Quid quæſo honorabi- *16.*
lius Sapientia CORDIS , quæ infinitus the- *Pſ.94.3*
ſaurus eſt hominibus ? quo qui vſi ſunt, *Sap.7.*
participes facti ſunt amicitiæ Dei , propter *14.*
diſciplinæ dona commendati. Nimis pro- *Pſ.138.*
fectò honorati ſunt amici tui Deus , nimis *17.*
confortatus eſt principatus eorum.

QVINTVM Priuilegium , ordine qui-
dem hîc vltimum , ſed excellentiâ ſum-
mum , eſt æterna beatitudo , Auditoribus
huius Scholæ promiſſa. Viuæ enim vocis
oraculo ipſe Gymnaſiarcha ore ſuo ſacro
ac benedicto dixit : Beati mundo CORDE, *Mat.5.8*

quoniam

quoniam ipſi Deum videbunt. In Dei autem Opt. Max. viſione ſummum hominis bonum, ſumma creaturæ rationalis felicitas conſtituta eſt. Et quidem licet conſummata beatitudo, Auditoribus Scholæ huius, non niſi poſt hanc vitam præmij loco tribuatur, habent tamen etiam in hac vita initia quædam, & prælibationes eius felicitatis, quam firmiſſimâ ſpe expectant. Vt
Pſal.44. enim omnis gloria filiæ Regis ab intus eſt,
14. ita etiam regnum Dei intra nos eſt, & pretioſiſſimum hunc theſaurum portant Diſcipuli Chriſti in vaſis fragilibus Corporum ſuorum. Qui enim mundo ſunt CORDE in hac vita ad eminentiſſimam puritatem CORDIS, paſſionibus non inquinati, adeò eleuantur, vt quodammodo finitimi eſſe videantur candori cæleſtis Ieruſalem. Hi purgato oculo per donum intellectus, à Spiritu Sancto infuſum, Deum in ſpeculo, & in ænigmate videre dicuntur. Et quidem felicitas hæc inchoata Diſcipulorum Chriſti multò maior eſt, quàm omnis beatiudo, quam fingunt ſibi homines, qui extra CORDIS Scholam vagantur. Et tamen hæc qualiſcumque beatitudinis inchoatio perficietur à liberaliſſimo remuneratore
1.Cor. Deo cum tanta, & tam ineffabili affluentia
2.9. bonitatis, vt eam nec oculus viderit, nec
auris

auris audierit, nec in COR hominis aſcenderit; ſoli enim eam nouerunt, qui accipiunt.

LECTIO XIII.

Hypotypoſis totius Opuſculi.

VT porrò vno intuitu totius huius Opuſculi Argumentum Lectori velut in Tabula repræſentemus, non incongruum fuerit, ſingularum Lectionum Synopſim quamdam exhibere; ex qua earumdem inter ſe ſeries, & connexio ſpectari ad oculum poſſit. Id autem vt lectu iucundius ſit, pulchrâ quâdam, atque admodum eleganti ex veteri Teſtamento allegoriâ obuelabimus. Quemadmodũ enim multa per vitrum, aut ſuccina reſplendent gratiùs, & plus caloris obtinet radius à ſpeculo, aut ænea pelui reflexus: ita multò iucũndiùs, ac vehementiùs animos noſtros afficit veritas per allegoricos typos relucens. Figuram autem Libri noſtri Argumentum vtcumque adumbrantem Spiritus Sanctus in Deuteronomio expreſſiſſe videtur; cùm ritum, quo alienigena mulier bello capta ad Iudæi coniugium admitti *Hieron. Lauret. in adit. ad Syl. alleg.*

 poſſet,

Deut. 21 10. poſſet, ita deſcribit: SI egreſſus fueris ad pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit eos Dominus Deus tuus in manu tua, captiuoſque duxeris, & videris in numero captiuorum mulierem pulchram, & adamaueris eam, voluerisque habere vxorem, introduces eam in domum tuam: quæ radet cæſariem, & circumcidet vngues, & deponet veſtem, in qua capta eſt: ſedenſque in domo tua, flebit patrem & matrem ſuam vno menſe. Et poſteà intrabis ad eam, dormieſque cum illa, & erit vxor tua. In quibus verbis quintuplicem mulieris illius, (ſiue Animæ, quam illa deſignat) ſtatum conſiderare licet. Primus eſt gentilitatis, quo à veri Dei cultu auerſa, ſeruit dijs alienis. Secundus, quo à Iudæo capta, à gentilitate expiatur, & ad futuras nuptias præparatur. Tertius eſt deſponſationis, quo Iudæo, futura vxor, deſpondetur. Quartus ſtatus eſt nuptialis, quo initum matrimonium conſummatur. Quintus denique eſt vitæ coniugalis, perpetuam atque indiuiduam vſque ad mortem ſocietatem retinentis.

SED primò omnium diſpiciamus quiſnam ſit iſte Iudæus, qui tanto huius mulieris amore incenſus fuit, vt pro ea in prælium deſcendere non detrectauerit. Hic autem alius non eſt, quàm Chriſtus Dominus

is Saluator noſter, de quo Myſticè olim
:ob prophetauit: Catulus Leonis Iuda, *Geneſ.*
d prædam fili mi aſcendiſti. Quem nam- 49.9.
que (vt Gregorius ait) iſte Leonis catulus *In Pſal.*
deſignat, niſi Redemptorem noſtrum Ie- 4.*Pœnit.*
ſum, de quo in Apocalypſi legimus: Quo- *Apo.*5.5
niam vicit Leo de tribu Iuda? Hic igitur
mundum ingreſſus, vt fortem armatum
ſuperaret, & vniuerſá ſpolia eius diriperet; *Luc.*11.
inter ceteros captiuos vidit mulierem pul- 22.
chram, cuius amore captus, eam in vxo-
rem accipere ſtatuit. Quæ enim eſt hæc
mulier pulchra, niſi quælibet Anima ad
pulcherrimam Dei imaginem & ſimilitu-
dinem creata: habens cum eodem immor-
talitatem, & conſtituta ſuper omnia ope-
ra manuum eius? minorata paulò minus *Pſ.*8.6.
ab Angelis, omniq́ue decore ac varietate
exornata. Sed pro dolor, hæc tam ſpecio-
ſa, & venuſta Anima declinans COR ſuum *Pſ.*39.5.
in vanitates & inſanias falſas, receſſit à *Lib.*2.
Deo ſalutari ſuo: *receſſit à* CORDE *ſuo,* *Lectio* 1.
& peregrè profecta in regionem longin- *Luc.*15.
quam, adhæſit creaturis; & commixta 13.
inter gentes, didicit opera eorum, colens *Pſ.*105.
& adorans ſimulachra gentium, argentum 35.
& aurum opera manuum hominum. Quot *Pſ.*113.
enim ſunt ea, quæ Anima inordinato amo- 4.
re proſequitur; tot ſibi idola fabricat, qui-

LECTIO XII.

Priuilegia Scholæ CORDIS.

SOLENT Academiæ, illaque loca in quibus generale viget ſtudium, plurimis Exemptionibus, Immunitatibus, & Priuilegijs condecorari: partim vt ad illa auidiùs Diſcipuli confluant; partim vt maiori animi tranquillitate, & pace ſtudijs incumbant. Nemini autem dubium erit, quin Schola hæc CORDIS, quæ diginitate ſuâ alias omnes facilè ſuperat, ampliſſimis gaudeat Prerogatiuis:
Iſa. 55. 9 Sicut enim exaltantur cæli à terra, ſic Schola CORDIS, in qua ille Magiſter præſidet, cui omne COR patet, & omnis voluntas loquitur, exaltata eſt à Scholis filiorum hominum. Ex quo enim audita eſt in monte ſancto vox Patris æterni dicentis: Hic eſt Filiius meus Dilectus, in quo mihi benè complacui, ipſum audite; omnes Scholæ Philoſophorum definientium, diuidentium, & ſine fine diſputantium, loco ſuo ceciderunt: & nulla Ægyptiorum, Græcorum, vel Latinorum Academia caſtis CORDIBVS amicorum Dei laude digna

Miſſal. Rom.

Matt. 3. 17.

gna viſa eſt. Athenienſium & Romanorum affectata eloquentia perijt cum ſonitu, & deputati ſunt Sapiẽtes eorum cum deſcendentibus in infernum, quia dereliquerunt fontem Sapientiæ æternæ, & viam diſciplinæ ignorauerunt, neque intellexerunt ſemitas eius. Non eſt audita in terra Chanaan, neque viſa eſt in Theman. Filij quoque Agar, qui exquirunt prudentiam quæ de terra eſt, negotiatores Merrhæ & Theman, & fabulatores, & exquiſitores prudentiæ & intelligentiæ, viam Sapientiæ neſcierunt, neque commemorati ſunt ſemitas eius. Solus Vnigenitus Dei Filius, Rex regum, & Dominus dominantium, qui propter nos homines in terris viſus, & cum hominibus conuerſatus eſt, hic adinuenit omnem viam diſciplinæ, & tradidit illam Iacob puero ſuo, & Iſraël dilecto ſuo? Et quis dubitet, quin hic tantus Doctor eximia prorſus Priuilegia Academiæ ſuæ indulſerit? In hac enim nobiliſſima Schola non ſoluuntur tributa grauia dolorum, & afflictionum, quæ naſcuntur ex deſiderijs auaritiæ, ambitionis, voluptatis, & innumerabilium cupiditatum, quas à CORDE Magiſter noſter reſecat, & exterminat. Profectò dum peccatores, quaſi diaboli iumenta, portant pondera iniquitatum

Baruch. 3. 12.

tatum ſuarum; Auditores Scholæ Ieſu Chriſti vinculis peccatorum abſoluti, gaudent libertate & immunitate filiorum Dei.

SED agedum Sacræ Scripturæ archiua diſcutiamus, vt inde Authentica Priuilegia Scholæ CORDIS depromere poſſimus. Etſi autem plurima inueniri queant, breuitati tamen ſtudentes, quatuor aut quinque, eaque præcipua, enumerabimus.

PRIMVM igitur Priuilegium, ſit eximia prorſus huius Scholæ vtilitas, quæ tanta eſt, vt meritò propter eam omnia huius mundi bona contemnantur. Hoc autem Priuilegium ipſe Dominus, per manum Iſaiæ Prophetæ, Diſcipulis ſuis largitus eſt,
*Iſa.*48. cùm ait: Hæc dicit Dominus Redemptor
17. tuus Sanctus Iſraël: Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia, gubernans te in via qua ambulas. Hîc enim COR à Deo Opt.
1.*Timot.* Max. inſtruitur in verâ pietate, quæ ad om-
4.8. nia vtilis eſt, promiſſionẽ habens vitæ, quæ
*Sap.*8.7. nunc eſt, & futuræ. Sobrietatemq; inſuper & prudentiam docet, & iuſtitiam, & virtutẽ, quibus vtilius nihil eſt in vita hominibus. Nouerat Priuilegij huius dignitatem æſtimare ille, qui de vera CORDIS prudentia
*Sap.*7.8. dicebat: Præpoſui illã regnis & ſedibus, & diuitias nihil eſſe duxi in comparatione illius. Nec comparaui illi lapidẽ pretioſum:

quoniam

quoniam omne aurũ in cõparatione illius, arena eſt exigua & tamquam lutum æſtimabitur argentum in conſpectu illius. Super ſalutem & ſpeciem dilexi illam: venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honeſtas per manus illius.

SECVNDVM Priuilegium, eſt multitudo pacis, quæ in CORDIS Gymnaſio abundat: cùm enim hîc tradatur modus COR cum Deo & proximo viuendi; perfectiſſima hinc oritur concordia, ex qua ſequitur pax illa, quæ exuperat omnem ſenſum. In *Phil. 4. 7* Scholis verò huius ſæculi plurimæ vigent diſcordiæ, & quamuis clament: Pax, pax; *Iſ. 57. 21* non eſt pax impijs, dicit Dominus. Turbati *Pſ. 75. 6.* enim ſunt omnes inſipientes CORDE; & *Pſ. 13. 3.* viam pacis non cognouerunt. In hac verò Schola pax Chriſti exultat in CORDIBVS *Col. 3. 15* Diſcipulorum, in qua & vocati ſunt. Pacificus enim Rex in CORDIBVS eorum, velut in Throno Salomonis, reſidens; efficit, *Luc. 11.* vt in pace ſint omnia quæ poſſident. *21.*

TERTIVM Priuilegium, titulo rectitudinis CORDIS impetratum, eſt gaudium in *Rom. 14.* Spiritu Sancto, & inenarrabilis lætitia, *17.* quam Præceptor noſter communicat ijs, qui recto ſunt CORDE. Priuilegij huius *Pſ. 35. 11* Authẽticas literas expediuit Regius Vates, Calamus ſcribæ velociter ſcribentis, qui *Pſ. 44. 2.*

ſæpiùs

Pſ.19.9. ſæpiùs huius prærogatiuæ meminit : Iuſtitiæ, inquit, Domini rectæ, lætificantes
Pſ.104.3 CORDA. Et : Lætetur COR quærentium
Pſ.96.11 Dominum. Iterumque : Rectis CORDE
Pſ.31.11 lætitia. Ac rurſus : Lætamini in Domino, & exultate iuſti, & gloriamini omnes recti CORDE. Nullus enim facilè explicare poteſt, quanto gaudio Deus eos repleat, in quorum CORDE intùs loquitur, docens
Pſ.118. eos viam mandatorum ſuorum expeditiſſi-
32. mè currere, cùm gaudio CORDA eorum dilatat. Hinc idem Dauid Domino dice-
Pſ.118. bat : Teſtimonia tua exultatio CORDIS
111. mei ſunt. Quanta verò gaudij materia eſt, quòd intùs in CORDE habeamus Magiſtrum, qui iuſtitiæ viam demonſtret, qui lumine vultus ſui COR irradiet, & in eo ſuauiſſimam legem ſuam ſcribat. Teſtatur
Pſ.4.7. id idem Pſalmographus, dicens : Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domi-
2.Reg. ne, dediſti lætitiam in CORDE meo. Nec
23.2.& deeſt Priuilegio huic debitum Sigillum:
Act.4. Spiritus enim Sanctus per os Dauid lo-
25. cutus eſt, & ſermo eius per linguam ipſius.

QVARTVM Priuilegium, eſt eximius honor Diſcipulorum Scholæ huius, quem conſequuntur ex eo quòd huic Magiſtro ſubijciantur; ſub Chriſto enim iacere,

(vt

(vt ait Sanctus Paulinus) ſupra mundum ſtare eſt; propter illum deijci, reſurrectio eſt: qui honori ſuo implicans ſuos, propè omnia nobis nomin aſua communicauit. Dedit enim poteſtatem Diſcipulis ſuis filios Dei fieri; illiſque, ad quos ſermo eius factus eſt, ait: Dij eſtis, & filij excelſi omnes. Quantus porro & ille honor eſt, qui mundis CORDE defertur, cùm ſummi Regis amici conſtituuntur? Qui enim diligit CORDIS munditiam, vt Scriptura ait, propter gratiam labiorum ſuorum habebit amicum Regem. Illum, inquam, Regem, qui magnificatus eſt ſuper omnes reges vniuerſæ terræ; qui eſt Rex regum, & Dominus dominantium, Rex magnus ſuper omnes deos Quid quæſo honorabilius Sapientia CORDIS, quæ infinitus theſaurus eſt hominibus? quo qui vſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei, propter diſciplinæ dona commendati. Nimis profectò honorati ſunt amici tui Deus, nimis confortatus eſt principatus eorum.

Paulin. Epiſt. 4. ad Seuerum. *Ioã. 1. 12* *Pſ. 81. 6.* *Prouerb. 22. 11.* *3. Reg. 10 23.* *Apoc. 19. 16.* *Pſ. 94. 3* *Sap. 7. 14.* *Pſ. 138. 17.*

QVINTVM Priuilegium, ordine quidem hîc vltimum, ſed excellentiâ ſummum, eſt æterna beatitudo, Auditoribus huius Scholæ promiſſa. Viuæ enim vocis oraculo ipſe Gymnaſiarcha ore ſuo ſacro ac benedicto dixit: Beati mundo CORDE, *Mat. 5. 8*

quoniam

quoniam ipſi Deum videbunt. In Dei autem Opt. Max. viſione ſummum hominis bonum, ſumma creaturæ rationalis felicitas conſtituta eſt. Et quidem licet conſummata beatitudo, Auditoribus Scholæ huius, non niſi poſt hanc vitam præmij loco tribuatur, habent tamen etiam in hac vita initia quædam, & prælibationes eius felicitatis, quam firmiſſimâ ſpe expectant. Vt
Pſal.44. enim omnis gloria filiæ Regis ab intus eſt,
14. ita etiam regnum Dei intra nos eſt, & pretioſiſſimum hunc theſaurum portant Diſcipuli Chriſti in vaſis fragilibus Corporum ſuorum. Qui enim mundo ſunt CORDE in hac vita ad eminentiſſimam puritatem CORDIS, paſſionibus non inquinati, adeò eleuantur, vt quodammodo finitimi eſſe videantur candori cæleſtis Ieruſalem. Hi purgato oculo per donum intellectus, à Spiritu Sancto infuſum, Deum in ſpeculo, & in ænigmate videre dicuntur. Et quidem felicitas hæc inchoata Diſcipulorum Chriſti multò maior eſt, quàm omnis beatiudo, quam fingunt ſibi homines, qui extra CORDIS Scholam vagantur. Et tamen hæc qualiſcumque beatitudinis inchoatio perficietur à liberaliſſimo remuneratore
1.Cor. Deo cum tanta, & tam ineffabili affluentia
2.9. bonitatis, vt eam nec oculus viderit, nec
auris

auris audierit, nec in COR hominis aſcenderit; ſoli enim eam nouerunt, qui accipiunt.

LECTIO XIII.

Hypotypoſis totius Opuſculi.

VT porrò vno intuitu totius huius Opuſculi Argumentum Lectori velut in Tabula repræſentemus, non incongruum fuerit, ſingularum Lectionum Synopſim quamdam exhibere; ex qua earumdem inter ſe ſeries, & connexio ſpectari ad oculum poſſit. Id autem vt lectu iucundius ſit, pulchrâ quâdam, atque admodum eleganti ex veteri Teſtamento allegoriâ obuelabimus. Quemadmodũ enim multa per vitrum, aut ſuccina reſplendent gratiùs, & plus caloris obtinet radius à ſpeculo, aut ænea pelui reflexus: ita multò iucundiùs, ac vehementiùs animos noſtros afficit veritas per allegoricos typos relucens. Figuram autem Libri noſtri Argumentum vtcumque adumbrantem Spiritus Sanctus in Deuteronomio expreſſiſſe videtur; cùm ritum, quo alienigena mulier bello capta ad Iudæi coniugium admitti

Hieron. Lauret. in adit. ad Syl. alleg.

 poſſet,

Deut. 21 10. poſſet, ita deſcribit: SI egreſſus fueris ad pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit eos Dominus Deus tuus in manu tua, captiuoſque duxeris, & videris in numero captiuorum mulierem pulchram, & adamaueris eam, voluerisque habere vxorem, introduces eam in domum tuam: quæ radet cæſariem, & circumcidet vngues, & deponet veſtem, in qua capta eſt: ſedenſque in domo tua, flebit patrem & matrem ſuam vno menſe. Et poſteà intrabis ad eam, dormieſque cum illa, & erit vxor tua. In quibus verbis quintuplicem mulieris illius, (ſiue Animæ, quam illa deſignat) ſtatum conſiderare licet. Primus eſt gentilitatis, quo à veri Dei cultu auerſa, ſeruit dijs alienis. Secundus, quo à Iudæo capta, à gentilitate expiatur, & ad futuras nuptias præparatur. Tertius eſt deſponſationis, quo Iudæo, futura vxor, deſpondetur. Quartus ſtatus eſt nuptialis, quo initum matrimonium conſummatur. Quintus denique eſt vitæ coniugalis, perpetuam atque indiuiduam vſque ad mortem ſocietatem retinentis.

SED primò omnium diſpiciamus quiſnam ſit iſte Iudæus, qui tanto huius mulieris amore incenſus fuit, vt pro ea in prælium deſcendere non dertectauerit. Hic autem alius non eſt, quàm Chriſtus Dominus

nus Saluator noſter, de quo Myſticè olim Iacob prophetauit: Catulus Leonis Iuda, *Geneſ.* ad prædam fili mi aſcendiſti. Quem nam- *49.9.* que (vt Gregorius ait) iſte Leonis catulus *In Pſal.* deſignat, niſi Redemptorem noſtrum Ie- *4.Pænit.* ſum, de quo in Apocalypſi legimus: Quo- *Apo.5.5* niam vicit Leo de tribu Iuda? Hic igitur mundum ingreſſus, vt fortem armatum ſuperaret, & vniuerſa ſpolia eius diriperet; *Luc.11.* inter ceteros captiuos vidit mulierem pul- *22.* chram, cuius amore captus, eam in vxorem accipere ſtatuit. Quæ enim eſt hæc mulier pulchra, niſi quælibet Anima ad pulcherrimam Dei imaginem & ſimilitudinem creata: habens cum eodem immortalitatem, & conſtituta ſuper omnia opera manuum eius? minorata paulò minus *Pſ.8.6.* ab Angelis, omniq́ue decore ac varietate exornata. Sed pro dolor, hæc tam ſpecioſa, & venuſta Anima declinans COR ſuum *Pſ.39.5.* in vanitates & inſanias falſas, receſſit à *Lib.2.* Deo ſalutari ſuo: *receſſit à* CORDE *ſuo,* *Lectio 1.* & peregrè profecta in regionem longin- *Luc.15.* quam, adhæſit creaturis; & commixta *13.* inter gentes, didicit opera eorum, colens *Pſ.105.* & adorans ſimulachra gentium, argentum *35.* & aurum opera manuum hominum. Quot *Pſ.113.* enim ſunt ea, quæ Anima inordinato amo- *4.* re proſequitur; tot ſibi idola fabricat, qui-

bus debitum ſummo Numini cultum ſcele-
ratiſſimè impendit. Hinc Anima, quæ abijt
Lect.2. *in vanitatem* CORDIS *ſui*, & nihil niſi ho-
nores conſectatur, Ioui, & Beelzebub
(quod muſcæ idolum ſignificat) ſacrifi-
cium offert. Quæ verò affluentibus diuitijs
Lect.4. *Auarum* COR apponit, Mammonæ, Aſta-
roth, & Plutoni litat. Quid enim aliud eſt
Eph.5.5. Auaritia, Apoſtolo teſte, quàm idolorum
Lect.3. ſeruitus? Cuius verò COR *crapula & ebrie-
tate aggrauatū* eſt, is pro Deo Aſmodæum,
Bacchum & Venerem deueneratur. Quin-
Philip.3. immò huius Deus, venter eſt; Altare, men-
19. ſa; Templum, culina; Sacerdos, coquus.

QVID verò infelix, & præuaricatrix
Anima ab hiſce dijs gentium expectat, niſi
Lect.7. vt *inſatiabile* COR aliquo modo ſaturare
queat? ſed nullâ aliâ omninò re infinita
CORDIS capacitas expleri poteſt, niſi
Deo ipſo infinito. Quocumque igitur ſe
verterit, occupari poteſt; repleri non po-
teſt. Hinc miſerum COR in tot partes
Lect.6. *diuiditur*, quot ſunt ea quæ colit, & quibus
ſeruit: atque ita tam variè diuiſum interire
neceſſe eſt. Quia cùm omnia ſalutis media
ſpernat, ſenſim ſine ſenſu efficitur, & in
Lect.5. *duriſſimum* lapidem obrigeſcit. Et hic eſt
miſerandus ille ſtatus Animæ, dijs gentium
ſeruientis. Videns verò miſerator & miſe-
ricors

ricors Dominus decoram hanc filiam Sion, quam alligauerat ſatanas, & vinctam detinebat; miſericordiâ motus ſuper illâ, non dubitauit pro eâ bellum ſuſcipere, & in libertatem vindicatam ſibi in coniugem aſſumere. Antequam verò eam ad thalami cõſortium admittat, vult eam priùs à Gentilitatis erroribus expurgari: quod vt faciat, ſupradictam illam ex Deuteronomio legem exactè obſeruat. Primò enim, introducit eam in domum ſuam, dum eam monet, vt *ad* COR *reuertatur:* domus enim Dei COR noſtrum eſt. Secundò, vult vt radat cæſariem ſuam, id eſt (vt exponit noſter Berchorius) vt per pœnitentiam, & confeſſionem, omnem CORDIS immundam cogitationem auferat; ideoque iubetur Anima, velut aquam, *effundere* COR *ſuum* coram Domino: vt ita omnem peccatorum latentem fæcem in confeſſione Domino aperiat, ſimulque veræ pœnitentiæ teſtes lacrymas & preces effundat. Tertiò, præcipitur vt futura hæc Sponſa circumcidat vngues, id eſt, omnem ſuperbiam, & mortuam operationem reſecet, quamobrem exacta CORDIS *circumciſio* in hac Schola ei commendatur. Quartò, Gentilitatis veſtes, quibus induta erat, exuere debet: id eſt, omnem malam conuerſationem, & ſæculares mo-

Luc. 13. 16.

Lect. 8.

Berchor. li. 5. *Moral. c.* 8.

Lect. 9.

Lect. 10.

res deponere ; quod per veram CORDIS
Lect. 11. *contritionem*, & firmum non ampliùs peccandi propoſitum fieri docetur. Quintò, requiritur vt ſedeat in domo Sponſi, deflens vno menſe patrem & matrem ſuam; quod fit dum conſcientiæ domum ingreſ-
Lect. 12. ſa, per CORDIS *humiliationem* ſedet, conſiderans, & deflens patrem & matrem; id eſt, mundum & carnem, & omnem quam exinde contraxit maculam & infectionem,
Ier. 15. dicens cum Propheta: Væ mihi mater
10. mea, quare genuiſti me? Hiſce porrò ſuſpirijs & gemitibus, accedente diuini amoris
Lect. 13. radio, CORDIS durities ſenſim *emollitur*, ac tandem ab omni maculâ in Sanguine
Lect. 14. Agni *emundatur*.

HIS verò expiationis officijs expurgata Anima, digna redditur cæleſtis Sponſi connubio: quare ad tertium ſtatum tranſiens, Chriſto iam deſponſanda, ei COR
Lect. 15. *ſuum* & ſe totam offert, atque in ſuauiſſimi
Lect. 16. odoris *ſacrificium* immolat. Sponſus au-
Ier. 17. 9 tem, qui ſcrutatur renes & CORDA, non ſine multiplici examine hanc CORDIS oblationem admittit. Primò enim an iuſti
Lect. 17. ponderis illud ſit, ad libram & *bilances expendit*. Deinde, ne fortè reprobum ſit, ve-
Lect. 18. lut aurum in fornace illud *probat*. Tertiò, ne qua in imo CORDIS iniquitas delite-
ſcat,

ſcat, profundum eius ſubmiſſa bolide curioſiſſimè *ſcrutatur*. Quartò, num prauâ intentione diſtortum fortè Cor ſit, illud ad rectitudinem diuini ſui Cordis, ceu infallibilem regulam, *collineat & exigit*. *Lect.* 19. *Lect.* 20.

Post hæc examina, & vitæ purgatiuæ exercitia, Cor ſincerum & ſibi dignum Sponſus inueniens, Animam ſtatim ad ſublimiorem ſtatum euehit: in quo Cor illuminatur, & in Spiritu proficere edocetur, Atque hic eſt ſtatus quem diximus deſponſationis, de quo per Prophetam Dominus promiſerat: Et ſponſabo te mihi in ſempiternum, & ſponſabo te mihi in iuſtitia, & iudicio, & in miſerationibus, & ſponſabo te mihi in fide. Vt igitur Sponſam hanc ſibi deſponſet, eique vicem reddat, quemadmodum illa in arrham deſponſationis Cor ſuum ei obtulit, ita viciſſim diuinus hic Sponſus Cor *nouum*, Cor, inquam, ſuum Sponſæ ſuæ tradit. Neque verò munera, & paraphernalia bona in hac deſponſatione deſiderãtur. Vt enim Aſſuerus mundum muliebrem, & omnem ornatum ſelectis virginibus, è quarum numero Sponſam ſibi aſſumeret, præbebat: ita quoque Rex regũ, & Dominus dominantium, ipſemet comit, & ornat Animam, quam matrimonio ſuo deſtinauerit. Quare nouum *Oſea* 2. 19. *Lib.* 3. *Lectio* 1. *Eſther* 2. 9.

 Cor,

*Lect.*2. COR, quod Sponſæ ſuæ dedit, luce ſuâ *illuminat*: deinde legem ſuam, deſiderabilem
*Pſ.*18.11 ſuper aurum & lapidem pretioſum, COR-
*Lect.*3. DI *inſcribit*. Ne verò ſterilis maneat tam ſpecioſa Sponſa, & optato fructu hoc ca-
*Lect.*4. reat; benigniſſimus Sponſus *agrum* CORDIS *aratro proſcindit*, diuini verbi *ſemine con-*
Lect 5. *ſpargit*, gratiæ fluentis *irrigat*, &, exurgen-
& 6. tibus ex hac cultura floribus, candidiſſima
*Lect.*7. CORDIS *lilia colligit*. Ne quis autem eo inuito, hortum hunc ſubintret, & fructus di-
*Lect.*8. ripiat; ipſemet peruigil excubitor *cuſtodit*
& 9. *illum*: & ſcuto laboris ſui eumdem *prote-*
*Lect.*10. *git*. Docet deinde COR *ad ſuperna eleuare*, & áſcenſiones in eo diſponere: illiuſque ſpatia, ad vberiora chariſmatum dona re-
*Lect.*11. cipienda, *dilatat*. Ornata monilibus his Sponſa, ingreditur nuptialem thalamum; & Dilecto votorum ſuorum copulatur, atque vnitur. Beatæ prorſus, ac ter beatæ nuptiæ! quibus Epithalamium canens Iſaias
*Iſa.*62.5 dicebat: Gaudebit Sponſus ſuper Sponſam, & gaudebit ſuper te Deus tuus, quia complacuit Domino in te, & terra tua inhabitabitur. Habitabit enim Iuuenis cum Virgine, & habitabunt in te filij tui. Qua-
*Lect.*12. re, *dilatato iam* CORDIS *ædificio*, inhabitatorem ei mittit Spiritum ſanctum: æternum ſcilicet amorem ſuum, vt eo Sponſum

ſum

ſum redamare diſcat; eumque, velut *ſigna-* *Lect.*13.
culum CORDI ſuo impreſſum, ſemper &
vbique circumferat. Hinc porrò nouis
amoris ſagittis COR vulneratur: nouo in-
cendio magis ac magis *inflammatur*; adeò *Lect.*14.
vt nec nocte, nec die quieſcere poſſit: ſed *&.* 15.
Corpore dormiēte, COR *vigilet.* Cùm verò *Lect.* 16.
ignis ſurſum ſemper tendat, accenſum cha-
ritatis ardoribus COR, *ſurſum euolat*, cæ- *Lect.*17.
lumque petit: vt cum Dilecto ſuo ſeſe *vniat*; *Lect.* 18.
& in eo tandem feliciſſimè *quieſcat.* *Lect.*19.

ATQVE hæc ſunt diuini amoris exer-
citia, quibus COR in via vnitiua, velut tha-
lamo Sponſi, vacat & ſuauiſſimè fruitur.
Quia verò matrimonij vinculū, omnium
rerum, tam proſperarum, quàm aduerſa-
rum communio conſequitur: hinc in
Quarto Libro inſtruitur COR, communi- *1. Pet.* 4.
care Chriſti paſſionibus, & cum eo dulciſ- 13.
ſimè conuerſari. Non enim habet amari- *Sap.* 8. 16
tudinem conuerſatio illius. Inſtituit ergo
fidelis Anima cum patiente Sponſo pere-
grinationem, admodum ſibi vtilem; cum
que ſequens ad montem Myrrhæ, & ad *Cāt.* 4. 6
collem Thuris, ingreditur hortum Gethſe- *Luc.* 22.
mani, ad Olineti montem ſitum: vbi videns 43.
Dilectum ſuum in agonia prolixiùs oran-
tem, & ſanguineo ſudore perfuſum, *bal-* *Lib.* 4.
neum CORDI *ſuo* inueniſſe ſibi gratulans, *Lectio* 1.

in eodem illud abluit. Conſpiciens verò Dilectum ſuum in exitu horti à truculentiſſimis Iudæis capi, ligari, atque huc illuc immaniſſimè raptari; orat iiſdem funi-
Lect. 1. bus amori ſuo conſtringi, & *vinculis chari-*
Cāt. 1. 3 *tatis* trahi poſt illum, in odorem vnguentorum ſuorum. Alligata verò illi, eumdem per compita,& plateas vſque ad prætorium Pilati animosè ſequitur. Vbi dum marmoreæ columnæ illum alligari vidit, eamdem, iam Sacri Corporis illius contactu conſe-
Lect. 3. cratam, *ſuſtentaculum & fulcrum labanti* CORDI *ſuo* ſupponit. Quid verò ex flagel-
Pſ. 128. lis, & virgis, quibus ſupra dorſum mitiſſi-
3. mi Agni fabricauerunt peccatores, generoſa Sponſa facit? His ipſis, ſeu ſtimulis
Lect. 4. quibuſdam, tardum COR *impellit*, atque ad Dei ſeruitutem vrget. Nec ſpineæ coronæ conſortium abhorret: illam enim, velut
Lect. 5. *ſepem*, CORDIS *ſui horto* circumdat, & circumplectit? vt à feris, & à furibus tutus eſſe queat. Comitata deinde Sponſum
Ioan. 19 exeuntem ciuitatem, & baiulantem ſibi
.17. Crucem: cùm in via animaduertit Dilecti faciem, in oblato à Veronica ſudario, ad viuum expreſſam; quid non ingenioſus amor hîc audet? proponit enim velut prototypon ſibi, Veronicæ illud velum; & arti-
Lect. 6. ficioſa acupicturâ *illud in* CORDE *ſuo exprimere*

mere conatur. Sitienti verò ante ipſam crucifixionem Dilecto, Cor *ſuum, velut phialam* vino compunctionis plenam, offert. Dum verò Saluatoris manus, & pedes clauis perfodi cernit; optat & ipſa *clauo timoris Domini* Cor ſuum configi. Immò & totum Cor *in Cruce extendi*, & cum Christo crucifigi deſiderat. Quanta verò bona in Cruce Domini Ieſu Chriſti inuenit! in qua ſola gloriam ſuam, & honorem conſtituit. Hinc *arborem Crucis* Cordi *ſuo inſerit.* Hinc Titulo Chriſti capiti ſuperpoſito, Cor ſuum, *in æternum habitaculum, crucifixo Ieſu dedicat.* Hinc *vulnerari Longini lanceâ*; defluente è Crucis torculari *muſto potari* auidiſſimè concupiſcit. Nec ſatis hoc; ſed vltrà aſcendens ad Cor altum; ad exaltatum Cor Dei ſui, in latere vulnerato *azylum* Cordis *ſui* conſtituit. Ne verò Speculum tam ſpecioſæ deſit Sponſæ, è ſacratiſſimis *quinque vulneribus pulcherrimum ei Speculum proponitur.* Sed nec mortuum quidem, ac ſepultum deſerit: verùm eodem quo amor eius tumulatur monumento, & ipſa Cor ſuum velut thalamo *includit*: expectans cum eo glorioſam Reſurrectionem.

Lect. 7. *Lect.* 8. *Lect.* 9. *Lect.* 10. *Lect.* 11. *Lect.* 12. & 13. *Lect.* 14. *Lect.* 15. *Lect.* 16.

Atque hæc eſt totius Opuſculi noſtri Synopſis, & Anacephaleoſis.

LE-

LECTIO XIV.

Scholæ CORDIS *Compendium, eiuſq; in Claſſes Diſtributio.*

QVOD Mercatoribus in vſu eſſe videmus, vt venditarum atque emptarum rerum pretia ſingulatim annotata in rationum Libros referant; atque omnia tandem, ſubductis calculis, ad vnam quamdam ſummam, quæ omnes alias complectatur, reducant: id diligentiores quoque Diſcipulos in Scholis imitari conſpicimus. Quæ enim integris Libris, toto Anno à Magiſtris diffusè admodum tradi audierint, ea illi in breuiſſimum quoddam Compendium, ac Summarium redigere conſueuerunt: vt ita memoriæ labilitati aliquoùſque ſuccurrant; quæ plurium ac variarum rerum non adeò facilè reminiſci poteſt. Ne verò hæc induſtria Scholæ noſtræ deeſſet, viſum mihi fuit operæ pretium, totius noſtræ Cardiogogiæ quamdam Epitomen hîc Lectoribus exhibere; non tam noſtrâ inuentione, quàm duorum peritorum huius Scholæ Diſcipulorum

lorum ingenio compoſitam, atque elaboratam. Primum igitur Compendium, paucis verbis, nobis exhibet Angelicus Doctor Thomas Aquinas, quem quotidie flexis genibus ita, inter cetera, Domino ſupplicaſſe accepimus.

Da *mibi, dulciſsime Ieſu*, Cor *peruigil, quod nulla abs te abducat curioſa cogitatio; da immobile, quod nulla deorſum trahat indigna affectio; da inuictum, quod nulla fatiget tribulatio; da liberum, quod nulla ſibi vendicet violenta delectatio; & da rectum, quod nulla ſeorſum obliquet ſiniſtra intentio.*

Ex quâ precandi formulâ id diſcimus, ſapientiſſimum hunc Doctorem totam CORDIS perfectionem in eo poſuiſſe, vt illud cum Deo Creatore ſuo quàm intimè eſſet vnitum. Omnium enim rerum perfectio (vt idem docuit) in eo ſita eſt, vt ſuo cõniungantur principio. Quare, vt CORDIS perfectionem aſſequeretur, rogandum ſibi Omnipotentem Deum putauit, vt omnia illa auferret, quæ CORDIS cum Deo vnionem impedire poſſent: qualia in primis ſunt, quinque illa ab eo recenſita; videlicet curioſitas, peruerſa affectio, tribulatio, in creaturis delectatio, & ſiniſtra intentio. Contra quæ COR peruigil, immobile, inuictum, liberum, & rectum ſibi

S. Thom. in princip. lib. aduerſ. impugn. relig.

ſibi dari poſtulat. COR enim hiſcè qualitatibus præditum? non poteſt non eſſe cum Deo coniunctiſſimum. Quinimmò ſi rectè rem expendere voluerimus, quidquid de CORDIS bonitate, & perfectione dicere poſſumus; id totum COR *rectum* complectitur: & ideò fortè id vltimo loco Sanctus Thomas expetebat. Quare ſi vno verbo totam Scholæ noſtræ Doctrinam exprimere voluerimus; rectè dixerimus, eò omnia ſpectare, quæ hoc Opuſculo traduntur, vt COR hominis ſit rectum cum Deo ſuo: id eſt, vt humanum COR, diuino CORDI: humana voluntas, diuinæ voluntati per omnia, & in omnibus reſpondeat, atque conſentiat. Quod quidem fuſiùs explicabitur Lib. 2. Lect. 20. Hortor interim vniuerſos huius Scholæ Diſcipulos, vt ſuprà ſcriptam illam Sancti Thomæ precationem, pro CORDIS perfectione adipiſcenda, quotidie, atque etiam ſæpiùs, recitare non negligant.

ALTERVM ex Sancti Dominici Schola Compendium nobis offert pius, atque eruditus Pater Ludouicus Granatenſis: qui conſiderans ſummam Chriſtianæ perfectionis vno IVSTITIÆ nomine appellari; cuius proprium ſit, vnicuique dare quod ſuum eſt: Deo nimirum, Proximo,

&

& ſibiipſi; ex eo conficit, hominem qui triplici huic debito ſatisfecerit, omnem iuſtitiam & perfectionem, quam profitetur, adimpleuiſſe. Quòd ſi, ait, pauciſſimis verbis, & breui collatione velis diſcere, quomodo id fieri poſſit, dicam: triplici hac obligatione reddet homo perfectiſſimè omne ſuum debitum; hoc eſt, ſi erga Deum habeat COR filij; erga proximum, COR matris; erga ſe verò, COR atque Spiritum iudicis. Sunt autem hæ tres Iuſtitiæ partes, in quibus Propheta docet omnia noſtra bona conſiſtere, cùm dicit: Indicabo tibi, ô homo, quid ſit bonum, & quid Dominus requirat à te: vtique facere iudicium, & diligere miſericordiam, & ſollicitum ambulare cum Deo tuo. Ex his enim tribus officiorum generibus, primum quidem ſpectat ad nos, nempe facere iudiciũ; ſecundum ad proximum; diligere miſericordiã; tertiũ verò ad Deum, quod ipſa Prophetæ verba declarant, cùm ait: Sollicitè ambulare cùm Deo tuo. Singula verò hęc ita explicat. Cùm ordinata in homine charitas à ſeipſo incipiat, primò omnium attendere oportet officium illud, quod ſibi ipſi homo debet: id eſt, facere iudicium, & COR Iudicis aſſumere. Boni autem Iudicis eſt, benè compoſitam & reformatam habere Prouinciam. Et quia

Granat. lib. 2. Duc. peccat. c. 14

Mich. 6. 8.

in

in homine, tamquam in parua Republica, duæ partes principales reformandæ ſunt; Corpus ſcilicet, cum omnibus membris, & ſenſibus ſuis; atque Anima, cum omnibus affectibus, & potentijs: neceſſe eſt vt illæ partes reformentur, & benè ordinentur ſecundùm regulam virtutis.

Idem. Granat. Cap. 16. SECVNDO, debet homo proximo exhibere miſericordiam, & COR matris erga eum gerere. Conſidera autem quomodo prudens, & pia mater amans filium, admonet eum, ſi quod immineat periculum, ſuccurrit illi in neceſſitate, ſuffert eius delicta cum patientia, nunc caſtigans iuſtitiâ, nunc diſſimulans, & tegens prudentiâ. Animaduerte quomodo eadem mater gaudet in bonis, & contriſtatur in malis ſui filij: non aliter atque ſi propria illius eſſent; quanto cum zelo vtilitatem & honorem eius affectet; quàm piè, quamque diligenter Deo ſemper pro illo ſupplicet; denique quòd magis ſollicita ſit pro ſalute filij, quàm pro ſua propria; & quòd in ſe crudelis ſit, & ſeuera; vt clemens ſit, & pia erga filium. Si eò itaque peruenire tibi liceat, vt tali CORDE diligas proximum, iam ad perfectionem charitatis perueniſti. Si, inquam, hæc ſex officia charitatis proximo præſtiteris: Amare, Conſulere, Subuenire,

nire, Sufferre, Ignoſcere, Bonis exemplis docere; iam muneri tuo erga illum perfunctus es.

TERTIO, oportet hominem ſollicitum ambulare cum Deo ſuo, & COR filij erga illum gerere, eumque illo CORDE diligere, quo filius ſolet patrem. Eſt enim vnum ex præcipuis Chriſti officijs, tale COR erga Deum homini immittere. Conſidera itaque nunc diligenter, quale ſit COR filij erga patrem ſuum: quo ſit in illum amore, quo timore, quâ reuerentiâ, quâ obedientiâ, quo zelo honoris illius, quomodo ſeruiat illi gratis, quantâ cum fiduciâ recurrat ad illum in omni ſuâ neceſſitate, quàm patienter ferat correptionem, & caſtigationem illius, cum reliquis omnibus. Tali quoque & tu eſto in Deum CORDE & animo; & abſolutè partem hanc Iuſtitiæ adimplebis. Ad parandum verò COR huiuſmodi, nouem mihi præcipuè virtutes videntur eſſe neceſſariæ, quarum prima & principalis eſt amor: ſecunda, timor & reuerentia: tertia, fiducia: quarta, zelus honoris Dei: quinta, pura intentio in exercitio diuini cultus: ſexta, Oratio & refugium ad Deum in omni periculo, & neceſſitate: ſeptima, gratiarum actio pro diuinis beneficijs: octaua, obedientia, & Cap. 17.

F con-

conformitas noſtræ voluntatis,cum voluntate Dei: nona,humilitas & patientia in omnibus flagellis, & tribulationibus, quæ nobis Deus immittit; quæ omnia pluribus idem Auctor perſequitur. Nobis verò ſuffecerit pro Epitome huius Libelli oſtendiſſe, oportere vnumquemque hominem habere

erga	Semetipsvm Proximvm Devm	Cor	Ivdicis. Matris. Filii.

Sed nimis fortaſsè diu in primo limine hæſimus, & diſcendi auidos Diſcipulos in hoc veſtibulo remorati ſumus: quare poſtremò hoc tantùm adiungendum videtur.

Prouerb. 9.1. Qvemadmodvm domus illa, quam Salomon ſcribit Sapientiam ſibi ædificaſſe, in qua Auditoribus ſuis lautiſſimum exhiberet conuiuium, ſeptem erat ſubnixa columnis: ita tota hæc Schola,in qua æterna Sapientia ſpirituale epulum Cordatis proponit Diſcipulis,ſeptẽ omninò conſtat Classibvs; quarũ ſingulæ plures continent Lectiones, velut diuerſa fercula myſtici huius cõuiuij. Nam vt Sapientia non modò prudentes, & eruditos;ſed etiã rudes, & indoctos ad cœnã ſuam inuitabat,dicens: Si quis eſt paruulus,veniat ad me;& inſipientibus locuta eſt: Venite, comedite panẽ meum,& bibite vinum quod miſcui vobis: ita in ſequentibus

Clas-

CLASSIBVS non Perfectorũ dumtaxat, ſed & Incipientium, & Proficientium CORDA cibantur pane vitæ & intellectus. Quotquot enim triplicem illam vnius charitatis, ſiue perfectionis viam decurrunt; omnes ad hanc Scholam pertinent: omnes ad hanc menſam adhibentur. Prouidit ſiquidem ſapientiſſimus Magiſter noſter, vt ſingulis, pro diuerſa conditione, & palato congruus eſſet cibus, & potus. PRIMA autem CLASSIS vecordes, vagoſque habet Diſcipulos; qui necdum Scholam ingreſſi, necdum menſæ aſſidentes, ad vtramque adducendi ſunt. In SECVNDA CLASSE viam ingredimur Purgatiuam, in qua Incipientibus ſubminiſtramus panem ſubcinericium cognitionis propriæ, panem lacrymarum; & vinum compunctionis. His enim COR expurgatur, atque enutritur: quod in TERTIA CLASSE purum, atque emundatum Deo in ſacrificium offertur: vbi mox exactiſſimum ſubit examen, & an tantâ maieſtate dignum ſit, diligenti indagine diſquiritur. QVARTA CLASSIS Proficientium eſt, qui Illuminatiuam viam perambulant: his, ne in via deficiant, panis mundus, candidus, & azymus exhibetur: qui CORDIS eorum illuminationem, & profectum in Spiritu Myſticè deſignat. QVINTA CLASSIS, ad

 quam

quam Perfecti admittuntur, viæ Vnitiuæ habet exercitia: in quibus miſericors Pater filijs ſuis panem Angelorum de cælo præſtat; manna, inquam, abſconditum, quod
Apoc. 2. 17. nemo nouit, niſi qui accipit. Hoc pane enutriti ad cælum ſubuolant, Deo vniri, & in eo quieſcere cibum ſibi gratiſſimum, & delectabiliſſimam refectionem reputant. In SEXTA & SEPTIMA CLASSE, quædam Dominicæ Paſſionis exercitia, tribus iſtis vijs communia, continentur: è quibus nemini non guſtare licet. Chriſtus enim paſ-
Zach. 9. 17. ſus, eſt frumentum electorum; cibus viatorum in hoc ſeculo peregrinantium, donec ad cæleſtem patriam perueniant. In opipara hac Paſſionis menſa, modò geniti infan-
1. Pet. 2. 2. tes lac inueniunt: in hac, Adoleſcentibus
Pſ. 103. 15. panis COR hominis confirmans exhibetur: in hac, cibus grandium, ſolidus cibus perfectorum copioſiſſimè ab illo ſubminiſtratur,
Matth. 11. 28. qui omnes inuitans dicebat: Venite ad me qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos.

SED hæc ſatis. Ite nunc Lectores, & Condiſcipuli mei: quiſque veſtras ingredimini CLASSES: & propoſitas à Magiſtro Lectiones ordine euoluite, & ſedulò memoriæ mandate.

FINIS LIBRI PRIMI.

SCHO-

SCHOLÆ CORDIS

LIBER SECVNDVS.

Auerſi Cordis *ad Deum Conuerſio & Directio.*

PRIMA CLASSIS.

Cordis Auerſio.

DILECTAM *pacifico Salomoni Sponſam Agriculturæ operam dediſſe, & cuſtodiendis vineis propoſitã, ex ſacro Epithalamio ſatis conſtat. Chriſtus quoque Dominus, verus Salomon, qui Patrem ſuum Agricolã, ſe verò vitem nominat, non aliam ſibi Sponſam quærit, quàm quæ vineæ præfecturam ſuſcipere, & tueri poßit. Vineam autem hãc hominis eſſe Animam, Sancti Patres paßim affirmãt Vinæ primùm vitis (inquit Ambroſius) radix defigitur: Anima fidei radice plantatur; vitis maritatur arboribus: ita*

Cãt. 1. 7. Cãt. 1. 5. Bernard. Serm. 3? in Cant. Ambroſ.

 Corpus

Corpus Animæ, Anima Corpori coniugatur. Vitis dum ligatur, erigitur; & reciſa non minuitur, ſed augetur: ita ſancta plebs dum ligatur, erigitur; dum humiliatur, attollitur; dum reciditur, coronatur. Vitis ſurculus veteri abſciſſus ab arbore, in alterius fœtu radicis inſeritur: ſic Animæ ligni noxialis cicatricibus enodatis, in nouo Crucis ligno, tamquam piæ parentis gremio, fouentur & conquieſcunt. Nos verò vt huius Scholæ ſtructuram per ſingulas Claſſes oſtendamus, ea quæ Sponſa circa vineas in Cantico Canticorum egiſſe ſe narrat, Animæ, & CORDI ſic applicabimus, vt ſingulos CORDIS noſtri ſtatus, ordine quodam, ijs deſignari demonſtremus.

PRIMVS *igitur* CORDIS *ſtatus is eſt, quo à Deo auerſum, abijt poſt honores, voluptates, & vanitates ſuas: qui à Sponſâ adumbratur, dum*
Cāt. 1. 7. *ſe ignorans abijt vaga poſt veſtigia gregum, paſcens hœdos ſuos; & cùm ad mentem reuerſa*
Cāt. 1. 5. *conqueritur: Poſuerunt me cuſtodem in vineis, vineam meam nō cuſtodiui. Quod Bernardus ex-*
Bernard. *plicans, ait: Quanto tempore inculta iacuit &*
Serm. 30 *deſerta, redacta in ſolitudinem? prorſus defece-*
in Cant. *rat vinum ex ea, areſactis præ ſterilitate fidei, virtutū palmitibus. Erat fides, ſed mortua. Quomodo enim non mortua ſine operibus? Quantum nobis, ô vinea mea, furtiuis ſurreptum eſt machinamentis, eo ipſo tempore, quo vigilantiùs intendere cœpimus curæ & cuſtodiæ noſtri? Quot,*

& quales piorum botros operum aut præfocauit ira, aut tulit iactantia, aut fœdauit inanis gloria? Quanta ab illecebra gulæ, quanta ab acedia Spiritu, quanta à puſillanimitate Spiritus, & tempeſtate ſuſtinuimus? Hæc Bernardus. Atque hic eſt ſtatus vecordis Animæ, in frigidiſſima quaſi hyeme conſtituta, quæ vineæ culturam prorſus negligit, ac deſerit. Nempe imitatur primum parentem ſuum, qui nec ipſe vineam ſuam cuſtodiuit; ſed permiſit ſubrepere ſibi vulpeculam doloſam, quæ vineam ſuam deflorauit. Primus enim ille homo cùm in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Pſ.48. 13. *Talis quoque eſt illa Anima, quæ tota hac Claſſe vaga, ſine* CORDE *oberrat, & de vno, in aliud vitium ſeſe imprudens præcipitat. Anima enim (vt Baſilius obſeruauit) quæ indulgenter ac remiſſè viuere ſinitur, perinde atque vinea quæpiam neglecta, eluxuriat; & ſilueſcit ſarmentis, ſeq; effundens circa incommoda, nec vllam adferentia frugem; natiuo ſucco exhauritur. Sed eam ita fugientem, & oberrantem ponè inſequamur, & conſiderationis oculo diligenter obſeruemus.* Baſil. in cap. 5. Iſaiæ.

LECTIO PRIMA.

EMBL. I.

CORDIS Fuga.

Columba ſeducta non habens COR. Oſeæ 7.11.

Quam fugeret, fugitiua, tuum COR, *ſi* COR *haberes*
Non meminiſſe mei, non meminiſſe ſui?

SCHOLAM CORDIS ingredi cupiens, antequam in ipſa penetralia te inferas, hîc in limine nonnihil ſubſiſte: atque, vt ordine procedas, priuſquàm CORDIS tui qualitatem conſiderare incipias, diligenti indagine diſquire, an reuerà etiam COR habeas, & vbinam illud ſit? Etſi enim nemini dubium videatur, quin omnis homo viuens COR habeat, illudque non alio loco ſit, quàm in quo eſt ipſum animal: ſpirituali tamen loquendi modo, multi admodum inueniuntur CORDE prorſus deſtituti. Neque verò id paradoxum videri debet, cùm Spiritus Sanctus in Sacra Scriptura auerſas à Deo mentes, ſine CORDE eſſe, aut CORDE indige-



CORDIS FVGA.

Columba ſeducta non habens COR. *Oſeæ.7.11.*

Quam fugeret, fugitiua, tuum COR, *ſi* COR *haberes.*
Non meminiſſe mei, non meminiſſe ſui?

1.

Digitized by Google

Digitized by Google

indigere pronuntiet. Quid enim eſt aliud quod Sapiens dicit: Qui Adulter eſt, propter CORDIS inopiam, perdet Animam ſuam. Itemque illud: Qui deſpicit amicum ſuum, indigens CORDE eſt: niſi quòd Adulteri, & amicorum contemptores, amentes, cæci, ac ſine CORDE ſtolidi ſint? Hinc inſanos, ſtupidos, ſtultos, & ignauos; excordes, & vecordes Latinè dicimus: quaſi ſine CORDE. COR enim Sapientiæ ſedes eſt. Nam vt Salomon dixit: In CORDE prudentis latet Sapientia. Sed alijs quoque Scriptoribus eadem phraſis vſitata eſt. Sic Plautus dixit de muliere: Cui pectus ſapiat, nam COR non poteſt, quia nullum habet. Et Tertullianus contra Marcionem ſcribens, ait: Eum nec COR, nec cerebrum habere. Et Auſonius, ludens in Rhetoricaſtrum quemdam quòd reminiſco dixiſſet, ait:

Prouerb. 6.32. *Prouerb. 11.12.* *Tertull. l.4.c.10.*

Reminiſco Rufus dixit in verſu ſuo
COR *ergo verſus, immò Rufus non habet.* *Auſon. Epig.47.*

Iterumque:

Qui reminiſco putat ſe dicere poſſe Latinè *Epig.48.*
Hic vbi COR *ſcriptum eſt, legeret* COR, *ſi*
COR *haberet.*

CONSIDERA ergo PRIMO, Peccatorem qui ſeductionem CORDIS ſui ſequitur, verò non habere COR, quia illud tran-

ſtulit in illam rem, quam inordinatè nimiùm concupiſcit, & amat. Sic Dauid dicebat: COR meum dereliquit me. Quod exponens S.Gregorius: COR noſtrúm, ait, nos derelinquit, quando ſic à concupiſcentijs carnalibus vincimur, vt intentionem CORDIS in terrenis, & carnalibus, atque corporeis; & non in cæleſtibus, & ſpiritualibus ponimus. Superbus, COR ſuum in honoribus, & vana gloria ponit; & ideò cum ipſo non eſt. Vnde Ieremias increpans dicebat: Audi popule ſtulte, qui non habes COR. Luxurioſi, & Guloſi COR, totum immerſum eſt carnis voluptatibus, crapulæ, & ebrietati. Vnde Oſeas: Fornicatio, vinum, & ebrietas auferunt COR. Atque idem de alijs omnibus peccatis verè dici poteſt: Qui enim peccat, fornicatur à Domino, & recedit COR eius retrò, oblituſque Dei ſui, declinat ſemitas ſuas, à via mandatorum eius. Quantò igitur ſtudio vitandum eſt peccatum, quod COR, mentem, & Sapientiam aufert!

Pſ. 39. 13 *Greg. l. 4 in 9. c. 1. lib. Reg. tom. 2.* *Ier. 5. 21* *Oſea. 4. 11.* *Pſ. 43. 19*

CONSIDERA SECVNDO, Peccatorem comparari Columbæ excordi, & ſeductæ; ita enim apud Prophetam legimus: Factus eſt Ephraim quaſi Columba ſeducta, non habens COR. Nihil dici potuit de

Oſea 7. 11.

peccа-

peccatore elegantius : verè enim eſt quaſi columba ſeducta. Et cùm multa habeat Columba, quæ laudat Scriptura (vt quòd celerrimè volat, quòd felle & amaritudine caret, quòd limpidas aquas amat, quòd cadauerum paſtum refugit) hoc ſolum in eâ peccator imitatur, quòd facilè ſeducitur; quòd non habeat COR. Fallaci quadam boni ſpecie capitur, & breui cadu-caque voluptatulâ illectus, vltrò ſe in laqueos, & in ipſas crudeliſſimorum hoſtium manus conijcit. Spoliatur, laceratur, nec iraſcitur ſpoliantibus, aut lacerantibus: ſed libenter ad eaſdem ædes reuertitur, in quibus mala hæc pertulit, & grauiter vulneratus eſt. Non habet profectò COR, vtinam ſaperet, atque intelligeret, & nouiſſima prouideret! vitaret certè laqueos paratos; & caueret, intelligeret ſæpè ſe cecidiſſe, nec fortiorem eſſe nunc, quàm cùm caderet.

Ribera ibid.

Deuter. 32.29.

CONSIDERA TERTIO, Difficile admodum eſſe COR ita cuſtodire, vt à nobis non fugiat. Petulantium enim puerorum more ſemper ſe domo proripit, vt vanitatibus & luſibus ſuis indulgeat. Eſt veluti canis venaticus, pruriens pedibus ad venationem, & ad prædam ſuam omni momento exire gliſcens: quare

cùm

cùm à ſenſuum oblectamentis nonnihil moueri cœperit, ſtatim magno ardore in illa fertur; & ad ea, relicto Deo, cui adhærere deberet, exire feſtinat. Magna hæc eſt, prô dolor! CORDIS noſtri miſeria, quam agnouit, & deplorauit Sanctus Auguſtinus: Vix, inquit, ſtat COR ad Deum ſuum, & vult ſe tenere vt ſtet, & quodammodo fugit à ſe, nec inuenit cancellos, quibus ſe includat, aut obices quoſdam, quibus retineat auolationes ſuas, & vagos quoſdã motus. Diceret vnuſquiſque ſibi hoc contingere, & alteri non contingere; niſi inueniremus in Scripturis Dei Dauidem orantem quodam loco, & dicentem: Quoniam inueni, Domine, COR meum, vt orarem ad te. Inueniſſe ſe dixit COR ſuum, quaſi ſoleret ab eo fugere, & ille ſequi velut fugitiuum; & non poſſe comprehendere, & clamare ad Dominum: Quoniam COR meum dereliquit me. Similis eſt Bernardi querela: Nihil eſt, inquit, in me CORDE meo fugacius, quod quoties me deſerit, & per prauas cogitationes diffluit, toties Deum offendit: ſibi non concordat, à ſe diſſonat, à ſe reſilit, voluntates alternat, conſilia mutat, ædificat noua, deſtruit vetera, deſtructa reædificat, eadem iterùm, atque iterùm, alio & alio modo mutat, & ordinat:

Auguſt. in Pſal. 85.

2.*Reg.*7.27.

*Pſ.*39.13

*Bernard. in Medit. cap.*9.

ordinat: quia vult, & non vult; & numquam in eodem ſtatu permanet. Et poſt pauca: COR meum dum futurum non curat gaudium, nec diuinum quærit auxilium, ab amore cæleſtium elongatur, & in amore terreſtrium occupatur. Cumque elabitur ab illis, & inuoluitur in iſtis, vanitas illud recipit, curioſitas deducit, cupiditas allicit, voluptas ſeducit, luxuria polluit, torquet inuidia, turbat iracundia, cruciat triſtitia: ſicque miſeris caſibus, ſubmergitur omnibus vitijs; quoniam vnum Deum (qui ei ſufficere poterat) dimiſit. Per multa diſpergitur, & huc illucque quærit vbi requieſcere poſſit, & nihil inuenit quod ei ſufficiat, donec ad ipſum redeat. Omni igitur cuſtodia cuſtodiendum eſt COR, ne à nobis recedat.

CONSIDERA QVARTO, Maximum omninò damnum eſſe, CORDE carere: quemadmodum enim ab ipſo vita procedit, & eo læſo vicina eſt mors Corporis; ita quoque in ſpiritualibus CORDIS inopia, vt dicebat Salomon, perdit Animam. *Prouerb. 6.13.* Rem miram narrat Appianus Alexandrinus de duplici victimâ excorde. Iulius Cæſar *Plin. lib. 11. nat. Hiſt. cap. 37.* die quo in curiâ occubuit, Senatum ingreſſurus de more fecit: apertâ victimâ COR defuit. Extiſpice neſcio quid vaticinante

de

de Imperatoris obitu; irriſit Iulius, & aliam admoueri iuſſit; ſed & hæc CORDE caruit. Quamuis verò id Cicero eludat, victima ſine CORDE certus mortis nuntius eſt: nam Etheluio quoque Pertinace, eo die quo occiſus eſt, ſacrificante, negatur in hoſtia COR repertum. Sed quid hoc in Arcano Sermone deſignet videamus. Totos nos quanti ſumus, Deo Optimo Maximo in ſacrificium, & hoſtiam viuentem offerre debemus: verùm ſi CORDE deſtituta ſit victima, non tantùm Deo diſplicebit; ſed & certiſſimum mortis Animæ noſtræ indicium erit. Omnibus igitur modis prouidendum eſt, ne COR noſtrum derelinquat nos, ſed illud Deo in holocauſtum offerre poſſimus: cui accepta non eſt oblatio, quæ CORDE caret; vt enim Sapiens ait: Qui vanus & excors eſt, patebit contemptui. Opprobrium ſiquidem ſempiternum dabit ei Dominus, nec euadet pœnas vitæ futuræ. Virga enim in dorſo eius qui indiget CORDE. Virga autem in dorſo (Bedâ allegoricè interpretante) eſt vindicta in poſterioribus, id eſt, in ſequenti vita. Vtinam hæc recogitet Anima, & horrore pœnarum perterrita, diligentiſſimè in CORDIS ſui cuſtodiam incumbat!

Cicero li. 2. de Diuinat.

Prouerb. 12. 8.

Pſ. 77. 66.

Prouerb. 10. 13.

LE-

Digitized by Google



CORDIS VANITAS.

Qui minoratur CORDE, cogitat inania. *Eccli. 16. 23.*

Ambitio ſollis, vento diſtendit honorum

COR vanum, hinc ſpirat nil, niſi grande NIHIL.

Digitized by Google

LECTIO II.

CORDIS Vanitas.

EMBL. II.

Qui minoratur CORDE, *cogitat inania.* Eccli. 16. 23.

Ambitio follis, vento diſtendit honorum
COR *vanum, hinc ſpirat nil, niſi grande* NIHIL.

SEQVERE etiam nunc Anima mea, vagi & aberrantis CORDIS tui veſtigia; & omnes auerſiones eius, quibus recedit à Deo Factore ſuo, attentè conſidera. Aliâ enim viâ CORDATVS, aliâ vanus & Excors incedit. Ille, quæ Dei ſunt cogitat: huius tota cogitatio CORDIS intenta eſt ad malum; quam differentiam vt ſignificaret Salomon, dixit: COR Sapientis in dexterâ eius, & COR ſtulti in ſiniſtrâ illius. Quod explanans B. Salonius: COR, ait, Sapientis in dexterâ eius, quia intentio & cogitatio viri Sapientis ad hoc tendit, & ad hoc laborat, vt ſemper bona operetur, quatenus in die Iudicij ad dexterã Domini, id eſt, ſortem iuſtorum ſtare mereatur; & cum ipſis in æterna beatitudine gloriari. COR verò ſtulti in ſiniſtrâ illius.

Eccleſ. 10. 2.

B. Salonius.

illius; quia & mala quæ cogitat, & malis operibus accumulat: in die Iudicij à ſiniſtris; id eſt, in ſorte reproborum ponetur, & cum eis in æternum punietur. Siniſtrorſum ergo abit COR ſtulti, & viam perditionis perambulat. Sed nunc vade, Anima mea, & conſidera itinera eius: non vt ea ſequaris; ſed vt præcipitia, & pericula animaduertens, diſcas ea declinare. Prima autem ſemita quam ingreditur, vanitatis eſt, in quâ honoris fumo, & magni nominis vmbrâ præſtrictos gerens oculos, gloriam dignitatis affectat, & primas ſalutationes in foro, primos recubitus in cœnis, primas in conuentibus concupiſcit Cathedras. Vanum omninò eſt COR, quod miſerrima ambitio, honorumque contentio occupauit: tumida omninò res eſt ambitus (inquit *Seneca. Epiſt.85.* Seneca) vana, ventoſa, nullum habens terminum; tam ſollicita, ne quem ante ſe videat; quàm ne alium poſt ſe.

AVDI Chryſoſtomum honorum vanitatem Graphicè depingentem: Nihil hominum gloriâ vilius. Nónne vides perſonas, quas in ſcena verſantes induuntur, quàm ſint pulchræ & ſplendidæ? potes mihi talem aſpectum in veritate monſtrare? Nequaquam. Numquid vmquam earum amore captus es? Non. Quare? Quia vacuæ ſunt,

Chryſoſt. hom. 43. ad pop.

ſunt,& imitantur pulchritudinem; pulchræ tamen non ſunt. Similiter & gloria inanis eſt, & gloriam quidem imitatur, non tamen eſt gloria. Dic enim mihi quid habet boni à multis circumſpici? ſicut enim larua occultat veritatem hominis vſque ad veſperam, dimiſſo autem theatro, vnuſquiſque apparet quod eſt: ita ſi poſt multas tuas laudes auditas domum reuertare, & ſolus ſis, omnis gloria defluxerit. In forum proceſſiſti, præſentes in te conuertiſti? quid ampliùs? nihil, extinctum eſt, & euanuit tamquam fumus diffuſus. Quantæ ſunt hæc quæſo ſtoliditatis? quantæ dementiæ? ad vnum itaque ſpectemus, quomodo Deus nos laudet. Hæc Chryſoſtomus.

CONSIDERA quoque, comparari ſolere hanc glorię cupiditatem Chamæleonti, qui, vt Plinius ait, maximum habet pulmonem, & nihil aliud intùs: ita quoque vani homines, præter oſtentationem, & ventoſam iactantiam, nihil prorſus habent. Vtque idem Chamæleon non alio paſcitur alimento, quàm aëris, ideoque ore eſt ſemper hiante: ſimiliter quibus COR vanum eſt, nihil captant præter popularem auram, & inanem laudem, quâ ſe ſuſtentant. Sanctus verò Anſelmus honoris cupidos, pueris papiliones inſequentibus, ſimiles facit. Illi enim *Plin. lib. 11. cap. 32.* *Anſelm lib ſimili- tudinum cap. 72.*

 dum

dum hos inſequuntur, ſæpè pedes offendūt; cùm alicubi reſediſſe viderint, cautè incedentes, & manibus ad inuicem plaudentes, latenter eos comprehendere ſatagunt: ſed cùm iam apprehendere voluerint, papiliones ſubitò auolant: ſi quando verò eos apprehenderint, exultant de nihilo, quaſi magnum quid fuerint adepti. Ita quoque gloriæ ſtudioſi, ſæpiùs in grauia crimina incidunt, quibus Animam vehementer lædunt: aliquando verò cùm viderint eos ſibi paratos, latenter accedunt, vt eos valeant obtinere, quò dum appropiant vehementer gaudent & exultant: ſed cùm propiùs acceſſerint, eoſque ſe poſſe iam apprehendere putauerint, honores de manibus eorum ſe excutiunt, & aliqua de cauſa ad alios aliquos ſe transferunt. Quos, ſi quando adepti fuerint gratulantur, quaſi aliquem verum honorem fuerint aſſecuti; cùm ad veri honoris culmen peruenire non poſſint. Quid verò puerilius, aut vanius hoc ſtudio concipi poteſt? Quid autem eſt honor & gloria, niſi vapor quidam; &, vt ait Propheta, flos fœni, qui ſubitò exareſcit, & decidit? Totus enim, vt ait Auguſtinus, ſplendor generis humani, honores, poteſtates, diuitiæ, typhi, minæ, tumores, flos fœni eſt. Floret illa domus, & magna domus; floret illa familia, &

Iſaia 40.6. *Auguſt. in Pſal. 102.*

quàm

quàm multis floret? aut quàm multis Annis viuunt? multi Anni tibi, breue tempus Deo, in comparatione longorum, & longè viuẽtium ſæculorum, omnis flos cuiuſque domus, ſic eſt quomodo flos agri, vix eſt annua omnis pulchritudo Anni. Quidquid ibi viget, quidquid ibi candet, quidquid ibi pulchrum eſt, non perennat, immò per totum Annum duci non poteſt, ergo

Carpe nouos flores, dũ flos nouus, & noua pubes;
Et memor eſto æuum ſic properare tuum.

Quouſque ergo filij hominum ambulatis in vanitate CORDIS veſtri? vt quid diligitis vanitatem; & non quæritis veritatem? Quò enim tendunt cogitationes, quæ exeunt de CORDIBVS veſtris, niſi ad vanitatem, & inſanias falſas? nouit enim Dominus cogitationes hominũ, quoniam vanæ ſunt. Et, qui minoratur CORDE, cogitat inania. CORDIS veſtri paruitatem, vanitatis ſtudium arguit, & vecordes vòs eſſe indicat. Quis enim CORDATVS illa tamquam delectabilia, & vera bona conſectetur, quæ non niſi vana ſunt, & verum dolorem adferunt? tale autem eſt honoris & gloriæ ſtudium. Vt enim qui tabaci vaporem bibit, quantumuis volupe id illi videatur, nil tamen niſi fumũ haurit, fœdumq́ue exhalat odoré. Quid verò inde conſequitur, niſi dolor? quem

Pſal. 4. 3
Pſ. 39. 5.
Pſ. 93. 11
Eccli. 16. 23.

ſtillantes ex oculis lacrymæ, capitis vertigo, anhela tuſſis ſatis ſuperque teſtantur? ita qui honores conſectantur, nihil ſolidi conſequuntur: ſed vt vanitatem auidè vorant, ita nil niſi vanitatis fumos emittunt, & magnum dedecus, pro quæſito decore, non rarò nanciſcuntur. Auertat Deus à Cordibus noſtris faſcinationem vanitatis huius, tribuens ei, vt non præualeat in vanitate ſua. Ego ſentio (inquiebat Auguſtinus) quàm multa figmenta pariat Cor humanum: & quid eſt Cor meum, niſi Cor humanum? ſed hoc oro Deum Cordis mei, vt nihil ex eis figmentis pro ſolido vero eructem.

Pſ. 51. 9. *Auguſt. lib. 4. de Trinit. cap. 1.*

Considera deinde Cor noſtrum eſſe inſtar thuribuli, aut cuiuſdam foculi prunis referti, cui quidquid inieceris illud recipiet, & quemadmodum ſi thuribulo imponas aromaticos paſtillos, tota domus ſuaui replebitur odore & ſuffitu; ſin autem immiſeris ſulphur, tota horribili fætore contaminabitur. Ita prorſus Cordi noſtro accidit: ſi ſalutaribus illud occupetur Meditationibus; de Chriſti Paſſione, de diuinis beneficijs, memoriam abundantiæ ſuauitatis eructabit; ſin autem mundi vanitates, ſceptra, diademata, honores, dignitates, & his ſimilia Corde verſaueris, nil niſi fætidus

Pſ. 143. 7.

tidus fumus ex illo egredietur. Non declines ergo, ô Anima mea, COR tuum in vanitates, & in res nihili; ſed ſolida bona, quibus Animus paſcitur, toto CORDE inquire. Non enim honores te facere poſſunt meliorem; ſed ſi ijs delecteris, peiorem procul dubio efficient: experto id crede Salomoni; qui poſt Regalis ſolij ſublimitatem, poſt diuitias longè maximas, honorem, & famam toto orbe vulgatiſſimam, omneſque voluptates, & delitias, quibus humanum COR perfrui poſſet, quaſi ex altiſſimâ cathedrâ quid de omnibus his ſentiret, ita proclamauit: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. *Eccleſ.* Quid habet ampliùs homo de vniuerſo labore ſuo, quo laborat ſub Sole? *1. 1.* Itemque: Si Annis multis vixerit homo, & in his *Idem.* omnibus lætatus fuerit, meminiſſe debet tenebroſi temporis, & dierum multorum: qui *11.8.* cùm venerint, vanitatis arguentur præterita. Quare per Ironiam tandem ita concludit: Lætare ergo Iuuenis in adoleſcentiâ tuâ, & in bono ſit COR tuum in diebus iuuentutis tuæ; & ambula in vijs CORDIS tui, & in intuitu oculorum tuorum: & ſcito quòd pro omnibus his adducet te Deus in iudicium. Adoleſcentia enim, & voluptas vana ſunt.

LECTIO III.

EMBL. 3.

CORDIS Grauitas.

Filÿ hominum vſquequò graui CORDE? Pſalm. 4. 3.

Crapula & ebrietas ſolidi duo pondera plumbi
Nata polo ſurſum tendere CORDA *vetant.*

CONSIDERA PRIMO, quòd Parens ille noſter, vnus & ſolus Deus, vt ait Lactantius, cùm fingeret hominem, id eſt animal intelligens, & rationis capax, cum ex humo ſubleuauit, & ad contemplationem ſui Artificis erexit: quod optimè ingenioſus Poëta ſignauit:

Lactant. lib. 2. c. 1

Pronaq; cùm ſpectant animalia cetera terram,
Os homini ſublime dedit, cælumq; videre
Iuſſit; & erectos ad ſidera tollere vultus.

Ouidius. Metamor.

Hinc vtique ἄνθρωπον Græci appellarunt, quòd ſurſum ſpectet. Spectare autem nos cælum Deus voluit, vtique non fruſtrà; nam & aues, & ex mutis penè omnia cælum vident: ſed nobis propriè datum eſt cælum rigidis, ac ſtantibus intueri, vt religionem



CORDIS AGGRAVATIO.


Filii hominum uſquequô graui CORDE? Pſal. 4. 3.

Crapula et ebrietas, ſolidi duo pondera plumbi,

Nata polo, ſurſum tendere, CORDA vetant.

3. *Pag. 102.*

Digitized by Google



gionem ibi quæramus, vt Deum, cuius ſedes illud eſt, quem oculis non poſſumus, Animo contemplemur. Vt verò hoc faciamus, COR noſtrum ſurſum tendere debet. Ipſi enim ſibi renuntiant, ſeque hominum nomine abdicant, qui non ſurſum aſpiciunt, ſed deorſum. Humi enim miſeri volutantur, cùm deorſum quærunt, quod in ſublimi quærere deberent. Quid ergo rebus inferioribus ſubiacet humanum COR? quid capiti ſuo terram homo ſuperponit? cælum potiùs intueatur, ad cuius ſpectaculum eum excitat ſummus Artifex verus Deus. Ille ſublimem vultum dedit, vt COR quoque ad ſublimia conſcenderet. At miſer homo in terram ſuo vitio curuatur, pronuſque in humum ſuâ ſponte procumbit, altam mentem, & ad Patrem ſuum cum Corpore erectam ad inferiora deprimit, tamquam eum pœniteret non quadrupedem eſſe natum. Optimè proinde monet Boëtius:

Qui recto cælũ vultu petis, exeriſq; frontem,
In ſublime feras Animum quoque, ne grauata peſſum
Inferior ſidat mens, Corpore celſiùs leuato.

Boët de Conſolat. Metro 5.

Surſum igitur COR, ſurſum Animus, ſurſum mens, totuſque homo tendat, vt Auctori ſuo coniungatur.

CONSIDERA SECVNDO, Vt COR ſurſum vergat, debere eſſe leue, & à prægrauante pondere iniquitatis liberum; leuia enim ſurſum, grauia deorſum feruntur. Quemadmodum igitur Podagrâ laborantem, vel aliter impeditos habentem pedes, nihil iuuat, ſi reliquum leue Corpus habeat: ita quoque niſi COR noſtrum leue fuerit, ad cælum non conſcendet. Quare ſummoperè vitanda eſt CORDIS grauedo: quod Regius Vates monuit, dicens:
Pſ. 4.4. Filij hominum vſquequò graui CORDE? Quinam autem dicuntur graui CORDE,
Zac. 5.7. niſi illi qui talentum plumbeum iniquitatis in CORDE inſidens gerunt, nec eo depo-
Matth. ſito iugum Chriſti ſuaue, & onus leue in
11.29. humeros accipiunt? Quid autem rectius peccato conuenit, quàm nomen ponderis, aut oneris; quo nimirùm ita prægrauatur
Exod. 7. peccator, vt in abyſſum inferni ſubmerga-
14. tur, ſicut plumbum in aquis vehementibus.
Heb. 12. Hinc Apoſtolus monet, deponere omne
1. pondus, & circumſtans nos peccatum. Et Pœnitens Dauid deplorat iniquitates ſuas
Pſ. 27.5 ſupergreſſas caput ſuum, & ſicut onus graue grauatas ſuper ſe. Ideoque ſe eorum pōdere
Pſ. 37.7. deorſum incuruatum: Miſer, inquit, factus ſum, & curuatus ſum vſque in finem. Verè enim miſer, & infelix eſt omnis peccator,

qui

qui eò vſque ſe inclinat, terræque affigit, vt ſe malignis Spiritibus pontem ſubſternat; & velut ab illis victus, eorum ſe pedibus calcari permittat. Hoc eſt quod Dominus apud Iſaiam dicit: Qui te humiliauerunt, dixerunt Animæ tuæ: Incuruare, vt tranſeamus: & poſuiſti vt terram Corpus tuum, & quaſi viam tranſeuntibus. In quæ verba Gregorius: Malignis Spiritibus in nobis locum damus, cùm terrena concupiſcimus, cùm ad temporalia appetenda curuamur. Pudeat ergo terrena concupiſcere, & dorſa mentium aſcendentibus aduerſarijs præbere. Quis non Perſianum illud exclamet: *Iſa. 51. 23.* *Gregor. hom. 31. in Euãg.*

O curuæ in terras Animæ, & cæleſtium inanes!

Vel potiùs Dauidicum Epiphonema decantet: Filij hominum vſquequò graui CORDE? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Verè enim (vt Chryſoſtomus obſeruauit) optimè Dauid COR graue, malorum eſſe cauſam dixit, quod cùm Aurigæ locum teneat, non ſolùm equum non cohibeat, ſed etiam deorſum præcipitet. Et cùm oporteat carnem alatam efficere, cùm ægritudinum onere peſſumdatur. Quando ergo vel Auriga, vel Gubernator talis fuerit, quænam eſt ſpes ſalutis? Ne faciamus ergo COR graue, ne, quemadmodum *Pſ. 4. 3.* *Chryſoſt. in Pſ. 4.*

admodum nauigia, quæ nimium habent ſaburræ, demergatur.

CONSIDERA TERTIO, Chriſtum Dominum in Euangelio edocuiſſe, quænam illa ſint quæ maximè COR graue efficiant; cùm dixit: Attendite ne grauentur CORDA veſtra crapulâ, & ebrietate, & curis huius vitæ. Sicut enim nauis, ait Chryſoſtomus, aquis impleta vt exhauriri nequeat, ſtatim ſubmergitur: ita & homo cùm crapulæ & ebrietati ſeipſum exponit, in præceps vadit, & rationem ſuam ſubmergit. Idemque alibi: Quemadmodum ſeruus, quando ſupra vires quidquam impoſitum eſt, domino ſuo impudentiùs maledicit: ſic & venter nimiùm plenus mentem, & cogitationem plerumque corrumpit; hinc eſt quòd ſe cognoſcere minùs poteſt. Contrà verò, vt Auguſtinus dixit: Cùm Anima ab eſu, & potu fuerit liberata, tunc ſe meliùs cognoſcit. Sicut enim in Speculo ſordido non ſe talem homo aſpicit, qualis eſt; ita & eſcâ, & crapulâ ſi quis fuerit grauatus, alterum ſe ſentit, quàm eſt. Ita, bonas omnes cogitationes, quas ieiunus & ſobrius Animus facilè concipit, conceptas retinet, retentas in opus educit; vna crapula obruit, ſuffocat, extinguit.

Luc. 21. 34. *Chryſoſt. homil. 9. in Geneſ.* *Homil. 45. in Matth.* *Auguſt. lib. qq. vet. & nou. teſt. q. 10.*

extinguit. Quemadmodum enim fameli-ci Animus, ait Sanctus Maximus, panem imaginatur, & ſitientis aquam: ſic homi-nis crapuloſi, & ventri ſeruientis Animus non niſi ciborum varias cupedias cogitat. Gnathonis Animus non niſi in patinis eſt, & culinæ veſtibulum non egreditur. Ele-ganter Tertullianus de huiuſmodi: Tota eorum charitas in cacabis feruet, tota fides in culinis calet, tota ſpes in ferculis iacet, quorum Deus venter eſt, pulmo Tem-plum, aqualiculus Altare, Sacerdos co-quus. Voluptuarios hos homines porcis Nyſſenus comparauit: Nam vt porcorum oculi naturâ in terram conuerſi, rerum cæ-leſtium aſpectum non habent; ſic Animus Corporis luxu perditus, cùm ad humilia, & ad ea quæ ſunt pecudum inclinatus ſit, non cælum ampliùs, neque reliquarum re-rum conuenientiam & decorem cernere poterit. Adeò nimirùm obbruteſcit, cui COR graue eſt, & terræ affixum; quòd iure merito COR luteum appellandum Chryſo-ſtomus cenſuit.

Maximi lib. .de Charit.

Tertull. li. contra Iſychicos. Phil. 3. 19.

Nyſſen. lib. de Virginit. cap. 5.

CONSIDERA QVARTO, Ex crapula, & ebrietate, velut fœcundis parentibus, aliam naſci CORDIS grauitatem, quâ ni-mirùm per libidinem terræ affigitur, aut potiùs in profundo terræ ſepelitur: ita vt

homo,

homo, quaſi CORDE priuatus eſſet, omni
Sapientiâ & intellectu deſtituatur. Acci-
3.Reg.3. diſſe id legimus prudentiſſimo Regum Sa-
12. lomoni, cui cùm ex voto Deus dediſſet
COR ſapiens, & intelligens; in tantum, vt
nullus ante eum ſimilis ei fuerit, nec poſt
3.Reg.4. ſurrexerit: (vnde etiam dicitur, accepiſſe
29. Sapientiam & prudentiam multam nimis,
& latitudinem CORDIS quaſi arenam quæ
eſt in littore maris) huius tamen tanti Re-
gis deprauatum eſt COR per mulieres;
3.Reg. adeò vt ſequeretur Deos alienos: Nec
11.29. erat COR eius perfectum cum Domino
Deo ſuo, ſicut COR Dauid patris eius. Ab
illa igitur CORDIS celſitudine mortalium
omnium prudentiſſimum luxuria detraxit;
adeoque Excordem reddidit, vt Idolola-
tra fana gentilibus dijs vxorum ſuarum
exſtrueret. Cauſam autem huius reddit
Bern.l.de Bernardus: quòd carnalium hominum
nat.& COR libidine prægrauatum in ventrem
dignit.A- eorum defluxerit, & in brutum tranſierit,
moris c.1 applicans enim eis illud Pſalmi, Factum
Pſal.21. eſt COR meum tamquam cera liqueſcens,
15. in medio ventris mei, ſubdit: In anguſta
quippe Corporis parte COR locatum eſt,
vbi quaſi medium ſuperiorum ſenſuum
arcem, & Corporis inferioris, ſicut popu-
li humilioris, quaſi quamdam regeret &
diſpen-

diſpenſaret Rempublicam, totamque circumquaque cogitatuum & actionum regionem; ſed ad concupiſcentiæ carnalis ignem degeneri quâdam mollitie liqueſcens, totum diffluxit in ventrem, & in medium ventris, videlicet non ſapiens niſi ea, quæ ventris ſunt, & de ventre in ventris inferiora omnia confundens, omnia degenerans, omnia adulterans, amoris naturalem affectum peruertens in brutum quemdam carnis appetitum; non ſolùm quæ non licet appetentem cum contumelijs Corporis, in paſſionibus ignominiæ: ſed adeò oblitum ſuæ antiquæ generoſitatis, vt qui creatus erat Deo ſoli, à corruptis, & corruptoribus ſuis æſtimetur eſſe potiùs luxuriæ naturale domicilium, & vitiorum omnium proſtibulum. Infelices qui tantum, naturâ reclamante, ſibi viluerunt, vt Animæ ſuæ locum, qui proprius Dei Creatoris erat, & nulli creaturæ communicabilis, ſedem ſatanæ, ſedem ſpurcitiarum, & omnis immunditiæ conſtituerent!

CONSIDERA QVINTO, Aduerſus hanc CORDIS noxiam grauitatem, optimum remedium eſſe, ſi illud à voluptatibus reuocemus, & inordinatis eius cupiditatibus fortiter reſiſtamus. In toto enim iſto Animi & Corporis noſtri commercio id accidit, *Iſidor. Clarius Orat. 59.*

dit, (vt ſcripſit Clarius) quod in ſtateris; vt quod vni additur, alterius fiat detrimentum: vt quo magis Corpus alitur, hoc totum ad Animi infirmitatem redundet.
2.Cor.4. 16. Si cùm is qui foris noſter homo eſt, corrumpitur, is qui intùs eſt renouatur de die in diem, vt Apoſtolus ſcripſit. Detrahendum igitur Corpori eſt, vt qui intùs eſt CORDIS homo roboretur. COR noſtrum in mari huius ſæculi nauigat, mille periculis ac procellis expoſitum: quamobrem ſi nimiùm grauetur, exonerandum erit, vt portum cæleſtis patriæ feliciter attingat. Solent enim Nautæ tempeſtatis præſcij, naufragium timentes, quæcumque in naui ſunt fluctibus committere, ne cum naui ſubmergantur. Idipſum nobis faciendum eſt, imminet enim omnibus horis horrenda tempeſtas, Mors, inquam; & illam ſubſequens extremum Dei Iudicium, nemini non formidandum, de quo
Iob 31. 23. Iob dicebat: Semper quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Deum. Quid igitur nobis faciendum? proijcienda merces mundanarum voluptatum, & inanes ſollicitudines huius vitæ. Velut tempeſtate depre-
Greg. in citat. cap. Iob. henſi (ait Gregorius) pondus nauis abijcimus, quando ab oppreſſa mente deſideria terrena remouemus; fitque vt ſubleuata

nauis

nauis enatet, quæ mergebatur onerata: quia nimirùm curæ, quæ in hac vita deprimunt, mentem trahunt in profundum. Opportunum ſanè foret, vt vnuſquiſque diſpiceret quotannis, immò ſingulis Menſibus, ac Hebdomadibus, quænam voluptates, curæ, ac ſollicitudines COR magis prægrauarent, eaſque ſi poſſet omninò præſcinderet; ſin minùs in parte minueret. Ita typicè legimus Abſalonem grauantem cæſariem capitis ſemel in Anno totondiſſe, & ponderaſſe pondere publico. Quid enim hoc in Arcano ſenſu ſignificat, niſi vt temporalium rerum voluptates, quæ COR noſtrum prægrauant, quantum licet abſcindamus, eaſque iam præteritas non noſtro affectu, non corrupto CORDIS iudicio, ſed publico Sanctorum, & ipſius Dei pondere appendamus; eaſque vt verè ſunt nihili, ac pili faciamus. *2. Reg. 14. 26.*

LE-



CORDIS AVARITIA.

Diuitiæ ſi affluant, nolite COR apponere. *Pſal. 61. 11.*

COR ubi ſit, quæris vaga et excors? ſcilicet hîc eſt.
Eſt ubi, quod proprio plus tibi corde placet.

4. *Pag. 112.*

iuſtitiæ, qui non niſi à mundo oculo videri poteſt, ſicut ſcriptū eſt: Beati mundo CORDE, quoniam ipſi Deum videbunt. At ſi diuitiarum pondera oculos noſtros obſtringant, radios diuini huius Solis, velut interiectum Corpus, impediunt, ne in Animum noſtrum illabantur; non ſecus atque vmbra terræ Solem & Lunam intercurrens, atrâ caligine Lunam obumbrat, eiuſque Eclipſim facit. Hinc qui diuitijs ſtudent, nō tam diuitiarum domini, quàm veri ſerui ſunt; non tam opes habent, quàm ab ijs habeantur. Multò crebriores inuenias, ait Petrarcha, quos propheticus ſermo notat viros diuitiarum, quàm diuitias virorum: ſic nimirùm cæca cupiditas, vilitaſque Animi de dominis, ſeruos facit. Dormierunt ſomnum ſuum, ait Regius Vates, & nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus ſuis. Infelices prorſus ſunt hi viri diuitiarum, vera potiùs ipſarum mancipia, Ditis, Plutonis, & Mammonæ ſeruituti addicti, qui cæleſtem hereditatem negligunt, diuerſi ab Ethnico Poëta, qui dicebat:

Matth. 5.8. *Franciſ. Petrarc. dial. 53.* *Pſ. 75.6.*

Et mihi res, non me rebus, ſubmittere conor. *Horat. li. 1. Ep. 1.*

Tolerabiliorem, ait Ambroſius, eſſe conditionem ſeruulorum: quia ſeruiunt hominibus, diuites Diti, & peccato, ſemper in vinculis & compedibus. *Ambr. de Nabut. cap. 6.*

CONSIDERA SECVNDO, Non in facultatibus crimen hærere, nec malas eſſe diuitias: ſed malam eſſe earum cupiditatem. Quare optimè admonet Pſalmiſta dicens:
Pſal.61. 11. Diuitiæ ſi affluant, nolite COR apponere. Iubet Baſilius in homiliâ, cum admiratione hanc ſuſpicere vocem, & animaduertere, quòd ſuos diuitiæ poſſeſſores torrente prę-rapido ocyùs prætercurrunt, & alios alio modo mutant in dominos: ſicut ex alto ruens loco fluuius accedit ſubitò, mox recedit; magis poſſibile eſſe vt aquam manu comprehenſam contineas, quàm vt diuitias
Elias in Orat.43 durabiliter cõſerues. Quemadmodum fieri nõ poteſt, ait Nazianzeni Scholiaſtes, Elias; vt qui aquam manu ceperit, eam conſtringendo retineat (per medios enim digitos elabetur) eodem modo fluxæ diuitiæ, ſi retinere tentes, effluent. Atque hæc eſt ratio cur diuitijs COR non ſit apponendum; ne
Aug. in Pſal.61. cùm fluxæ ſint, ſimul COR effluat. Non vides, ait Auguſtinus, quia ſi ibi COR poſueris,
Idem in Pſal.88. & tu flues? Sicut enim flumina currunt in mare: ſic cupidi homines in amaritudinẽ huius ſæculi prolabuntur. Quare optimè ait
1.Timot. 6.9. Apoſtolus: Eos, qui volunt diuites fieri, incidere in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditio-

ditionem. Quis igitur non vehementer timebit, ne COR diuitijs appoſitum, ab illis, velut à molari lapide, in profundum abyſſi detrahatur, prorſuſque ſubmergatur? Expende verò quid phraſis illa velit, *apponere* COR; idem enim eſt, ac magni facere, & valdè curare, vt ex alijs Scripturæ locis ſatis conſtat. Ita namq; Iob Domino dicebat: Quid eſt homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum COR tuum? Ita Sapiens monebat: Appone COR ad Doctrinam meam. Et ipſe de ſe Salomon ait: Appoſui COR meũ vt ſcirem Sapiẽtiam. Contrà verò de obdurato Pharaone Moyſis & Aaronis, aut potiùs ipſius Dei minas, plagaſque contemnente dicitur: Auertitque ſe, & ingreſſus eſt domum ſuam, nec appoſuit COR etiam hac vice. Quòd idem eſt, ac ſi dixiſſet; non animaduertit, non curauit, ſed prorſus contempſit. Diuitiæ igitur ſi habeantur, non ijs COR apponendum eſt; nec magni faciendæ, aut curandæ ſunt. Vt enim Cicero ait: Nihil tam anguſti, tamque parui Animi eſt, quàm amare diuitias: nihil honeſtius, magnificentiuſque, quàm pecuniam contemnere.

Iob 7.17

Prouerb. 22.17.

Eccleſ.8. 16.

Exod.7. 23.

Cicero.

CONSIDERA TERTIO, Quam ob cauſam COR diuitijs non ſit apponendũ. Hanc autem tradens Auguſtinus, ità ad Probam

Auguſt. Epiſt. 121 viduam ſcribit: Pertinet ad vidualem curam tuam, diuitiæ ſi affluant, ne apponas COR, ne in eis putreſcendo moriatur, quod ſurſum eſſe debet, vt viuat. Te in illorum
Pſal. 21. 27. numero deputa, de quibus ſcriptum eſt: Viuent CORDA eorũ in ſæculum ſæculi. Moritur ergo COR, quod diuitiis apponitur. Quomodo enim illud viueret à Corpore & anima tam longè ſeparatum? Non enim in Corpore eſſe putandum eſt, quod opibus
Matth. 6.21. nimiùm adhæret: Vbi enim eſt theſaurus tuus, ait Chriſtus, ibi COR tuum erit. Quod
In Vita eius apud Surium. Tom. 3. manifeſto exemplo S. Antonius de Padua comprobauit: Cùm enim in exequijs cuiuſdam vſurarij prædicta Chriſti verba pro Concione tractaret, inter cetera ait: Mor-
Luc. 16. 22. tuus eſt hic diues, & ſepultus eſt in inferno; ite ad theſaurũ eius, & in illius medio inuenietis COR eius. Corpore iam humato, abierunt homines, parentes & amici, & COR adhuc calidum in medio nummorum eius inuenerunt. Affine huic eſt quod ex Aucto-
Conc. de COR- DIS *mũditia.* re de dono timoris refert Gabriel Inchino de Auaro quodam, poſt plurimas diuitias coaceruatas, ſubitaneâ morte exincto: cuius Corpus cùm amici, vt quo genere mortis ſublatus eſſet intelligerent, diſſecari curauiſſent; COR eius minimè repererunt. Quamobrem attoniti, ac ſtupefacti,

ad

ad ciſtam, in qua theſauri illius aſſeruabantur, cucurrerunt, eaque reſeratâ, Cor illius ibidem inuenerunt; ſed inter vngues diaboli, qui in ſpecie draconis theſauris illis incumbens, articulis, & vnguibus ſuis miſerum Cor Auari illius diſcerpebat, atque dilaniabat; his verbis eos alloquens: Amicus veſter propter aurum & argentum hoc Cor ſuum mihi vendidit, atque idcircò iure optimo meum illud eſt; non ipſius, mihique inde licet facere quidquid mihi collibitũ fuerit. Permiſit Deus id ita fieri, vt omnibus ad oculum oſtenderet, veriſſimam eſſe ſententiam illam Euangelicam: Vbi eſt theſaurus tuus,ibi eſt Cor tuum. *Matth. 6.21.*

Considera Qvarto, Alias rationes cur diuitijs Cor apponi non debeat; quas Chriſtus Dominus indicauit, cùm eas ſpinis, verbum Dei ſuffocantibus, ſimiles eſſe dixit. *Luc. 8.6* Spina enim primò & dolorem creat, cùm infigitur,& cùm infixa manet, & cùm extrahitur:ſic diuitiæ magno labore acquiruntur, maiore timore conſeruantur, & maximo dolore amittuntur, iuxta illud B.Bernardi: *Ludolph. de vita Chriſt. part. 1. cap.64.* Diuitiarum,inquit, amor longè ampliùs deſiderio torquet Animam, quàm refrigeret vſu; vtpote quarum acquiſitio quidẽ laboris, poſſeſſio verò timoris,amiſſio plena doloris inuenitur. *Bernard. Serm.de conuerſ. ad Cler. cap.12.* Secundò,

dò, vt colligi ſpinæ non poſſunt, quin manum lædant: ſic comparari diuitiæ vix poſſunt, quin Anima lædatur. Tertiò, quemadmodum ſpinæ non niſi in extremitate pungunt, cùm reliquum Corpus planum, & tractabile ſit: ita diuitiæ nunc quidem videntur dulces; ſed in morte horribiliter pungunt, vt ſanguinem CORDIS eliciant. Nemo moriens tãto dolore afficitur, quanto Auarus. Vnde Sapiens: O Mors, quàm
Eccli.41 1. amara eſt memoria tua homini habenti pacem in ſubſtantia ſua! Quartò, qui ſpinas laxâ, & apertâ manu tenet, illarum non pungitur aculeis: ſin verò manum contrahat, quò magis contrahit, eò magis sauciatur. Sic diuitiæ, ſi expanſâ & liberali manu ferantur, noxiæ non ſunt, ſed cauſa meriti; ſi verò arctiùs eas comprimis, ſi auidè conſtringis, & tenes, ſi difficulter eas à te, perinde ac ſi viſcera tua eſſent, auelli ſinas, iam Animum tuum mortiferis aculeis cruentant. Diſce ergo illis COR non apponere; ſed potiùs cum Sanctis illas contemnere, & nudum Chriſtum nudus ſequi: aut ſaltem, à nimio diuitiarum amore expeditus, ſignata ab eo veſtigia vel à longe ſubſequere.

LE-

Digitized by Google



CORDIS DVRITIES.

COR ſuum poſuerunt ut adamantem, ne audirent legem. *Zach. 7: 12.*

Nec te verba mouent, nec verbera, nec mea dona,
Ferrea præduri COR *adamantis habens.*

5. *Pag. 119.*

LECTIO V.

EMBL. 5.

CORDIS Durities.

COR *ſuum poſuerunt vt adamantem, ne audirent legem.* Zachar. 7. 12.

Nec te verba mouent, nec verbera, nec mea dona,
Ferrea, praduri COR *adamantis habes.*

CONSIDERA PRIMO, Nihil eſſe quod Cor ita à Deo auertat, illiuſque conuerſionem impediat, quàm ipſius CORDIS duritiem: hæc ipſi Deo pertinaciter reſiſtit, omniaque media ſalutis reſpuit. Hanc Iudæis Sanctus Stephanus ita exprobrauit, dicens: Durâ ceruice, & in circumciſi CORDE, & auribus; vos ſemper Spiritui Sancto reſiſtitis! Sed quid eſt COR durum? COR durum, inquit Origenes, in Scripturis dici videtur, cùm mens humana, velut cera frigore iniquitatis obſtricta, ſignaculum Imaginis Diuinæ non recipit. Cui conſonat Philo, dicens: Anima, ceræ more; (vt priſcus quidam ait)

Actor. 7. 51.

Orig. l. 1 in Epiſt. ad Rom. Tom 3.

Philo li. Quis de-

uinar. re-rū heres? ſi dura ſit, formas reſpuit, nec ſibi ſinit imprimi: ſin autem ſit obſequens, aut mediocriter facilis, profundè ſigilla recipit. Itaque durum COR omnes Dei impreſſiones, inſpirationes, admonitiones reijcit, quibus COR molle acquieſcit. Quare optimè dixit Bernardus: Nemo duri CORDIS ſalutem vmquam eſt adeptus: niſi quem fortè miſerans Deus abſtulit ab eo (iuxta Prophetam) COR lapideum, & dedit illi COR carneum. Pergit verò ipſe CORDIS duritiem Graphicè deſcribere: Quid igitur, inquit, COR durum? ipſum eſt quod nec compunctione ſcinditur, nec pietate mollitur, nec mouetur precibus; minis non cedit, flagellis duratur. Ingratum eſt ad beneficia, ad conſilia infidum, ad iudicia ſæuum, inuerecundum ad turpia, impauidum ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad diuina, præteritorum obliuiſcens, præſentium negligens, futura non prouidens. Ipſum eſt cui præteritorum, præter ſolas iniurias, nihil omninò non præterit, præſentium nihil non perit, futurorum nulla, niſi fortè ad vlciſcendum, proſpectio, ſeu præparatio eſt: & vt in breui cuncta horribilis mali mala complectar, ipſum eſt quod nec Deum timet, nec hominem reueretur.

Bern. lib. 1. Cōſid. cap. 2.

Ezech. 36. 26.

CON-

CONSIDERA SECVNDO, Eam eſſe CORDIS humani duritiem, vt rigidiſſimis omninò rebus, & quæ vix arte domari poſſunt, comparetur. Sanctus Gregorius ait: Ære, ac lapidibus inſenſibilium hominum CORDA ſignantur; qui ſæpè & ſupernos ictus accipiunt, & tamen nullâ diſciplinæ percuſſione molleſcunt. Sed & ipſa ſacra Scriptura eaſdem adfert comparationes, durum COR vocans lapideum; homines verò hoc CORDE præditos, Deus vocat populum duræ ceru cis, filios durâ facie, & indomabili CORDE. Sic Iſaias ait: Scio quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea. Nec diſſimiliter Ieremias ait: Indurauerunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reuerti. Quorſum autem dicit ſupra petram? niſi vt deſignet maiorem eſſe CORDIS duritiem quàm lapidis, ferri, & æris. Conſtat ſanè metalla, etiam duriſſima, igne liquefieri, & à fabro edomari. At filij hominum indomabili ſunt CORDE, quod nec igne diuini amoris liqueſcit, nec ictibus diuinarum comminationum emollitur. Malleus conterit petras, & gutta excauat lapidem. In Chriſti Paſſione petræ quoque ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta; ſola autem hominum CORDA, pro quibus

Greg. li. 7. Mo. cap. 9.

Ezech. 36. 26.

Exod. 32. 9.

Iſaiæ 48. 4.

Ierem. 5. 3.

Ierem. 23. 29.

Iob 14. 19.

Matth. 27. 51.

quibus ſolis Deus patiebatur, nullo pietatis ſenſu permouentur, aut ad pœnitentiam ſcinduntur. Vnde hæc dura, & obdurata CORDA adamanti à Propheta comparantur: Noluerunt attendere, & auerterunt ſcapulam recedentes, & aures ſuas aggrauauerunt ne audirent, & COR ſuum poſuerunt vt adamantem, ne audirent legem. In rerum vniuerſitate nihil adamante durius eſſe multi ſcribunt; idque nomine ſuo Græco præfert, Ἀδάμας enim idem quod indomabilis dicitur, de quo tamen, vt Rupertus ait, illud mirandum, quòd cùm tantæ ſit duritiæ, ſolo perfuſus ſanguine hirci, ſtatim diſſoluitur. Verùm ſuperat adamantem durities CORDIS humani, illud enim nec ſanguine hirci molleſcit & ſedatur, nec Sanguine illius Agni immaculati, qui ſe pro nobis in Crucis ara hoſtiam conſtituit, & Sanguinem profudit, vt Animos noſtros perturbationum callo efferatos mitigaret, viamque muniret ad vitam immortalem conſequendam. Hoc intuens D. Bernardus exclamat: O duri & indurati filij Adam, quos non emollit tanta vis amoris? Miratur & noſtro tempore hanc CORDIS duritiem Bernardus alter, eamque his verſibus perſtringit:

Zachar. 7. 11.

Rupert. in Zachar.

Cau-

Caucaſeæ rupes duræ, ſunt robora dura, *Bernard.*
Duraq́; tardipedum cornua torua boum; *Bauhu-*
Dura ſilex, vitreumq́; gelu, dens durus aratri, *ſius lib.* 1
Duraq́; de pariis marmora ſciſſa iugis; *Epigram*
Duraq́; quæ Siculis reſtant incudibus æra,
Ignibus ingenium vix domitura ſuum;
Et laſsi quondam Brontes, Steropeſque fatentur
Durius æterno nil adamante dari.
Dura hæc; ſed qui oculis ſiccis te, Chriſte tuetur
Pandentem teneras ad duo ligna manus;
Et tua purpureo rorantia membra cruore,
Diaq́; vulnifico tempora cincta rubo,
Qui videt hæc lentus, celeri neque carpitur igne,
Nec ſe Magdaleas eliquat in lacrymas,
Robore, rupibus, & ſilice hic, cornuq́; geluq́;,
Ferro, adamante, ære, & marmore durior eſt.

CONSIDERA TERTIO, Multiplicia mala, & maxima damna quæ CORDIS duritięs adfert. Primò enim deſeruntur à Deo, qui durum COR habent; vnde Apoſtolus ait: Tradidit eos Deus in deſideria *Rom.* 1. CORDIS eorum, in immunditiam. Et ipſe 24. Deus per Pſalmiſtam: Non audiuit popu- *Pſal.* 80. lus meus vocem meam, & Iſraël nō inten- 12. dit mihi. Dimiſi eos ſecundum deſideria CORDIS eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis. Hi ſunt qui tranſierunt in affectum *Pſal.* 72. CORDIS. Quidquid enim CORDE affecta- 7. runt, & concupierunt, hoc aſſecuti ſunt, omnia-

omniaque eis ex voto ſucceſſerunt. Secundò, tales, vt ait Sapiens, lætantur cùm
Prouerb. 2.14. malè fecerint,& exultant in rebus peſſimis, quorum viæ ſunt peruerſæ, & infames greſſus eorum. Et iterùm: Quaſi per riſum ſtultus operatur ſcelus. *Prouerb. 10.23.* Tertiò, quod ex hoc ſequitur, fiunt impudentes ad peccandum, vnde Ezechiel ait: Omnis domus Iſraël attritâ fronte eſt, & duro *Ezech. 3.7.* CORDE. Frontem, inquit Gregorius, CORDIS in impudentiam, atterit culpa frequens, vt quò crebriùs committitur, eò de illa committentis Animus minùs verecundetur. *Greg. homil. 10. in Ezech* Atque ideò ad tantam CORDIS duritiam quandoque peccator peruenit, vt iam in correptione ſenſibilis non ſit, quia qui vſu peccandi induruit, nullo modo corripientis verbum, id eſt, manum palpantis ſentit; ſicut Iudææ crebriùs delinquenti dicitur: Frons meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. *Ierem. 3.3.* Hinc Quartò ad omnes Dei monitiones, & increpationes, aures, oculos, & COR clauſum habent: Incraſſatum eſt, inquit Chriſtus, COR populi huius, & auribus *Matth. 13.15.* grauiter audierunt, & oculos ſuos clauſerunt, ne quando videant oculis, & auribus audiant, & CORDE intelligant, & conuertantur, & ſanem eos. Hinc ſenſim

ſim demerguntur in profundum, vt non tantùm contemnant remedia ſalutis, ſed omninò inſenſibiles fiant, vt medijs etiam periculis indormiant. Audi Scripturam: Eris ſicut dormiens in medio Mari *Prouerb.* & quaſi ſopitus Gubernator amiſſo cla- *23.34.* uo, & dices: Verberauerunt me, ſed non dolui: traxerunt me, & ego non ſenſi. Quid verò malorum hanc iliadem conſequitur, niſi quòd, Quintò, fiant omninò incorrigibiles; vnde de ijs ait Sapiens: Conſidera opera Dei, quòd *Eccleſ.7.* nemo poſſit corrigere quem ille deſpexe- *14.* rit. Et Sapientiæ: Nequam eſt natio eo- *Sap.12.* rum, & naturalis malitia ipſorum, & *10.* non poterat mutari cogitatio eorum in perpetuum. Malum porrò hoc excipit malorum omnium maximum, finalis nempe impœnitentia, & vindicis Dei ira. Benignitas Dei (inquit Apoſtolus) ad *Rom.2.* pœnitentiam te adducit, ſecundùm au- *4.* tem duritiam tuam & impœnitens COR theſaurizas iram in die iræ. Quàm meritò ergo dicit Scriptura: COR durum ma- *Ecc.3.27.* lè habebit in nouiſſimo. Etenim ſicut Ægyptij, cum ſuo Pharaone obdurati, *Exod.* dum abeuntes Iſraëlitas perſequuntur, flu- *15.5.* ctibus Maris rubri inuoluti deſcenderunt in profundum quaſi lapis: ita dura, & obdu-

obdurata CORDA, inſtar molaris lapidis, magno impetu ruunt in barathrum abyſſi infernalis.

CONSIDERA QVARTO, Quantopere timere debeas, ne ſenſim ſenſu ſpirituali priueris, patiariſque te paulatim trahi,
Bernard. & duci ad COR durum. Nec pergas quærere, ait Bernardus, quid illud ſit, ſi non
lib.1.de Conſider. cap.2. expauiſti, tuum hoc eſt. Solum eſt COR durum, quod ſemetipſum non exhorret; quia nec ſentit. Expaueſce ergo, Anima fidelis, & audi Pſalmiſtam præclarè ad-
Pſal.94. 8. hortantem: Hodie ſi vocem Domini audieritis, nolite obdurare CORDA veſtra.
Hebr.3. 13. Audi & diuinum Paulum: Adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies, donec hodie cognominatur; vt non obduretur quis ex vobis fallaciâ peccati. Caue peccatorum fallaciam, quæ in duri CORDIS ſcopulum, velut Syrenes fallaces, pertrahit. Dum enim peccato non reſiſtitur, ad aliud mox prolabitur; atque ita in conſuetudinem peccandi, & quamdam velut neceſſitatem homo adducitur. Vul-
Bernard. lib.1. de Conſid. cap.11. neri vetuſto, ait Bernardus, & neglecto callus obducitur; & eò inſanabile, quò inſenſibile fit. Enimuerò niſi peccatrix Anima citò de remedio conſolationem recipiat, de aſſiduitate contrahit ſtupo-

rem

rem: ita nimirùm in CORDIS duritiam itur, & ex illa, in auerſionem. Quod à CORDE noſtro Deus CORDIS noſtri auertat.

LE-

LECTIO VI.

EMBL. 6.

CORDIS Diuiſio.

Diuiſum eſt COR *eorum, nunc interibunt*. Oſeæ. 10. 2.

Me tibi cùm totum dederim, vaniſſima, CORDIS
Cur mihi Virgo tui pars aliquanta datur?

CONSIDERA PRIMO, Benigniſſimum Deum humani CORDIS tam eſſe amantem, vt ſolus ſibi illud expoſcat: adeò verò zelotypus eſt, nullum vt omninò in eius cõſortium admittat. Hinc eſt quòd ſemper totum COR ſibi exhiberi poſtulet, vult enim nos toto COR-
Ioël. 2. DE ad ſe conuerti. Ita enim per Ioëlem
12. dicit: Conuertimini ad me in toto CORDE
Deuter. veſtro. Vult quæri toto CORDE; ita
4. 29. enim Moyſes edixit: Cùm quæſieris Dominum Deum tuum, inuenies eum: ſi
Ierem. tamen toto CORDE quæſieris. Et ipſe
29. 13. Dominus: Quæretis me, & inuenietis: cùm quæſieritis me, in toto CORDE veſtro. Vult ſeruiri ſibi toto CORDE: Quid

Digitized by Google



CORDIS DIVISIO.

Diuiſum eſt COR corum, nunc interibunt. *Oſee. 10. 2.*

Me tibi cum totum dederim, vaniſſima, CORDIS,
Cur mihi, virgo, tui pars aliquanta datur.

6. *Pag. 128.*

Digitized by Google

Quid enim petit Dominus Deus tuus, ô *Deuter.*
Iſraël, à te, niſi vt timeas Dominum Deum 10.12.
tuum, ac ſeruias ei in toto CORDE tuo?
Amari vult toto CORDE; ſcriptum eſt
enim: Diliges Dominum Deum tuum, ex *Matth.*
toto CORDE tuo, & ex tota Anima tua, & 22.36.
in tota mente tua. Laudantur quoque qui 3.*Reg.*
ambulant coram Deo toto CORDE ſuo. 8.23.
Et qui toto CORDE ſequuntur Deum, 2.*Para-*
Et qui cuſtodiunt præcepta & teſtimonia, *lip.*34.31
& iuſtificationes Dei in toto CORDE ſuo. *Iudith* 4.
Et qui orant Deum toto CORDE ſuo, 17.
Monemur quoque habere fiduciam in *Prouerb.*
Domino ex toto CORDE noſtro. Nullam 3.5.
igitur partem CORDIS abeſſe vult, qui
toties totum COR poſtulat. Meritò proinde
minatur Auguſtinus: Væ duplici CORDE! *Auguſt.*
de ſuo partem faciunt Deo, & partem *ſuper Io-*
faciunt diabolo. Iratus Deus, quia ſit *annem.*
ibi pars diabolo, diſcedit, & totum diabolus
poſſidet. Quare mirandum minimè eſt
ſi dixerit Propheta: Diuiſum eſt COR eo- *Oſee* 10.
rum, nunc interibunt. Quis enim viuat 2.
CORDE, vel Corpore diuiſo? Iure proinde
reprobi erant, & à populo Dei ſegre- 4.*Reg.*
gati Samaritani, eò quòd & Dominum 17.8.
colebant, & pariter diis Aſſyriorum ſer-
uiebant. Iure quoque Deus, per Prophe- *Sophon.*
tam maledicit eis, qui iurant in Domino, 1.5.

& iurant in Melchon, Idolo ſic dicto.
3.Reg. 18.21. Quàm grauiter verò Elias increpat: Vt quid claudicatis in duas partes? ſi Dominus eſt Deus, ſequimini illum; ſi autem Baal, ſequimini illum. Sic etiam Samuel
1.Reg. 7.3. monebat: Si in toto CORDE veſtro reuertimini ad Dominum, auferte deos alienos. Quinam autem ſunt dij alieni, niſi ea quæ homines relicto Deo diligunt, ac colunt? atque hinc exiſtit CORDIS diuiſio, cùm fieri non poſſit vt Deum eodem CORDE diligamus, quo diligimus mundum, & Deo contraria. Hinc Apoſtolus
1.Cor.7. 33. dicebat: Qui cum vxore eſt, ſollicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt. Quomodo verè diuiſus? in multas nimirùm curas diſtractus, vt vni Domino vacare non poſſit; ſed partem Deus, partem, & potiorem vxor, & filij ſibi vendicent. Ita quoque in alijs quæ ámamus accidit: COR enim hominis, vt Hugo
Hugo. ait, quod priùs diuino amori fixum, ſtabile perſtitit, & vnum amando vnum permanſit, poſtquam per deſideria terrena defluere cœpit, quaſi in tot diuiſum eſt, quot ea ſunt, quæ concupiſcit.

CONSIDERA SECVNDO, Plurimis typicis figuris Deum nos inſtruxiſſe, vt illi
1.Reg.5. 2. totum COR offeramus. Non potuit ſtare

Idolum

Idolum Dagon in eodem Altari cum Arca Dei. Coanguſtatum eſt ſtratum, ita vt alter decidat, & pallium breue vtrumque operire non poteſt. *Iſaiæ 28.20.* Quæ enim hæc Arca? quis hic lectulus duos non admittens, niſi COR noſtrum, geminos non capiens amores. Noluit Dominus agrum vnum ſemine conſeri diuerſo: noluit arari in boue, & aſino iugo iugatis vno: noluit veſtes lanâ linoque mixtim contexi, vel Iudæos ijs indui. *Leuit. 19.9.* *Deuter. 22.10.* Quæ omnia nihil aliud ſignificant, quàm diuerſos affectus, ſibique diſſimiles in eodem CORDE exiſtere non poſſe. Et quod Chriſtus dixit: Neminem poſſe duobus Dominis ſimul ſeruire: aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget; aut vnum ſuſtinebit, & alterum contemnet. *Matth. 6.24.* Prorſus enim ita eſt, non poteſt homo duos fines contrarios ſimul intendere; non poteſt ad oppoſitos terminos currere, & qui duos ſectatur lepores, neutrum capit. Sapienter Sanctus Anſelmus. Sic eſt de CORDE hominis & amore Dei, quomodo de vaſe & oleo. *Anſelm. Epiſt. 2. ad Hugon.* Nam ſicut vas, quantò magis habet aquam, aut alium ſimilem liquorem, tantò minùs capit oleum: ita COR in quantum occupatur alio

 amore,

amore, excludit diuinum. Alia ſimilitudine id exponit Nazianzenus:

Carm.2.

Namque duplex veluti cernens caput, oraq́; bina,
Aut etiam geminas ſpectans in codice chartas,
Non totam verè poterit comprẽdere formam,
Id licet obnixè ſtudeat, ſed parte retentâ,
Effugiet ſparſum,& tenuẽ pars altera viſum:
Sic Chriſto & mundo quiſquis partitur amorem,
Huius amor planè leuis eſt & frigidus: At qui
Totam Animi flammã penitus defixit in vno,
Ille procul dubio conſtans, & certus Amator.

CONSIDERA TERTIO, Eos qui partim mundo, partim Deo COR ſuum tradunt, facillimè ã diabolo ſuperari. Similes enim ſunt degeneri cuidam Aquilarum generi, quod in aqua venatur: vnum enim pedem clauſum, more anſeris, habet, quo natat; alterum aduncum & acutum, quo, more ceterarum Aquilarum, prædam rapit. Tales ſunt, qui volunt duobus Dominis ſeruire; Deo, appetendo cæleſtia; & diabolo, amando terrena. Habent ſemper cum pede aquilino, pedem anſerinum, cum affectu ſpirituali affectum terrenum. Ad vtramque ripam volunt paſcere, & hîc cum delitioſis natare in fluxis fortunæ bonis; & ſurſum cum viris ſpiritualibus euolare, vt prædam

Pet. Berchor. reductor. moral. lib.7. cap.2.

cæleſtem

cæleſtem rapiant. Sed iſti degeneres ſunt, & à coruo, qui diabolum notare poteſt, facilè ſuperantur. His accedat quòd qui Deo & mundo frui concupiſcunt, omni prorſus voluptate (quam, tamen tantopere ambiunt) deſtituantur. Mundi enim gaùdijs ſe totos tradere reformidant; à ſpiritualibus verò excluduntur, quia COR mundanâ fæce infectum, diuini fauoris incapax eſt: itaque miſeri penduli hærent; nec Deo, nec mundo coniuncti. Appoſitiſſimè proinde Virginem Nazianzenus hortatur, vt ſe totam Chriſto tradat, nullâ parte mundo relictâ:

Sed te, ait, *iunge Deo, procul hoſtem pelle malignum,*
Chriſti tota manens; teneræ nec ſubdita carni.
Nec velut in lepidæ fieri ſolet orbe choreæ,
Hunc dextrâ, hunc læuâ teneas, quantumq; propinqua
Tantum etiam à Chriſto ſis omnipotente remota,
Et ſimul addicas Animum carniq;, Deoq;.

Nazian. carm. 3. in præcept. ad Virg.

CONSIDERA QVARTO, Quàm meritò Animarum noſtrarum Sponſus totum COR noſtrum deſideret: cùm ille prior ſeipſum vltrò nobis totum impenderit. Nam, vt canit Eccleſia:

Breuiar. Roman.

Se naſcens dedit ſocium,
Conueſcens in edulium,
Se moriens in pretium;
Se regnans dat in præmium.

Andreas Capella. Medit. 3. in Dom. 12. poſt Pent.

Quidquid de noſtro aſſumpſit, totum nobis contulit ad ſalutem. Expende verò eum qui præcipit ſe amari ex toto CORDE, priùs lanceâ latus ſuum tranſuerberari voluiſſe, vt eo patefacto COR ſuum nobis donaret. Eum qui iubet ſe amari ex tota Anima, primò Animam ſuam pretioſiſſimam, mœrore & triſtitiâ confici, & ad mortem vſque, noſtri cauſâ, coanguſtari voluiſſe. Eum qui mandat ſe ex omnibus viribus amari, noſtri amoris gratiâ, omnes vires ſuas in Cruce conſumpſiſſe; vſque adeò, vt ijs contritis, & exhauſtis, in manus Patris Spiritum exhalauerit. Quin igitur totum COR tradimus Deo, qui ſe totum nobis, & pro nobis obtulit? Poterat ſanè clementiſſimus Redemptor noſter Ieſus, vel vnicâ Sanguinis ſui guttulâ, immò ſolo CORDIS gemitu, millenos, ſi fuiſſent, Mundos redimere: ſed

Epheſ. 2. 4.

propter nimiam charitatem quâ dilexit nos, voluit totum Sanguinem ſuum, orbe toto pretioſiorem, pro nobis effundere. Vt quid igitur auari, & parci erimus erga tam liberalem Amatorem, vt ei non

niſi

niſi modicam particulam CORDIS noſtri largiamur? Quænam hæc ingratitudinis & illiberalitatis ſpecies eſt, vt tantâ dilectione præuenti, tam exiguâ parte reſpondeamus? immò ne reſpondeamus quidem, ſi adulterinis amoribus COR noſtrum quoque pateat. Minùs enim te, Domine, amat; qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat. Ille quippe ſingularis amor eſt, qui ſoli, non adiungit alterum. Sufficis, ô Anima, Deo; ſufficiat & tibi Deus, vt nullum præter eum Amatorem admittas; nulli partem CORDIS tribuas, ſed totum da illi, qui ſe totum tibi dedit. Reuoca omnem CORDIS tui affectum ab vniuerſis rebus creatis, eumque in vnum coge, & vni Dilectô tuo totum impende, qui ſe tibi totum impendit. *Auguſt. cap 19. ſoliloq.*

Nam veluti latomi ſolertes, quiq; fabrilem *Nazian. de Laud. Virgin.*
In lignis artem exercent; cùm linea recta
Quæritur, exactâq; operâ captatur amuſſis,
Ex oculis vnum claudunt, & lumine toto
In ſocium fuſo, viſus acieq; coactâ
Recta, ſequente, tenent, duro, veſtigia ferro.
Sic collectus amor, propiùs coniungit amantûm

Pectora caſta Deo;cupientem qui cupit, atque
Cernentem cernit,ſitq; obuius aduenienti,
Quem quò quis pluſquam cupit, hoc magè cernit eumdem,
Quòque magis cernit, tantò magis expetit illum
Cernere: ſicq; bonus ſemper conuoluitur Orbis.



LE.

Digitized by Google

[illegible] NAZ.
ROMA
[illegible]

Digitized by Google



CORDIS INSATIABILITAS.

Inſatiabilis oculus Cupidi. *Eccle. 14. 9.*

Non triquetrum toto COR eſt ſatiabile mundo,
Solum, quę fecit, COR replet vna trias.

7. *Pag. 137.*

LECTIO VII.

Cordis Inſatiabilitas. Embl. 7.

Inſatiabilis oculus Cupidi.
Eccli. 14. 9.

Non triquetrum, toto, Cor *eſt ſatiabile, mundo:*
Solùm quæ fecit, Cor *replet vna Trias.*

Considera, Eam eſſe Cordis tui capacitatem, vt nulla creatura quantumuis magna illud replere, ac ſatiare queat. Vnde quidam Philoſophus interrogatus, quid minimum eſſet ſimul & maximum; cùm vnus dixiſſet eſſe oculum, eò quòd membrorum ſit minimum, & tamen totum mundum, qui maximus eſt, viſu comprehendat. Reſpondit non eſſe oculum, ſed Cor: quia Cor non ſolum mundum, ſed & ea quæ ſupra mundum ſunt, adeoque res infinitas mente, amore, & affectu complectitur; nec vllâ re, niſi Deo repleri, & ſatiari poteſt. Qui pecuniam diligit (inquit Bernardus) non ſatiatur:

Cornel. in proœm. in 12. minor. Proph.

Bernard. lib. de

Conuer. ad Cler. cap. 22. ſatiatur: qui luxuriam diligit, non ſatiatur: qui gloriam quærit, non ſatiatur: denique qui mundum amat, numquam ſatiatur. Sic fatui filij Adam porcorum vorando ſiliquas, non eſurientes Animas, ſed eſuriem ipſam paſcitis Animarum. Sola nimirùm hoc edulio inædia veſtra nutritur, ſola fames alitur cibo innaturali. Non priùs ſatiabuntur CORDA hominum auro, quàm aurâ Corpora ſatientur, tantum enim

Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.

atque vt canit Seneca:

Seneca in Herc. Oeteo.

Cupit hic gazis implere famem,
Nec tamen omnis plaga gemmiferi
Sufficit Iſtri; nec tota ſitim
Lydia vincit, nec quæ Zephyro
Subdita tellus; ſtupet aurato
Fulmine clarum radiare Tagum:
Nec ſi totus ſeruiat Hebrus,
Ruraq; diues cingat Hydaſpes,
Intraq; ſuos currere fines
Spectet toto flumine Gangem,
Auidis, Auidis natura parum eſt.

Chryſoſt. hom. 28. *in Matt.* Hinc optimè Auarorum cupiditatem cum febricitantium ſiti Chryſoſtomus componit: Quemadmodum, inquit, qui acutæ bilis ardore febricitant, non ſolùm ex-

extinguunt ardorem potu, verumetiam accendunt; ſic qui Auaritiâ laborant, cùm huic cupiditati, omni bili acerbiori, pecuniam offerunt, maiori ſeipſos flammâ incendunt. Hinc inſatiabile COR Auari, numquam dicit, Sufficit; nec libidinoſus ſatiatur voluptate;

Nam ſibi cuncta petens, numquam ſaturanda Cupido, Claud.
Qua velut immanes reſerat dum bellua rictus,
Expleri, paſciq́; nequit.

Quis verò honorum titulis expleri CORDIS cupiditatem credat? cùm de his dicat Seneca: Numquam improbæ ſpei, quod datur ſatis eſt: omnia meruiſſe ſe exiſtimat, nec ſatis pretio æſtimatum putat. Maiora enim cupimus, quò maiora venerint, intentioq́ue concitatior eſt: ambitio enim, ſiue cupiditas, vt flammæ infinita vis, acrior eſt, quò ex maiori incendio emicuit. Verè ſic eſt: nullo termino clauditur dignitatum ambitus; quantumuis enim Deus

Seneca in lib. de Beneſ.

Præclaris Auidos ornet honoribus,
Nil iam parta videntur,
Sed quæſita vorans ſæua rapacitas
Alios pandit hiatus.

Boëtius lib. 2. Metro 2.

Nil

Nil ergo in hoc toto terrarum orbe inueniri poteſt, quod CORDI noſtro ſufficiat. Quid enim ſunt omnia quæ mundus continet? Audi Sapientem quemdam:

Lipſ. in Epitaph.

Humana cuncta fumus, vmbra, vanitas,
Et ſcena imago (& verbo vt abſoluam)
NIHIL.

Bern. ſuper Euang.

Ecce nos reliquimus.

Auguſt. Soliloq. cap. 13.

Quomodo autem Nihilum hoc immenſum CORDIS noſtri ſinum replere poſſet? Nimirùm ad imaginem Dei facta Anima (inquit Bernardus) ceteris omnibus occupari poteſt, repleri non poteſt. De ſe id Auguſtino loquenti credere poſſumus: Ego, ait, aliud, & aliud ſequebar, & à nullo implebar: dum non in me inueniebam te, incommutabile, & ſingulare indiuiſum, vnum bonum, quod conſecutus non egeo; quod conſecutus, non doleo; quod poſſidens, ſatiatur totum deſiderium meum.

CONSIDERA SECVNDO, Ipſam CORDIS humani figuram inſinuare eiuſdem immenſam capacitatem: habet enim formam Pyramidis, quæ, vti ſenſu clarum eſt, perfectum efficit triangulum. Nulla autem alia figura triangularem replere poteſt, niſi ipſa quoque triangularis fuerit. Mundus autem, Cælum, Aſtra, Elementa, rotundæ, ſiue ſphericæ ſunt figuræ: non

non igitur quodlibet horum COR trigonum adimplere poteſt. Semper enim in tribus angulis vacuitas apparebit: atque hinc conficitur, totum ne quidem mundum humani CORDIS cupiditatem poſſe ſatiare. Declarauit id inexplebilis illa Alexandri Magni cupiditas, qui Anaxarcho comiti ſuo, ex auctoritate Democriti Præceptoris innumeros mundos eſſe referenti; heu me (inquit) miſerum, quòd nec vno quidem adhuc ſum potitus! Auguſta homini (inquit Valerius Maximus) poſſeſſio gloriæ fuit, quæ deorum omnium domicilio ſufficit. Hinc Curtius ſcribit quemdam Alexandro dixiſſe: Si dij habitum Corporis auiditati Animi tui parem eſſe voluiſſent, Orbis te non caperet. Alterâ enim manu Orientem, alterâ contingeres Occidentem. Quare de eo etiam Iuuenalis cecinit: *Valerius Max. lib. 8. c. 15.*

Vnus Pellæo Iuueni non ſufficit Orbis, *Iuuenal. Satyr. 10*
Æſtuat infelix anguſto limite mundi,
Vt Gyare clauſus ſcopulis, paruaq; Seripho.

Anguſtior quoq; deſiderio illius fuit mundus vniuerſus; de quo Petronius cecinit:

Orbem iam totum Victor Romanus habebat, *Petroni. arbiter in Satyr.*
Quâ mare, quâ terræ, quâ ſydus currit vtrumque,
Nec ſatiatus erat.

Admi-

Admirare ergo, & obſtupeſce hanc tantam CORDIS tui immenſitatem. O cuſtos CORDIS (ait Bernardus) quàm modicum, & cupidum COR habes; paruum eſt, & magna capit! Vix ad vnius milui refectionem ſufficere poſſet, & totus mundus ei non ſufficit. Solo CORDE per totum mundum vago motu diſcurris, ſine pedibus curris, ſine manibus operaris, alas non habes, & volare non ceſſas. Diuitias quotidie congregas, & ſatiari non potes. Idemque alio loco ait: Humanum COR per multa diſpergitur, & huc illucque quærit vbi requieſcere poſſit, & nihil inuenit, quod ei ſufficiat, donec ad ipſum redeat. A cogitatione in cogitationem ducitur, & per varias occupationes, & affectiones variatur; vt ſaltem varietate ipſarum rerum impleatur, quarum qualitate ſatiari non poteſt. Sic labitur CORDIS miſeria, ſubtractâ diuinâ gratiâ. Contemne ergo, Anima mea, hæc omnia, quæ COR tuum implere non poſſunt. Contemne hæc viſibilia; quia non ſatiatur oculus viſu. Contemne narrata iucunda, & curioſis grata mentibus; quia auris auditu non impletur. Contemne omnia, quæ etiam poſſeſſa vacuam, & inquie-

Bernard. de interiori domo cap. 63.

In Medit. cap. 9.

Eccleſ. 1. 8.

inquietam te relinquunt. Ad quodcumque me conuertero (ait Auguſtinus) vileſcit mihi adeptum, quamuis acciderit deſideratum. Quando ſatiabitur deſiderium meum in bonis? non ſatiabor de mortalibus, non ſatiabor de temporalibus; aliquid æternum donet, aliquid æternum concedat. Bonum tuum quære, ô Anima mea, nemo bonus niſi vnus Deus; ſummum bonum, hoc eſt tuum bonum. Erige ſpem tuam ad bonum bonorum omnium, ad eum qui ſatiat in bonis deſiderium tuum. *Auguſt. in Pſal. 102.*

Considera Tertio, Solam Sanctiſſimam Trinitatem triangulare Cor replere, & inhabitare. Anima mea quam creaſti, Domine (ait iterùm Auguſtinus) ita facta eſt capax maieſtatis tuæ, quòd à te ſolo, & à nullo alio poſſit impleri; quando autem te habet, plenum eſt deſiderium eius: & iam nihil aliud quod deſideretur exteriùs, reſtat. Dum autem aliquid exteriùs deſiderat, manifeſtum eſt, quòd te non habet interiùs; quo habito, nihil eſt quod vltrà deſideret: cùm enim ſis ſummum, & omne bonum, non habet quod deſideret ampliùs, ſed poſſidet te omne bonum. Deus Pater enim memoriam, Filius intel- *Soliloq. cap. 30.*

intellectum, Spiritus Sanctus voluntatem perfectè replet: & ideò homo dicitur ad
Geneſ. 1. imaginem, & ſimilitudinem Dei factus; vt
26. ſummum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando poſſideret, poſſidenda frueretur. Deus quoque in nulla alia creatura quieuiſſe dicitur, quàm in ho-
Ibid. mine. Creauit enim lucem, creauit firmamentum, creauit cælum, creauit terram, creauit Solem, Lunam, ſtellas, creauit volucres, piſces, beſtias terræ; in nullo autem horum quieuiſſe refertur. Poſtquam autem creauit hominem ad imaginem
Gē. 2. 2. ſuam, ſtatim dicitur: Requieuit ab vniuerſo opere quod patrarat; deſignans nimirùm ſe hominis COR elegiſſe in habi-
Bernard. tationem, & locum quietis ſuæ. Beata Ani-
in Medit. ma (inquit Bernardus) apud quam Deus
cap. 1. requiem inuenit, & in cuius tabernaculo requieſcit! Beata, quæ dicere poteſt:
Eccli. 24 Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo
12. meo: negare ſiquidem requiem cæli eî non poterit. Ita quoque Sanctus Paulus teſta-
Epheſ. 3. tur; habitare Chriſtum per fidem in COR-
17. DIBVS noſtris. Quia Chriſtus in fide, fides in mente, mens in CORDE eſt. Hic verò dulciſſimus CORDIS noſtri inquilinus, omnem eius cupiditatem ita explet; vt alteri cuicumque rei nullum omninò locum

relin-

relinquat. Vis igitur, ô Anima mea, Deum intra CORDIS ſinum tuum poſſidere, ille priùs COR tuum poſſideat, & inhabitet. Rectiſſimè enim monuit Sanctus Proſper: Quem poſſidendi delectat ambitio, Deum *Proſper* qui poſſidet omnia quæ creauit, expeditâ *de vita* mente poſſideat; & in eo habebit quæcum- *Cõtempl.* que habere ſanctè deſiderat. Sed quoniam nemo poſſidet Deum, niſi qui poſſidetur à Deo; ſit ipſe primitùs Dei poſſeſſio, & efficietur ei Deus poſſeſſor, & portio. Et quid poteſt eo eſſe felicius, cui efficitur ſuus Conditor cenſus, & hereditas eius dignatur eſſe ipſa Diuinitas?

SECVNDA CLASSIS.

CORDIS Reuerſio, & Expurgatio.

IN alterâ hac Claſſe, præuaricatrix Anima ad COR reuerſa, primam illam triplicis viæ ſemitam, quæ Incipientium propria eſt, & ab officio Purgatiua vocatur., Deo duce ingreditur. Quæ enim hîc traduntur Lectiones, eò ferè ſpectant, vt COR coram Deo effuſum à vitijs, & concupiſcentijs circumcidatur; & per pœnitentiam conteratur, ac humilietur. Vt quod anteà durum, & omni ſorde inquinatum fuit, iam prorſus emolliatur, atque emundetur. Statum hunc cæleſtis Sponſus expreſſit, cùm vineæ cuſtodem Sponſam ita allocutus eſt:

Cant. 2. 12.

Iam hyemს tranſiit, imber abijt & receſſit, tempus putationis aduenit. Ac ſi dicat, Bernardo interprete:

Bernard. Serm. 53 in Cant.

Tempus faciendi, ô Sponſa, quia hyems tranſiit, quando operari nemo poterat. Imber quoque, qui inundatione factâ operiebat terram, culturas impediebat, & vel ſata necabat, vel ſeri vetabat, is inquam imber excurrit, abiit, & receſſit.

receſſit. Nunc vernalis adeſt temperies, nunc operandi commoditas, nunc frugum, ac fructuum vicinitas. Deinde ſubdit, vbi, & quid primùm operari oporteat. Tempus, inquiens, putationis aduenit. Ad vineas ergo excolendas ducitur, quæ vt poſſent vberioribus fructibus reſpondere Colonis, ante omnia neceſſe eſt, ſarmenta ſterilia proijci, ſuccidi noxia, putari ſuperflua. Quid autem hoc eſt; niſi, vt Honorius Auguſtodunenſis dixit: Quotidie reſecare ſuperfluam foliorum, hoc eſt, cogitationum & verborum luxuriam. Infructuoſi, ait Philo Carpathius, præſcidendi ſunt rami, tollenda ſunt omnia ſcelera, & Anima ab omni peccatorum labe purganda ijs omnibus, quæ filij Dei, Sponſa Chriſti eſſe volunt. Vitis quippe quæ ritè putatur (ait Theophraſtus) meliùs germen, & fructum adfert, viuereq; diutiùs poteſt. Hinc etiam cæleſtis Agricola ſpiritualis vineæ palmites non ferentes fructum purgat, vt fructum plus adferant. Ad hanc vineæ CORDIS noſtri putationem, & purgationem omnis ea Doctrina pertinet, quæ Lectionibus huius Claſſis proponitur.

Honor. apud Belrio.

Philo Carpathius.

Lib. 3. de cauſis plant. cap. 19.

Ioannis 15. 2.

LECTIO VIII.

EMBL. 8.

CORDIS Reuerſio.

Redite prauaricatores ad COR.
Iſaiæ 46.8.

Quin mihi iam toties reuocata reuerteris ad COR?
Nolle redire,merum velle perire puta.

VAGATVM,& oberratum iam ſatis,tempus tandem receptui canere. Proſecuta es hactenus,ô fidelis Anima, veſtigia CORDIS tui, ad omnia deſiderabilia ſua prono impetu proruentis. Vidiſti,inquam,vecordis Animæ inſanam ſtultitiam,cùm non tãtùm à Deo ſalutari ſuo longè receſſit, ſed etiam *Seneca.* à ſeipſo;hoc eſt,à CORDE ſuo. Mali enim, vt inquiebat Romanus Sapiẽs,vbique ſunt, præterquam ſecum. Secum ſanè non erat Auguſtinus antequam ad Deum conuerte- *Auguſt. lib.5.cõfeſſ.c.2.* retur,qui ſic eidem conqueritur:Et vbi ego eram,quando te quærebam. Et tu eras ante me,ego autem & à me diſceſſeram, nec me inueniebam,quantò minùs te.Sed audi tandem,



CORDIS REVERSIO.

Redite præuaricatores ad COR *Iſaiæ 46 8*

Quin mihi iam toties reuocata reuerteris ad COR?

Nolle redire, merum velle perire, puta.

8. *Pag. 148.*

Digitized by Google

Digitized by Google

dem, & exaudi Sponſum tuum per Prophetam monentem: Redite præuaricatores ad COR. Reuertere, ô præuaricatrix Anima, ad COR tuum, nec te itineris pœniteat, etiamſi tibi grandis reſtet via. Quot enim paſſibus à CORDE tuo receſſiſti, totidem quoque ad illud redire debes. Si proinde poſt Idola ſenſuum tuorum COR abijt in regionem loginquam, magna tibi emetienda ſunt ſpatia, vt ad illud reuertaris. Si cum filijs Iſraël CORDE reuerſus es in Ægyptum, inde quoque tibi illud repetendum eſt, ne fortè vicinum tibi arbitreris. Quid vicinius nobis eſt (ait Magnus Gregorius) CORDE noſtro? Quid vicinius nobis eſt eâ re, quæ intra nos eſt? & tamen cùm per prauas cogitationes ſpargitur, à nobis COR longiùs euagatur. Longè ergo Propheta præuaricatorem mittit, cùm eum ad COR ſuum redire compellit; quia quò ſe exteriùs fudit, eò ad ſe vnde poſſit redire, vix inuenit. Miſerere ergo Animæ tuæ placens Deo, & congrega COR tuum in ſanctitate.

Iſaiæ 46.8. *Luc. 15. 13.* *Actor. 7. 15.* *Gregor. 26. Moral. cap. 23.* *Eccl. 30. 24.*

CONSIDERA deinde, quid ſit reuerti ad COR, ſiue ad ſeipſum? Id verò optimè intelliges, ſi noueris quid ſit exire à ſe, & recedere à CORDE. Vtrumque

Gregor. lib. 2. Dial. cap. 3. porrò pulchrè explicatur à Sancto Gregorio: Duobus modis, inquit, extra nos ducimur; quia aut per cogitationis lapſum ſub noſmetipſos recidimus; aut per contemplationis gratiam ſuper noſmetipſos leuamur. Vtriuſque verò exemplum aſſignans, ait: Ille (prodigus) qui porcos pauit, vagatione mentis & immunditiæ ſub ſemetipſum cecidit, qui tamen cùm poſtmodum cœpit cogitare bona quæ perdidit, ſcriptum de illo eſt: In ſe reuerſus, dixit: Quanti Mercenarij in domo patris mei abundant panibus. Poſterioris verò modi exemplum ponit Sanctum Petrum, qui de carcere ab Angelo eductus, dicitur ad ſe poſteà reuerſus; quia eius mentem in extaſin Angelus rapuit, itaque extra ſe quidem, ſed ſuper ſemetipſum fuit. Vterque ergo ad ſe redijt, quando & ille ab errore operis ſe collegit ad COR, & iſte à contemplationis culmine ad hoc redijt, quod in intellectu communi vt priùs fuit. Hîc autem de priori CORDIS à nobis digreſſione agimus, quam idem Gregorius ita delineat: Quoties per cogitationis motum, nimiùm extra nos ducimur, & nos ſumus, & nobiſcum non ſumus: quia noſmetipſos minimè videntes, per alia vagamur. Hinc iam facilè apparet quid

Luc. 15. 15.

Act. 12. 11.

Ibidem.

ſit

ſit reuerti ad COR, vel ſemetipſum. Quod Richardus de Sancto Victore explicans, ait: Ab egreſſu, quaſi ad conuerſationis noſtræ habitaculum reuertimur, quando poſt mundana negotia, ad circumſpectionem morum noſtrorum mentis noſtræ oculos reducimus, & intima noſtra diſcutientes, quales ipſi ſimus ſtudioſâ retractatione perſcrutamur. Vis iam redire ad COR (ait recentior Doctor) cognoſce teipſum: cogita, & tecum ipſe reuolue, & interroga hæc omnia teipſum: Ego vbi ſum? quomodo viuo? quid ago? quid ſpero? quid deſidero? quid erit ſi ſic moriar? quò ibo? & quas tandem pœnas meorum ſcelerum perſoluam? Ecce hæ ſunt ſemitæ quæ ad amuſſim COR te adducent. His enim conſiderationibus Timor Domini in mente generatur: Qui autem timet Dominum, conuertetur ad COR ſuum.

Lib. 5. Contēpl. cap. 8.

Hector Pintus in cap. 46. Iſaiæ.

Eccli. 21. 7.

CONSIDERA TERTIO, Viuam Idæam, & exemplar, cùm abitus à CORDE; tum ad illud reditus, à Chriſto Domino tibi proponi in parabolâ filij prodigi. Hic enim accepto patrimonio peregrè profectus in regionem longinquam, ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſè. Et vrgente fame adhæſit vni ciuium regionis

Luc. 15. 13.

nis illius, qui miſit illum in villam ſuam. Hic prodigi à CORDE ſuo abitus: hæc à ſeipſo peregrinatio, quam peccator imitatur. Primò enim à Deo Patre ſuo recedens, abit in regionem longinquam. Regio hæc longinqua, ait Auguſtinus, obliuio Dei eſt. Quantò enim quiſque plus in prauo opere delinquit, inquit Beda, tantò à Dei gratia longiùs recedit, adeoque etiam à ſeipſo. Quid verò longinquius, interrogat Ambroſius, quàm à ſe recedere, nec regionibus, ſed moribus ſeparari, ſtudijs diſcretum eſſe, non terris, & quaſi interfuſo luxuriæ ſæcularis æſtu, diuortia habere Sanctorum? Etenim qui ſe à Chriſto ſeparat, exul eſt patriæ, ciuis eſt mundi. In hac verò ciuitate quid agit? diſſipat ſubſtantiam ſuam viuendo luxuriosè. Nam quando egreditur homo à Deo, vt Theophylactus interpretatur, & ſe à timore Dei elongat, omnia diuina dona expendit. Propinqui enim Deo exiſtentes, nihil tale, quod interitu ſit dignum, facimus, iuxta id quod dicitur: Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi ne commouear. Illo autem longè à nobis abſente, efficimur Apoſtatæ; facientes, & ferentes peſſima quæque, iuxta illud: Ecce qui elongant ſe à te peribunt.

Aug. l. 2. q. Euang. q. 33.
Beda in Luc. c. 15
Ambroſ. lib. 7. in. cap. 15. Luc.
Theophylact.
Pſal. 15. 8.
Pſal. 72. 27.

At

At non hîc ſtat miſeria Peccatoris; adhæret enim vni ciuium, paſcitque porcos. In terrâ enim obliuionis, & regione vmbræ mortis cacodæmoni peccator ſeruit, qui illum porcorum miniſterio mancipat. Vnde Titus Boſtrorum Epiſcopus: In turpitudinis, inquit, cœno, vltrò citròque aliquantiſper volutans, meritò inter porcos cenſetur. Tandem in eiuſmodi vitæ obſcœnitate diu multumque perſtans, alijs quoque perditionis forma efficitur; laſciuiæ, luxuriæque dogmatis certâ quadam ratione illos paſcens, & nutriens. Vel porci ſunt ipſi dæmones, qui Corporum vitijs ſaginantur & ſordibus, vt loquitur Chryſologus. Et Hieronymus: Dæmonum cibus eſt ebrietas, luxuria, fornicatio, & vniuerſa vitia. Augetur porrò deinceps miſeria, quòd cùm fame propè pereat, cupiatque implere ventrem ſuum porcorum ſiliquis, nemo tamen eas illi det. Cupit quidem Peccator vitiorum delectatione repleri; ſed inſatiabilis eſt peccandi libido. Huiuſmodi enim dæmones, inquit Euthymius, neminem ſinunt ſatiari voluptatibus, ne citiùs à peccato quieſcat. Semper enim excitant appetitum. Atque hæc eſt Prodigi, & Peccatoris à Deo Auerſio.

Pſal. 87. 7. 13. *Titus.* *Chryſol. Serm. 5.* *Hieron. Epiſt. ad Damaſ.* *Euthymius.*

nis illius, qui miſit illum in villam ſuam. Hic prodigi à CORDE ſuo abitus: hæc à ſeipſo peregrinatio, quam peccator imitatur. Primò enim à Deo Patre ſuo recedens, abit in regionem longinquam. Regio hæc longinqua, ait Auguſtinus, obliuio Dei eſt. Quantò enim quiſque plus in prauo opere delinquit, inquit Beda, tantò à Dei gratia longiùs recedit, adeoque etiam à ſeipſo. Quid verò longinquius, interrogat Ambroſius, quàm à ſe recedere, nec regionibus, ſed moribus ſeparari, ſtudijs diſcretum eſſe, non terris, & quaſi interfuſo luxuriæ ſæcularis æſtu, diuortia habere Sanctorum? Etenim qui ſe à Chriſto ſeparat, exul eſt patriæ, ciuis eſt mundi. In hac verò ciuitate quid agit? diſſipat ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſè. Nam quando egreditur homo à Deo, vt Theophylactus interpretatur, & ſe à timore Dei elongat, omnia diuina dona expendit. Propinqui enim Deo exiſtentes, nihil tale, quod interitu ſit dignum, facimus, iuxta id quod dicitur: Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi ne commouear. Illo autem longè à nobis abſente, efficimur Apoſtatæ; facientes, & ferentes peſſima quæque, iuxta illud: Ecce qui elongant ſe à te peribunt.

Aug. l. 2. q. Euang. q. 33. *Beda in Luc. c. 15* *Ambroſ. lib. 7. in. cap. 15. Luc.* *Theophylact.* *Pſal. 15. 8.* *Pſal. 72. 27.*

At

At non hîc ſtat miſeria Peccatoris; adhæret enim vni ciuium, paſcitque porcos. In terrâ enim obliuionis, & regione vmbræ mortis cacodæmoni peccator ſeruit, qui illum porcorum miniſterio mancipat. Vnde Titus Boſtrorum Epiſcopus: In turpitudinis, inquit, cœno, vltrò citròque aliquantiſper volutans, meritò inter porcos cenſetur. Tandem in eiuſmodi vitæ obſcœnitate diu multumque perſtans, alijs quoque perditionis forma efficitur; laſciuiæ, luxuriæque dogmatis certâ quadam ratione illos paſcens, & nutriens. Vel porci ſunt ipſi dæmones, qui Corporum vitijs ſaginantur & ſordibus, vt loquitur Chryſologus. Et Hieronymus: Dæmonum cibus eſt ebrietas, luxuria, fornicatio, & vniuerſa vitia. Augetur porrò deinceps miſeria, quòd cùm fame propè pereat, cupiatque implere ventrem ſuum porcorum ſiliquis, nemo tamen eas illi det. Cupit quidem Peccator vitiorum delectatione repleri; ſed inſatiabilis eſt peccandi libido. Huiuſmodi enim dæmones, inquit Euthymius, neminem ſinunt ſatiari voluptatibus, ne citiùs à peccato quieſcat. Semper enim excitant appetitum: atque hæc eſt Prodigi, & Peccatoris à Deo Auerſio.

Pſal. 87. 7. 13.
Titus.
Chryſol. Serm. 5.
Hieron. Epiſt. ad Damaſ.
Euthymius.

IAM verò eiuſdem conuerſionem, & reditum ad Patrem CONSIDERA. In ſe autem reuerſus dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus? Ego autem hîc fame pereo. Benè in ſe reuertitur, ait Mediolanenſis Præſul, qui à ſe receſſit. Etenim qui ad Dominum regreditur, ſe ſibi reddit; & qui recedit à Chriſto, ſe ſibi abdicat. Attende verò duabus potiſſimùm rationibus eum ad reditum impelli. Prima eſt conſideratio priſtinæ felicitatis, & abundantiæ, quam habuit apud patrem; in cuius domo etiam Mercenarij abundant panibus; hoc eſt, vbi illi qui retributionis & mercedis intuitu Deo ſeruiunt, plurimis affluunt ſpiritualibus beneficijs. Altera ratio eſt, expenſio egeſtatis & famis, quæ ad necem vſque eum opprimebat; dedit hæc vexatio intellectum vt ad COR ſuum rediret, & ad patrem properaret, vnde ait: Surgam, & ibo ad patrem meum. Surrexit, iuit, peccatum agnouit, veniam petijt, & conſecutus eſt. Quòd ſi & tu Anima mea, per huius veſtigia longè à CORDE tuo receſſeris, & in peccatorum voraginem incideris, noli in regione longinquâ diutiùs permanere; ſecuta es errantem, ſequere pœnitentem; ſecuta es abeuntem, ſequere reuertentem. Conſiderauit ille patriæ felici-

Luc. 15. 15.
Ambroſ. lib. 7. in cap. 15. Luc.

felicitatem, ſeruitutis miſeriam, & his ſe ſtimulis ad redeundum incitauit. Vade iam, & tu fac ſimiliter. *Luc. 10. 37.*

CONSIDERA vlteriùs, tam benignam ſuper aliquos eſſe Dei miſericordiam, vt eos quaſi inuitos, & vocanti Deo repugnantes, ad COR tamen efficaciſſimâ ſuâ gratiâ redire compellat. Quemadmodum enim cùm Loth ejuſque liberi ab Angelis admoniti de Sodomâ exire diſſimularent, apprehenderunt Angeli manus eorum, eduxeruntque de ciuitate: ita quoque cùm aliqui rebelles ſunt lumini, & ad omnes Dei voces obſurdeſcunt, Deus eos quaſi manu apprehendens, potentiſſimo gratiæ auxilio tandem reducit ad COR. Euenit id Sancto Auguſtino, qui cùm Dei inſpiratione quaſi colluctans per multas ambages, & anfractus, tandem ad COR reuerſus eſt. Sed ipſum certamen hoc explicantem audiamus: Tu autem Domine, inter verba eius (Potitiani) retorquebas me ad meipſum, auferens me à dorſo meo, vbi me poſueram, dum nollem me attendere; & conſtituebas me ante faciem meam, vt viderem quàm turpis eſſem, & quàm diſtortus, & ſordidus, & maculoſus, & vlceroſus. Vt videbam, & horrebam; & quò à me fugerem, non erat. Et ſi conabar à me *Gen. 19. 16.* *Iob 24. 13.* *Auguſt. lib. 8. Confeſſ. cap. 7.*

auertere aſpectum, narrabat ille, quod narrabat. Et tu me rurſus opponebas mihi, & impingebas me in oculos meos, vt inuenirem iniquitatem meam; ſed diſſimulabam, & conueniebam, & obliuiſcebar. Quæ non in me dixi? quibus ſententiarum verberibus non flagellaui Animam meam, vt ſequeretur me conantem poſt te ire; & renitebatur? Recuſabat, & ſe non excuſabat. Conſumpta erant, & conuicta argumenta omnia. Hæc Auguſtinus. Vtinam, benigniſſime Deus, ita quoque reducas me ad COR meum, & ad te meam rebellem compellas voluntatem. Vehementer enim reformido, ne ſerò forſitan, vel in die obitus mei, vel in extremo illo
Pſal. 49. 29. Iudicio arguas me, & ſtatuas me contra faciem meam. Quid enim tum faciam, cùm tempus faciendi elapſum fuerit? quomodo reuertar ad COR, cùm æquiſſimo tribunali tuo COR ſiſtetur, & nullum reuertendi ſupererit tempus? Seriùs de reuerſione cogitat, qui vitæ periodum abſoluit, & æternitatis terminum iam at-
Ibid. tigit. Intelligite hæc qui obliuiſcimini Deum, ne quando rapiat, & non ſit qui eripiat.

CONSIDERA denique, fructum reuerſionis ad COR: præterquam enim quòd eodem

eodem motu quo ad Cor homo redit, etiam ad Deum reuertatur (quod ſine dubio maximi omninò emolumenti eſt) hoc inſuper homo conſequitur, vt veram & ſtabilem pacem, atque Animi tranquillitatem nanciſcatur. Teſtatur id Regius Vates, cùm ait: Dominus Deus loquetur pacem in plebem ſuam, & ſuper ſanctos ſuos, & in eos qui conuertuntur ad Cor. Pacem vtique quam mundus dare non poteſt: pacem, quæ exuperat omnem ſenſum, quæ cuſtodit Cor & intelligentiam noſtram: quam Deus Cordis noſtri, Princeps pacis tribuit diligentibus ſe. Quiſquis enim frequenter, & feruenter per accuratum conſcientiæ examen ad Cor ſuum reuertitur, magnâ in interiori homine pace perfruetur. Experti id ſunt Sanctorum plurimi, atque in primis Beatiſſimus Pater noſter Benedictus; de quo Sanctus Gregorius ſcribens, eum diſſolutorum Fratrum, qui oblato veneno eum interimere ſtuduerant, fugiſſe conſortium, ita ait: Tunc ad locum dilectæ ſolitudinis rediit; & ſolus in ſuperni Spectatoris oculis habitauit Secvm. Exponens verò quid ſit ſecum habitare, ait: Si ſanctus vir contra ſe vnanimiter conſpirantes, ſuæque conuerſationi longè diſſimiles, coactos diu ſub

Pſ. 84. 9.

Ioannis 14. 27.

Philipp. 4. 7.

Greg. li. 2. dial. cap. 3.



CORDIS EFFVSIO.

Effundo, ſicut aquam COR tuum ante conſpectum Domini. *Thren. 2. 19.*

Vota quid occluſo, quid vulnera pectore celas,
Ante Deum fuſe COR natet, instar aquę.

9. *Pag. 159.*

LECTIO IX.

CORDIS Effuſio. EMBL. 9.

Effunde, ſicut aquam, COR *tuum ante conſpectum Domini*. Thren 2.19.

Vota quid occluſo, quid vulnera pectore celas?
Ante Deum fuſa, COR *natet, inſtar aquæ.*

POSTQVAM Anima fugitiua ad COR ſuum reuerſa eſt, id inprimis agere debet, vt COR ſuum etiam repugnans & inuitum ad Dominum adducat, & in illius ſiſtat præſentia, immò illud velut è Corpore ſuo effundat. Et hoc eſt quod monebat Pſalmographus, dicens: Effundite coram illo CORDA veſtra. Et Threnodus Propheta: Effunde, ſicut aquam, COR tuum ante conſpectum Domini. Nolite, inquit Auguſtinus, CORDA veſtra retinere intra CORDA veſtra: effundite coram illo CORDA veſtra, non perit quod effunditis, ille enim ſuſceptor meus; ſi ſuſcipit: quid times effundere? iacta in Domino curam tuam, & ſpera in eum. Pluribus autem modis phraſis illa, Effun-

Pſ.61.9. *Thren.2.19.* *Pſal.54.23.*

Effunde COR tuum, exponitur, omneſque ad noſtrum inſtitutum faciunt. Primò enim intelligitur COR euacuandum eſſe peccatis & vitijs: vnde Chaldæus Paraphraſtes vertit citatum ex Threnis locum: Effunde ſicut aquam peruerſitatem CORDIS tui; illudque ad pœnitentiam reducito. Et quod lib. 1. Regum cap. 7.
1.Reg. 7.3. dicitur: Conuenerunt (filij Iſraël) in Maſpha, hauſeruntque aquam, & effuderunt in conſpectu Domini, & ieiunauerunt in die illa, atque dixerunt ibi, Peccauimus Domino. Idem exponit: Et effuderunt COR eorum in pœnitentia, tamquam aqua coram Domino. Eodem modo S. Ambro-
Ambr. in Pſ. 141. ſius ait: Euacuari COR omni labe malitiæ debet, vt capax fiat gratiæ ſpiritalis, ideo-
Epheſ. 4. 23. que Apoſtolus ait: Renouamini Spiritu mentis veſtræ. Cùm enim effunditur vetus malitia, noua ſumitur gratia, quâ vnuſquiſque renouatur. Ita Medici non priùs ſalutaria pharmaca exhibent, quàm vomitu materiam peccantem euacuauerint. Vas graueolente odore imbutum, odorati vnguenti influxum non recipiet, niſi diligenter priùs eleuatur: nec COR noſtrum diuinæ gratiæ capax erit, niſi peſtilens vitiorum odor ex eo effundatur. Si igitur, ô Anima, bono impleri deſideras, effunde malum:

malum: melle te Deus implere vult,abſynthium euome. Vinum in lagenam CORDIS infundere paratus eſt, ſi acetum effuderis. Expende verò moneri vt COR effundatur ſicut aqua, non autē ſicut oleum, cuius pars aliqua ſemper vaſi adhæret: aqua verò ita tota effunditur, vt nihil in vaſe remaneat. Ita omnia peccata è CORDE prorſus effundenda ſunt, vt nec remaneat (inquit Hugo Cardinalis) in ſignis exterioribus color, nec in verbis odor, nec ſapor in affectu. Debet porrò hæc CORDIS effuſio fieri non coram hominibus, vt ab illis videamur; nec alio quoquam ſiniſtro reſpectu, ſed ante conſpectum Domini, cui nimirùm peccauimus. Effundebat ita COR ſuum Pœnitens Dauid, cùm Domino diceret; Delictum meum cognitum tibi feci, & iniuſtitiam meam non abſcondi. Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Tu igitur Anima, quæ ſecuta es Dauidem errantem, ſequere etiam hoc modo pœnitentem.

Hugo in cap. 2. Thren.

Pſ. 31. 6.

CONSIDERA SECVNDO, Ex modò dictâ CORDIS effuſione, aliam quoque ſubſequi, quam Prophetæ verbis deſignari Rabanus, Rupertus, & Paſchaſius intellexerunt, qui ait: Ille ergo effundit ſicut aquam COR ſuum ante conſpectum Domini, qui ex

 intimo

intimo affectu CORDIS producit lacrymas compunctionis, quia ſacrificium Deo
*Pſal.*50. Spiritus contribulatus: COR contritum
19. & humiliatum Deus non ſpernit. Huc facit expoſitio Gaſparis Sanchez, quæ talis eſt: Ne ceſſes à lacrymis & precibus, donec exhauſtis alijs lacrymarum fontibus, COR ipſum extabeſcat, & per ſtillantes oculos liquefactum emanet. Exemplum
*Luc.*7. nobis huius effuſionis peccatrix illa Mulier
38. exhibuit, quæ in domo Phariſæi, Domini, ad prandium ſedentis, pedes copioſiſſimis lacrymis rigabat: quas non ſolùm ex compuncti CORDIS dolore emiſit, ſed inter ipſas quoque eliquatum COR ſuum, velut aquam, ante conſpectum Domini effudit. Ignis enim diuini amoris, quo intùs ardebat, COR eius adeò liquefecerat, vt illud in beatos Domini pedes effundere poſſet, vnde de ea ſcriptum eſt:
*Luc.*7. Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam
48. dilexit multùm. Sic quoque Anna illa
1.*Reg.* Phenennæ æmula, cùm eſſet amaro Ani-
1.15. mo, & largiter flens oraret, multiplicaretque preces coram Domino, cùm eam Eli temulentam æſtimaret, reſpondit: Nequaquam Domine mi, ſed effudi Animam meam in conſpectu Domini. Imitare par hoc mulierum pœnitens Anima, & è

CORDIS

CORDIS fonte deduc riuos aquarum, & lacrymarum flumina, vt inter illa fluat, & natet COR tuum ante Dominum: CORDIS enim lacrymæ omnes maculas delent. Sordentem Animæ veſtem lacrymæ lauant, & dant illis remiſſionis candorem, ait Auguſtinus. Et Caſſiodorus: Fletus compunctionis eſt cibus Animarum, ſolatium peccatorum, lauacrumque culparum. Sicut enim poſt vehementes imbres, mundus aër & purus efficitur: ita & poſt lacrymarum pluuias, ſerenitas mentis ſequitur, atque tranquillitas. Quid verò lacrymæ in Oratione valeant, optimè explicauit Climachus: Mœſtitia, inquit, & gemitus ad Dominum clamant, timoris autem lacrymæ legatione funguntur. Porro illæ quas ſancta charitas fundit, ſuſceptas atque exauditas eſſe preces noſtras indicant nobis.

Aug. li. de ſal. docum.

Caßiod. in Pſ.41

Climach. grad.7.

CONSIDERA TERTIO, CORDIS effuſionem maximè fieri in Oratione, quæ per hanc effuſionem deſignatur; vnde Dauid dicebat: Effundite coram illo CORDA veſtra, & dicite: Deus adiutor noſter in æternum. Similique loquendi formulâ dicimur, effundere preces, vel Orationem. Sic populus in libro Iudith ſcribitur communi lamentatione & fletu, vnanimes pre-

Pſ.71.9.

Iudith.6 14.

 ces

ces ſuas Domino effudiſſe. Et titulus Pſalmi centeſimi primi inſcribitur: Oratio pauperis, cùm anxius fuerit, & in conſpectu Domini effuderit precem ſuam.
Pſ. 141. 3. Sic ipſe Dauid dicebat: Effundo in conſpectu eius Orationem meam, & tribulationem meam ante ipſum pronuntio. Effundere ergo COR in Oratione, eſt velut aperto vaſe omnes CORDIS affectus, omnes dolores, omnia ſenſa Animi, omnia vota & deſideria coram Deo exponere, & in eius ſinum ac prouidentiam transfundere, vt ipſe ijs ſuccurrat, & prouideat. Illuſtriſſimum porrò huius rei exemplum Chriſtus Dominus exhibuit, qui inſtante Paſſione ſuâ orauit ad Patrem in horto, & tribulationem CORDIS ante ipſum pronuntiabat.
Luc. 22. 43 Et factus in agoniâ prolixiùs orabat: & factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram, ita vt ſimul preces funderet, & ſanguinem. Obſerua verò quintuplicem affectum verbo iſto, *Effunde* COR *tuum*, inſinuari, qui omnes à pœnitentibus in Oratione vſurpari poſſunt.
Cornel. in cap. 2. Thren. Primus eſt ingentis doloris; ſic enim valde afflicti, per lacrymas, gemitus, & quærimonias, ſolent ſuos dolores effundere in aures Amicorum, & audientium. Secundus humilitatis, quòd

quòd Cor ſuum, inſtar aquæ in terram, coram Deo quaſi profundat. Tertius ſinceritatis, quòd omnes affectus coram Deo effundat, nil celet, nil reſeruet. Quartus reſignationis, quòd omnia ſua in Dei prouidentiam profundat & reſignet. Quintus ſpei & fiduciæ, quòd omnes ſuos affectus, & vota à ſe quaſi alienando, & abijciendo, vni Deo credat & committat. Diſce affectus hos inter orandum excitare. Conuertere, Anima fidelis, ad Dominum Deum tuum, & per quinque hos canales effunde velut aquam Cor tuum ante conſpectum Domini Dei tui.

Oseæ 14. 2.
Thren. 2.19.

LECTIO X.

EMBL. 10.

CORDIS Circumciſio.

Circumcidite præputium CORDIS *veſtri.*
Deuter. 10. 16.

Crux capulum, chalybem cultro dat lancea, claui
Ferrum, hoc COR *circumcide, Deoq́; ſacra.*

CONSIDERA PRIMO, Præceptum olim datum eſſe ſelectæ à Deo genti Iudæorum de circumcidendâ carne ſuâ: cùm vt à reliquis populis ſecernerentur; tum vt doloroſum pariter ac verecundum peccati Originalis cauterium in ſuo Corpore circumferrent. Chriſtus verò Mediator noſter, qui non venit legem ſoluere, ſed adimplere, non ſecus ac alios ritus & inſtituta legalia, etiam hoc mandatum ſeruare voluit; & qui peccatum non fecerat, debitum violentum vulnus pro peccatoribus ipſis ſponte aſſumpſit: in quo ſummum erga nos amorem oſtendit, cùm non tantùm propter nos homines, & propter noſtram ſalutem minoratus eſt paulò minùs ab Angelis, humanam naturam induens; ſed multùm etiam

Gen. 17. 10.
Ioſue 5. 2.
Luc. 2. 22.
1. *Pet.* 2. 22.
Heb. 2. 9.



CORDIS CIRCVMCISIO.

Circumcidite præputium

CORDIS ueſtri. Deuteron. 10. 16.

Crux capulum, chalybem cultro dat lancea, claui
Ferrum, hoc COR circum-cide deoqz ſacra.

10. *Pag. 166.*

BIBLIOTECA [illegible]
ROMA
[illegible]

Digitized by Google

etiam minoratus ſit ab alijs, cùm non ſolùm formam hominis, vt ait Bernardus, ſed formam habet peccatoris, & infigitur quaſi quodam cauterio latronis. Quid eſt enim circumciſio, niſi ſuperfluitatis,& peccati indicium? Hanc autem non pro ſe, ſed pro nobis membris ſuis ſuſcipere dignatus eſt; pro quo infinitas ei gratias agere debemus. Verùm in hac carnali circumciſione, id nobis Chriſtianis agendum incumbit, quod myſticè in Deuteronomio præceptum eſt: Si ambulans per viam, in arbore, vel in terra, nidum auis inueneris, & matrem pullis vel ouis deſuper incubantem, non tenebis eam cum filijs, ſed abire patieris, captos tenens filios, vt benè ſit tibi. Quid autem eſt matrem dimittere, & pullos retinere, niſi quòd dimittenda ſit litteralis obſeruantia quaſi mater, & ſpiritu̇ales ſenſus quaſi filij retinendi, vt Angelicus Doctor expoſuit. Inuenimus modò in procerâ ſacræ Scripturæ arbore circumciſionis nidum, matrem, hoc eſt, carnalem mortiferamque circumciſionis obſeruantiam dimittamus; pullos verò, hoc eſt, ſpiritales ſenſus, ſpiritalemque circumciſionem retineamus. Hæc autem ſpiritalis, Chriſtianorum circumciſio eſt, Iudæorum illa carnalis erat.

Bernard. Serm. 3. de Circumciſ.

Deuter. 22.6.

S. Thom. 1.2.q. 102.art. 6.ad 8.

CONSIDERA igitur SECVNDO, Corporali circumciſione Chriſtum Dominum ſpiritualem, & interiorem CORDIS circumciſionem nos docuiſſe: quemadmo-
Rom.4. dum enim mortuus eſt propter delicta no-
25. ſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram; ita quoque aſſeuerare licet, circumciſus eſt propter circumciſionem no-
Euſebius ſtram. Ideò, inquit Euſebius Emyſſenus,
homil. in circumciſus eſt Chriſtus, vt eius nobis ſigni-
Oct. Na- ficationem commendaret, vt ſicut occul-
tiuit. tum illud membrum per carnis circumciſionem pelliculâ exſpoliatur, ſic COR noſtrum illicitis deſiderijs intus exſpolietur. Hinc toties nobis ſpiritualis CORDIS circumciſio in ſacra Scriptura commendatur;
Rom.2. de qua S. Paulus ait: Circumciſio CORDIS
29. in Spiritu non litterâ, cuius laus non ex ho-
Deuter. minibus, ſed ex Deo eſt. Et Moyſes: Cir-
10.16. cumcidite præputium CORDIS veſtri. Et:
Ibidem. Circumcidet Dominus Deus tuus COR
30.6. tuum, & COR ſeminis tui, vt diligas Dominum Deum tuum in toto CORDE tuo.
Ierem. Et Ieremias ait: Circumcidimini Domino,
4.4. & auferte præputia CORDIVM veſtrorum viri Iuda. Contrà verò CORDE incircumciſi in Scriptura reprobantur; conqueritur
Ierem.9. enim Dominus apud Prophetam: Omnis
26. domus Iſraël incircumciſi ſunt CORDE.

Et

Et apud Ezechielem;ad exaſperantem domum Iſraël dici iubet:Sufficiant vobis omnia ſcelera veſtra domus Iſraël, eò quòd inducitis filios alienos incircumciſos CORDE. Sanctus quoque Stephanus Iudæis exprobrans,dicebat: Dura ceruice, & incircumciſis CORDIBVS, vos ſemper Spiritui Sancto reſiſtitis. Neceſſaria proinde eſt hæc CORDIS circumciſio; illa verò Corporis in Chriſto mortua, ac mortifera facta eſt. Et ſicuti de hac Sanctus Paulus dixit: Si circumcidamini, Chriſtus vobis nihil proderit. Ita de illâ meritò dicemus: Niſi circumcidamini, Chriſtus vobis nihil proderit. Quis igitur non libenter admittat,immò etiam ſummis votis exoptet,hanc ſpiritualem circumciſionem, ſine qua à Chriſti conſortio alieni ſumus?

Ezechiel 44.6. *Act.7. 51.* *Gal.5.2.*

CONSIDERA TERTIO, Non vnum aliquod membrum, ſed totum hominem ſpiritualiter circumcidi debere: Oculos oportet circumcidere, manus, pedes, linguam, memoriam, intellectum, voluntatem. Ab oculis vani, fallaces,turpeſque aſpectus; à manibus tactus; à pedibus itinera; à lingua iuramenta, mendacia, detrectationes, obſcœna verba: denique à memoria,intellectu,& voluntate quidquid Deo diſplicet reſecandum eſt. Etſi autem omnem

Cyprian. de rat.

omnem tam membrorum, quàm affectionum petulantiam, vt Cyprianus ait, gladio Spiritus reſecari immutabili decreto Deus mandauerit, tota tamen illa perficitur circumciſio, ſi ſolum COR circumcidatur. Vt enim exciſâ Arboris radice, omnes rami facillimè exareſcunt; ita circumciſo CORDE, omnes Animi affectiones, quæ ab eo, ceu rami, pullulant, facilè amputabuntur. Quare videndum eſt, quid ſit CORDIS circumciſio. COR, ait Sanctus Hieronymus, circumcidimus cultello Dei, & aufertur de CORDE noſtro præputium, quando turpes cogitationes nequaquam exeunt de CORDE noſtro, nec de nobis dicitur: Impinguatum eſt COR populi huius, & auribus ſuis grauiter audierunt. Vanæ igitur cogitationes, inutiles ſollicitudines, & quidquid mentem inquinare poteſt, à CORDE abſcindendum eſt. Non admodum diſſimiliter hanc CORDIS circumciſionem Bernardus expoſuit: Quis in vobis eſt, cuius voluntas circa vnum aliquid ſolet obſtinatior inueniri? ſcindat COR ſuum gladio Spiritus, quod eſt verbum Dei: ſcindat illud, & in multas minutias feſtinet diſpartiri, alioquin non eſt conuerti ad Dominum in toto CORDE, niſi ſciſſo CORDE. Poteſt tamen & aliter hæc

Circũc. tom. 3.

Hier. in Ezech. cap. 44.

Matth. 13. 15.

Bernard. Serm. 2. in Quadrag.

hæc ſciſſio CORDIS intelligi, vt ſi quidem prauum fuerit, ſcindatur ad confeſſionem; ſi durum, ad compaſſionem. Quid ni ſcindatur COR, vt viſceribus effluat pietatis? Quid ni ſcindatur vlcus, vt ſanies effluat? Quo verò cultro? non alio quàm petrino, vt illa olim à Ioſue peracta fuit circumciſio; petra autem erat Chriſtus, ait Paulus. Chriſti ergo circumciſi exemplum, petrinus eſt culter, quo ſuauiſſimè Chriſtianus COR ſuum circumcidit. Quiſquis enim Verbum caro factum cogitauerit octauo die pro peccatoribus circumciſum, & primitias ſanguinis ſui pro ipſis Deo Patri obtuliſſe, non difficulter à CORDE reſcindet omnes noxias voluptates. Pudeat enim Chriſtianum ſub capite circumciſo COR gerere incircumciſum. Cùm autem ferreo cultro Iudæos in circumciſione vſos fuiſſe ſcribat S. Iuſtinus Martyr, etiam hunc nobis ex Chriſti Paſſione contemperauit Cardinalis Vitriacus: Chriſtus, ait, in Cruce poſitus in quinque locis vulneratus fuit, nos autem pro ipſo ſpiritualiter circumcidamur cultello, cuius manubrium ſit de ligno Crucis, ferrum de clauis eius, chalybs de lancea, quâ apertum eſt latus eius; vt omnem peccati ſanguinem ab Anima noſtra abſtrahamus. Pugione enim Crucis debemus ſenſualitatem

Ioſue 5.2. *1.Cor. 10.4.*

Iuſtin. in dial. contra Tryp. *Vitriac. Serm. 3. de Circumciſ.*

omnem tam membrorum, quàm affectionum petulantiam, vt Cyprianus ait, gladio Spiritus reſecari immutabili decreto Deus mandauerit, tota tamen illa perficitur circumciſio, ſi ſolum COR circumcidatur. Vt enim exciſâ Arboris radice, omnes rami facillimè exareſcunt; ita circumciſo CORDE, omnes Animi affectiones, quæ ab eo, ceu rami, pullulant, facilè amputabuntur. Quare videndum eſt, quid ſit CORDIS circumciſio. COR, ait Sanctus Hieronymus, circumcidimus cultello Dei, & aufertur de CORDE noſtro præputium, quando turpes cogitationes nequaquam exeunt de CORDE noſtro, nec de nobis dicitur: Impinguatum eſt COR populi huius, & auribus ſuis grauiter audierunt. Vanæ igitur cogitationes, inutiles ſollicitudines, & quidquid mentem inquinare poteſt, à CORDE abſcindendum eſt. Non admodum diſſimiliter hanc CORDIS circumciſionem Bernardus expoſuit: Quis in vobis eſt, cuius voluntas circa vnum aliquid ſolet obſtinatior inueniri? ſcindat COR ſuum gladio Spiritus, quod eſt verbum Dei: ſcindat illud, & in multas minutias feſtinet diſpartiri, alioquin non eſt conuerti ad Dominum in toto CORDE, niſi ſciſſo CORDE. Poteſt tamen & aliter hæc

Circūc. tom. 3.

Hier. in Ezech. cap. 44.

Matth. 13. 15.

Bernard. Serm. 2. in Quadrag.

hæc ſciſſio CORDIS intelligi, vt ſi quidem prauum fuerit, ſcindatur ad confeſſionem; ſi durum, ad compaſſionem. Quid ni ſcindatur COR, vt viſceribus effluat pietatis? Quid ni ſcindatur vlcus, vt ſanies effluat? Quo verò cultro? non alio quàm petrino, vt illa olim à Ioſue peracta fuit circumciſio; petra autem erat Chriſtus, ait Paulus. Chriſti ergo circumciſi exemplum, petrinus eſt culter, quo ſuauiſſimè Chriſtianus COR ſuum circumcidit. Quiſquis enim Verbum caro factum cogitauerit octauo die pro peccatoribus circumciſum, & primitias ſanguinis ſui pro ipſis Deo Patri obtuliſſe, non difficulter à CORDE reſcindet omnes noxias voluptates. Pudeat enim Chriſtianum ſub capite circumciſo COR gerere incircumciſum. Cùm autem ferreo cultro Iudæos in circumciſione vſos fuiſſe ſcribat S. Iuſtinus Martyr, etiam hunc nobis ex Chriſti Paſſione contemperauit Cardinalis Vitriacus: Chriſtus, ait, in Cruce poſitus in quinque locis vulneratus fuit, nos autem pro ipſo ſpiritualiter circumcidamur cultello, cuius manubrium ſit de ligno Crucis, ferrum de clauis eius, chalybs de lancea, quâ apertum eſt latus eius; vt omnem peccati ſanguinem ab Anima noſtra abſtrahamus. Pugione enim Crucis debemus ſenſualitatem

Ioſue 5.2
1.Cor. 10.4.
Iuſtin. in dial. contra Tryp.
Vitriac. Serm. 3. de Circumciſ.

ſualitatem noſtram transfigere, vt crucifi-
Galat. 5. 24. gamur cum vitiis & concupiſcentiis. Verè namque circumcidimur, cùm omnem à nobis ſuperfluitatem pro virili noſtra reſecamus.

Barrad. tom. 1. lib. 10. cap. 6. CONSIDERA QVARTO, Spiritualis circumciſionis vtilitates, & expende quæſo quid vineæ contingat, ſi non putetur? quid febre laboranti ardentiſſimâ, ſi vena non ſcindatur? quid capillos numquam tondenti? vngues numquam reſecanti? id ſpiritualiter homini illi, qui vitia cupiditateſque minimè reſcindit, reperies euenire. In

1. Mach. 4. 38. atriis templi virgulta nata viderunt priſci illi viri, ſicut in ſaltu, vel in montibus. Eodem pacto in ipſis Corporis noſtri membris, animæque facultatibus ſpinas, vepres, vitiorumque dumeta nata cernes, ſi circumciſionis falce non reſcindantur. Etenim in obſcuras rediguntur ſiluas, & aſpera nemora, in quibus leones, lupi, tygrides, id eſt, varia peccatorum monſtra, odia, periuria, libido, auaritia, ambitio, aliæque huiuſ-

2. Reg. 18. 9. modi feræ paſcuntur. Si capillos Abſalon circumcidiſſet, ex illis quaſi ex fune ſuſpenſus non periiſſet. Capillorum incircumciſio Abſaloni interitum attulit, cogitationum, ac cupiditatum incircumciſio nobis perniciem parit. Lapides niſi reſcindantur, ædi-

ædificijs terrenis non ſunt apti : homines verò niſi ſpiritualiter circumcidantur, ædificijs cæleſtibus non ſunt accommodati. Non reſciſſa, nec dolata ligna, ignis ſunt pabulum : circumciſione ſpiritali minimè circumciſi homines, tartareæ flammæ ſunt eſca, quæ perpetuo editur, numquam abſumitur. Eia igitur, Anima, ſi æternos ignes euadere deſideras, circumciſionem hanc CORDIS non detrectes; quàm amas interiorem CORDIS ſanitatem, tam eius quoque circumciſionem dilige; vis in cæleſtis ædificij lapidibus connumerari, malleum, ſectiones, & tũnſiones ne refugias. Arripe potiùs cultrum, & amputa opprobrium Ægypti : poſtquam enim Hebræi circumciſi eſſent, dixit Dominus ad Ioſue : Hodie abſtuli opprobrium Ægypti à vobis. Quænam hæc Ægyptus? niſi mundus. Quodnam verò opprobrium Ægypti? niſi ea quæ in mundo ſunt, Concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ, quæ non eſt ex patre. Ab his verò circumcidat te verbum Dei, ait Ambroſius, & gladius oris eius; & ſic Ægypti carebis opprobrio.

Ioſue 5. 9.

1. *Ioan.* 2. 16.

Ambr. in Pſ. 118. *Serm.* 5.

LE-

LECTIO XI.

Cordis Contritio.

Embl. 11. Cor *contritum, & humiliatum Deus non deſpicies.* Pſalm. 50. 19.

In partes quàm mille velim cõtundere Cor *hoc,*
Quod fuit Auctori, ſponte rebelle, ſuo.

CONSIDERA PRIMO, Cùm hactenus vagum & fugitiuum à Deo Cor, mundi ac carnis ſemitas ſectatum fuerit, illud ſimul in duriſſimum ſaxum & lapidem abiiſſe, cui meritò improperari poſſet Virgilianum illud:

Virgil. 4. Æneid. *Duris genuit te cautibus horrens*
Caucaſus

Ad omnia enim Dei monita, minas, & ſupplicia, durum Cor obſtinatiſſimè reſiſtit, iiſque non plus permouetur,

Idem 6. Æneid. *Quàm ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes:*

Hoc autem Cor vt Deo ſuo cedat, vt illi offeratur, tandemque vniatur, conteri debet, ac in multas partes comminui? Quomodo verò perficitur iſta duri *Iſaiæ 38. 15.* Cordis contritio, & comminutio? Cùm pœnitens peccator recogitat omnes

Annos



CORDIS CONTRITIO.

COR contritum et humiliatum,
Deus non deſpicies. *Pſal. 50. 19.*

In partes quam mille velim contundere COR *hoc,*
Quod fuit auctori ſponte rebelle ſuo.

11.

Digitized by Google

Annos ſuos in amaritudine Animæ ſuæ, & peccata omnia & ſingula, quæcumque opere, verbo, vel ſolâ CORDIS cogitatione commiſit ita deteſtatur, vt, ſi fieri poſſet, omninò in nihilum ea redacturus eſſet. Mortarium igitur, in quo contundi & cōteri COR debet, eſt conſcientia peccatori; pistillus verò, dolor de peccatis aſſumptus; quatenus illa Deo ſummam iniuriam irrogarunt. Hæc autem minutatim conteri & confringi neceſſe eſt; vt ſatanas ea denuò ſe compacturum deſperet; nam dum in duritie veteri ſunt ſolida, periculum inſtat, ne rurſus coaleſcant: Quod confractum eſt, ait Propheta, nequaquam ſarcietur; quod contritum eſt, nequaquam reſurget. Scindite igitur, ô Peccatores, CORDA veſtra; contritio criminum fiat in tot, ac tam minutas particulas & fragmina, nullum vt ſatanas idoneum repeпriat, vel ad exiguam guttulam noxiæ voluptatis; aut àd exiguam ſcintillulam noxiarum cupiditatum retinendam. Eueniat illi quod Propheta exoptat: Et comminuetur ſicut lagena figuli conteritur contritione perualidâ, & non inuenietur de fragmentis eius teſta, in qua portetur igniculus de incendio; aut hauriatur parum aquæ de foueâ. Nullum igitur peccatum, quantumuis

Fornerus in Pſ. 50.

Ioël. 2. 13.

Iſaiæ 30. 14.

tumuis paruum, prætermittere debemus, ad quod ſe Cordis noſtri contritio, & intimus Animi dolor non extendat.

Considera Secvndò, Quò ſolidior eſt lapis, eò difficilior eſt ad frangendum, adeoque malleo maiore contundi debet. Quò duriora ſunt aromatum grana, eò fortiori piſtillo comminui, & conteri oportet. Cùm verò humanum Cor peccandi conſuetudine inſtar duriſſimi ſaxi, ac rupis cuiuſdam obriguerit, magno procul dubio opus erit piſtillo, vt illud in minutiſſimas partes conteratur. Non ſufficit, inquit Euſebius Emyſſenus, ſummis labijs dicere; Peccaui, parce, remitte. Et Saul dicebat: Peccaui; ſed non obtinuit illam veniam, quam Dauid vnâ pœnitentiæ voce promeruit. Et hoc quare? quia confeſſionem illam nuda magis verba, quàm gemitus exprimebant; quia non compenſabat magnitudinem criminis lenta humiliatio ſupplicantis. Non leui agendum eſt contritione, vt delicta illa redimantur, quibus mors æterna debetur; nec tranſitoriâ opus eſt ſatisfactione, pro malis illis, propter quæ paratus eſt ignis æternus. Si volumus intelligere quàm graues apud ſe faciat Iudex noſter hominum culpas, reſpiciamus ad pœnas. Similiter

Euſebius homil. 7. ad Monach.

liter alij Patres loquuntur. Audi Cyprianum: Quàm magna deliquimus, tam granditer defleamus. Alto vulneri diligens & longa medicina non deſit; pœnitentia crimine minor non ſit. Putáſne tu Dominum citò poſſe placari, quem verbis perfidis abnuiſti? cui patrimonium præponere maluiſti? cuius Templum ſacrilegâ contagione violaſti? Putas facilè miſereri tui, quem tuum non eſſe dixiſti? *Cyprian. Serm. de lapſis.*

Conſonam eidem Ambroſius pœnitendi formam præſcribit: Audiant qui agunt pœnitentiam, quomodo agere debeant, quo ſtudio, quo affectu, quâ mentis intentione, quâ intimorum concuſſione viſcerum, quâ CORDIS conuerſione. Vide, inquit, Domine, quia tribulor, venter meus turbatus eſt à fletu meo, conuerſum eſt COR meum in me. Cognouiſti intentionem Animi, fidem mentis cognoſce, & habitum Corporis. Sederunt, inquit, in terra, tacuerunt ſeniores filiæ Sion, & impoſuerunt terram ſuper caput ſuum, præcinxerunt ſe cilicio virgines Ieruſalem, defecerunt in lacrymis, oculi mei caligauerunt. Sic fleuit & Niniue populus, & denuntiatum excidium ciuitatis euaſit. *Lib. 2. de pœniten. cap. 8.* *Thren. 2. 10.* *Ioan. 3. 5.*

tumuis paruum, prætermittere debemus, ad quod ſe CORDIS noſtri contritio, & intimus Animi dolor non extendat.

CONSIDERA SECVNDÒ, Quò ſolidior eſt lapis, eò difficilior eſt ad frangendum, adeoque malleo maiore contundi debet. Quò duriora ſunt aromatum grana, eò fortiori piſtillo comminui, & conteri oportet. Cùm verò humanum COR peccandi conſuetudine inſtar duriſſimi ſaxi, ac rupis cuiuſdam obriguerit, magno procul dubio opus erit piſtillo, vt illud in minutiſſimas partes conteratur. Non ſufficit, inquit Euſebius Emyſſenus, ſummis labijs dicere; Peccaui, parce, remitte. Et Saul dicebat: Peccaui; ſed non obtinuit illam veniam, quam Dauid vnâ pœnitentiæ voce promeruit. Et hoc quare? quia confeſſionem illam nuda magis verba, quàm gemitus exprimebant; quia non compenſabat magnitudinem criminis lenta humiliatio ſupplicantis. Non leui agendum eſt contritione, vt delicta illa redimantur, quibus mors æterna debetur; nec tranſitoriâ opus eſt ſatisfactione, pro malis illis, propter quæ paratus eſt ignis æternus. Si volumus intelligere quàm graues apud ſe faciat Iudex noſter hominum culpas, reſpiciamus ad pœnas. Similiter

Euſebius homil. 7. ad Monach.

liter alij Patres loquuntur. Audi Cyprianum : Quàm magna deliquimus, tam granditer defleamus. Alto vulneri diligens & longa medicina non deſit; pœnitentia crimine minor non ſit. Putáſne tu Dominum citò poſſe placari, quem verbis perfidis abnuiſti? cui patrimonium præponere maluiſti? cuius Templum ſacrilegâ contagione violaſti? Putas facilè miſereri tui, quem tuum non eſſe dixiſti?

Cyprian. Serm. de lapſis.

Conſonam eidem Ambroſius pœnitendi formam præſcribit : Audiant qui agunt pœnitentiam, quomodo agere debeant, quo ſtudio, quo affectu, quâ mentis intentione, quâ intimorum concuſſione viſcerum, quâ Cordis conuerſione. Vide, inquit, Domine, quia tribulor, venter meus turbatus eſt à fletu meo, conuerſum eſt Cor meum in me. Cognouiſti intentionem Animi, fidem mentis cognoſce, & habitum Corporis. Sederunt, inquit, in terra, tacuerunt ſeniores filiæ Sion, & impoſuerunt terram ſuper caput ſuum, præcinxerunt ſe cilicio virgines Ieruſalem, defecerunt in lacrymis, oculi mei caligauerunt. Sic fleuit & Niniue populus, & denuntiatum excidium ciuitatis euaſit.

Lib. 2. de pœniten. cap. 8.

Thren. 2. 10.

Ioan. 3. 5.

Conſidera Tertio, Tunſionem pectoris, quam pœnitentes ſacræ Scripturæ exemplis inſtructi vſurpant, deſignare hanc Cordis contritionem. Pectus enim tundimus tamquam Cor, peccati ſedem
Matth. diuerberantes: Ex Corde enim exeunt
15. 19. cogitationes malæ. Quare Auguſtinus ob-
Aug. in tritionem Cordis, ait eſſe tunſionem pe-
Pſal. 31. ctoris, eamque frequentari ſolitam ad
enar. 2. verba illa Orationis Dominicæ: Dimitte
Idem lib. nobis debita noſtra, alibi teſtatur. Et San-
50. *hom.* ctus Cyprianus ſcribit, Publicanum pe-
Cypr. in ctus tundendo, peccata ipſa pulſaſſe in-
Orat. tus incluſa. Sanctus Hieronymus tradit,
Dom. Hilarionem pectus pugnis percuſſiſſe,
Hieron. quaſi cogitationes cæde manus poſſet ex-
in vita cludere. Sed paulò fuſiùs Sanctus Au-
S. Hilar. guſtinus piam hanc cæremoniam expli-
Auguſt. cat: Tundere pectus, inquit, eſt arguere
Serm. 8. & caſtigare quod latet in pectore, & cui-
de verbis denti pulſu occultum caſtigare peccatum.
Domini. Publicanus percuſſit pectus ſuum, quòd
Luc. 18. plagis ipſe eſſet dignus ob peccata. Percu-
13. titur etiam pectus, & in eo Cor; vt excitetur quod dormierat; dormit enim in peccati Cor & conſcientia, neque peccatis videt turpitudinem, neque ſuppliciorum æternitatem. Tunſionibus excitatur, vt aperiat oculos, hoſtes quibus circum-

Digitized by Google

circumſeptus eſt cernat, & ſummum periculum toto conatu effugiat. Diſce igitur, cùm pium hunc ritum in Oratione adhibes, toties eidem hoſce affectus, & interiorem contritionis actum adiungere; vt non tam ſimulachrum quoddam contritionis, quàm ipſammet ſubſtantiam & Animam Deo exhibeas.

CONSIDERA QVARTO, Fructum Contritionis CORDIS illum eſſe, quòd COR illud Deo maximè placeat; ſicuti Dauid ait: COR contritum & humiliatum Deus non deſpiciet. Quomodo autem deſpiceret ille, qui ſanat contritos CORDE, & alligat contritiones eorum? Quomodo deſpiceret, qui habitat cum contritó & humili Spiritu, vt viuificet Spiritum humilium, & viuificet COR contritorum? Quomodo deſpiciat, qui non reſpicit niſi ad pauperculum, & contritum Spiritu, & trementem ſermones ſuos? Reſpexit ita contritum COR Petri flentis amarè, immò ipſo ſuo intuitu, & pietatis reſpectu vehementem illum dolorem in eius CORDE excitauit. Reſpexit, contritionem peccatricis Magdalenæ, & ſuperbo Phariſæo oſtendit, dicens: Vides hanc Mulierem? vidéſne lacrymas? vides dolorem? vides amorem, quo COR

Pſ. 50. 19.
Pſ. 146. 3.
Iſaiæ 57. 15.
Idem 66. 2.
Luc. 7. 38.

eius conteritur, & quaſi eliquatur? Reſpexit & Publicanum pectus ſuum tundentem, & dicentem: Deus propitius eſto mihi peccatori. Reſpexit hos, alioſque contritos pœnitentes ille, qui à regalibus ſedibus venit, vt medeatur contritis CORDE, & prædicet captiuis indulgentiam, & clauſis apertionem. Auguſtinus porrò ſcribit etiam impij Regis Achab pœnitentiam Domino placuiſſe: Achab ſacrificium contriti & humiliati CORDIS Deo offerre non diſtulit. Non deſpexit illud Deus, ſed maximè reſpexit, & Heliæ oſtendit, dicens: Nónne vidiſti humiliatum Achab coram me? Quia igitur humiliatus eſt mei causâ, non inducam malum in diebus eius. Exclamat hîc Hieronymus: O felix pœnitentia, quæ ad ſe Dei traxit oculos! quæ furentem ſententiam Dei confeſſo errore mutauit. Vlteriùs verò S. Gregorius hinc colligit, multò gratiorē Deo eſſe contritionem CORDIS in homine prædeſtinato, ſi ei reprobandi Achab non diſplicuerit pœnitentia. Penſandum eſt, ait, quomodo & in electis ſuis mœror amaritudinis placeat, qui amittere timent Dominum, ſi ſic ei placuit & reprobi Achabi pænitentia, qui timebat perdere præſens ſæculum. Aut quomodo ei grata non ſit ſpontanea afflictio

Luc. 18. 13. *Sap.* 18. 13. *Iſa.* 61. 1. *Auguſt. Serm.* 58 *de tempore.* 3. *Reg.* 21. 29. *Hier. in Epitaph. Fabiolæ. Gregor. hom. in Ezech.*

ctio pro culpis, in eis, qui placent; ſi hæc ad tempus placuit, & in eis, qui diſplicebant.

Considera Qvinto, Quemadmodum putrefacta lintea, & nullis vſibus apta, humanâ arte ita conteruntur, vt ipsâ contuſione in candidiſſimam, maximeque perpolitam chartam conuertantur: ita quoque impurum Cor, ad omnia pietatis officia inutile, ad diuinæ gratiæ influxum clauſum (vtpote quæ non intrat in Corde ſubdito peccatis) ſi per pœnitentiam, & Animi dolorem conteratur, prorſus candidum efficietur, adeoque politum, vt in eo ipſe Deus legem ſuam inſcribat. Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, ait Iſaias, quaſi nix dealbabuntur; & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, velut lana alba erunt. Quis igitur hanc virtutem non toto Corde amplectatur, quæ adeò nobis neceſſaria eſt, vt ſine ea ab æternâ ſalute excidamus? Nihil enim coinquinatum intrabit in cæleſtem illam ciuitatem Ieruſalem. Omnia verò inquinamenta Cordis abſtergit & aufert contritio. Niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis, ait ipſa Veritas. O pœnitentia, exclamat Chryſoſtomus, quæ peccatum miſerante Deo remittis, & Paradiſum referas;

Petr. de valderama 1. p. exerc. pro fer. 6 poſt Dom. 2. Quadr.

Sap. 1. 4

Iſaia 1. 18.

Apoc. 21 27.

Luc. 13. 3.

Chryſoſt. Serm. de pœniten.

quæ contritum ſanas hominem, & triſtem exhilaras, vitam de interitu reuocas, ſtatum reſtauras, honorem renouas, fiduciam das, reformas vires, gratiamque abundantiorem refundis. Itaque quàm chara eſt vnicuique CORDIS ſanitas, Animæ ſalus, æterna beatitudo; tam ei diſplicere non debet ſalutaris pœnitentia, & vera CORDIS contritio. Pigeat ſanè peccare, ait B. Pacianus, ſed pænitere non pigeat: pudeat periclitari, ſed non pudeat liberari. Quis naufrago tabulam ne euadat eripiet? quis ſanandis vulneribus inuidebit? Incumbe ergo exercitio Contritionis pœnitens Anima, incumbe CORDIS dolori, incumbe pœnitẽtiæ; vt eius ſalutari medicamento bonæ valetudini reſtituaris.

B. Pacianus Epi. 1 ad Sympronian.



LE-

Digitized by Google



CORDIS HVMILIATIO.

Deprime COR tuum et ſuſtine, *Eccli. 2. 2.*

COR, nimis, heu, ſeſe, gaudens ſublimibus, effert;
Ni ſuper impoſitum, deprimat illud, onus.

12. *Pag. 283.*

LECTIO XII.

Cordis Humiliatio.

Deprime Cor *tuum,& ſuſtine.* Eccli.2.2. Embl. 12.

Cor *nimis,heu! ſeſe,gaudens ſublimibus,effert;*
Ni ſuper impoſitum deprimat illud onus.

Germanæ inter ſe Sorores ſunt, Contritio & Humilitas: ideóque in ſacra Scriptur ſæpè coniunguntur; vt apud Iſaiam: Qui habitat cum contrito & humili Spiritu; vt *Iſaiæ* 57. viuificet Spiritum humilium, & viuificet 15. Cor contritorum. Nec Rex Dauid ſocias has virtutes ab inuicem ſeparauit,ſed maximo vinculo connexas oſtendit, cùm ait: Cor contritum & humiliatum Deus non *Pſal.* 50. deſpicies. Vel enim ad contritionem humi- 19. litas requiritur, vel ſine illa contritio Deo non placet.

Considera ergo Primo, Cor noſtrum naturaliter ſurſum tendere, & exaltationis eſſe auidiſſimum. Cupidi ſiquidem *Bernard.* ſumus,ait Bernardus,aſcenſionis,exaltatio- *Serm.* 3. nem concupiſcimus omnes. Nobiles enim *de aſcenſ.* creaturæ ſumus,& magni cuiuſdam Animi, *Domini.*

ideoque altitudinem naturali appetimus deſiderio. Sed væ nobis, ſi voluerimus eum
Iſa. 14. ſequi, qui ait: Sedebo in monte teſtamen-
13. ti, in lateribus Aquilonis. Heu in lateribus Aquilonis! frigidus eſt mons ille, non te ſequimur. Illud enim, aſcendere, ſuperbire eſt, & COR exaltare, atque eleuare. Sic libro ſecundo Paralipomenon ſcribi-
2. *Paral.* tur de Oziâ cùm roboratus eſſet: Eleua-
26. 16. tum eſt COR eius in interitum ſuum. Et Alexandri Magni, Nabuchodonozoris, & Ptolomæi Philopatris, qui ſuperbiſſimi fuerunt, COR dicitur exaltatum & eleuatum. Aſcendere nobis ſic non expedit, & aſcendendi tamen tenemur concupiſcentiâ. Quis docebit nos aſcenſum ſalubrem?
Epheſ. 4. quis, niſi de quo legimus: Quoniam qui
9. deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit? ab ipſo demonſtranda nobis erat aſcenſionis via, ne ductoris, immò ſeductoris iniqui aut veſtigium, aut conſilium ſequeremur. Chriſtus qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit, immò in hoc ipſo quod deſcenderit, aſcendit. Suo ergo nos exemplo docuit, deſcenſum ſcalam eſſe ad aſcendendum.

CONSIDERA igitur SECVNDO. Quàm meritò diuinus Præceptor noſter dixerit:
Matth. Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis
11. 29. CORDE, & inuenietis requiem Animabus veſtris.

veſtris. Ad quæ verba admirabundus exclamat Auguſtinus: Huccine redacti ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi in te, vt hoc pro magno diſcamus à te, quàm mitis es & humilis CORDE? Itáne magnum eſt eſſe paruum, vt niſi à te, qui tam magnus es fieret, diſci omninò non poſſet? ita planè. Non enim aliter inuenitur requies Animæ, niſi inquieto tumore digeſto, quo magna ſibi erat, quando tibi ſana non erat. Quid ſit autem humilitas CORDIS, exponit Bernardus, geminam diſtinguens humilitatem: alteram cognitionis, alteram affectionis, quæ hîc dicitur CORDIS. Priore, inquit, cognoſcimus, quòd nihil ſimus, & hanc diſcimus à nobis-ipſis, & ab infirmitate propriâ. Poſteriore calcamus gloriam mundi, & hanc ab illo diſcimus, qui exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiens; qui etiam quæſitus in regnum fugit, quæſitus ad tanta probra, & ignominioſum ſupplicium Crucis, ſpontè obtulit ſemetipſum. Priorem autem cognitionis non diſcimus à Chriſto. Non enim quomodo ego vel tu, ait idem, inuenimus nos in veritate dignos dedecore & contemptu, dignos omni extremitate & inferioritate, dignos etiam ſuppliciis, dignos plagis, non inquam, ita & ille: quæ

Auguſt. lib. de ſancta Virgin. cap. 35.

Bernard. Serm. de Aduent.

Phil. 2. 7

Ioan. 6. 15.

ideoque altitudinem naturali appetimus deſiderio. Sed væ nobis, ſi voluerimus eum
Iſa. 14. ſequi, qui ait: Sedebo in monte teſtamen-
13. ti, in lateribus Aquilonis. Heu in lateribus Aquilonis! frigidus eſt mons ille, non te ſequimur. Illud enim, aſcendere, ſuperbire eſt, & COR exaltare, atque eleuare. Sic libro ſecundo Paralipomenon ſcribi-
2. *Paral.* tur de Oziâ cùm roboratus eſſet: Eleua-
26. 16. tum eſt COR eius in interitum ſuum. Et Alexandri Magni, Nabuchodonozoris, & Ptolomæi Philopatris, qui ſuperbiſſimi fuerunt, COR dicitur exaltatum & eleuatum. Aſcendere nobis ſic non expedit, & aſcendendi tamen tenemur concupiſcentiâ. Quis docebit nos aſcenſum ſalubrem?
Epheſ. 4. quis, niſi de quo legimus: Quoniam qui
9. deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit? ab ipſo demonſtranda nobis erat aſcenſionis via, ne ductoris, immò ſeductoris iniqui aut veſtigium, aut conſilium ſequeremur. Chriſtus qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit, immò in hoc ipſo quod deſcenderit, aſcendit. Suo ergo nos exemplo docuit, deſcenſum ſcalam eſſe ad aſcendendum.

CONSIDERA igitur SECVNDO. Quàm meritò diuinus Præceptor noſter dixerit:
Matth. Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis
11. 29. CORDE, & inuenietis requiem Animabus veſtris.

veſtris. Ad quæ verba admirabundus exclamat Auguſtinus: Huccine redacti ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi in te, vt hoc pro magno diſcamus à te, quàm mitis es & humilis CORDE? Itáne magnum eſt eſſe paruum, vt niſi à te, qui tam magnus es fieret, diſci omninò non poſſet? ita planè. Non enim aliter inuenitur requies Animæ, niſi inquieto tumore digeſto, quo magna ſibi erat, quando tibi ſana non erat. Quid ſit autem humilitas CORDIS, exponit Bernardus, geminam diſtinguens humilitatem: alteram cognitionis, alteram affectionis, quæ hîc dicitur CORDIS. Priore, inquit, cognoſcimus, quòd nihil ſimus, & hanc diſcimus à nobisipſis, & ab infirmitate propriâ. Poſteriore calcamus gloriam mundi, & hanc ab illo diſcimus, qui exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiens; qui etiam quæſitus in regnum fugit, quæſitus ad tanta probra, & ignominioſum ſupplicium Crucis, ſpontè obtulit ſemetipſum. Priorem autem cognitionis non diſcimus à Chriſto. Non enim quomodo ego vel tu, ait idem, inuenimus nos in veritate dignos dedecore & contemptu, dignos omni extremitate & inferioritate, dignos etiam ſuppliciis, dignos plagis, non inquam, ita & ille: quæ

Auguſt. lib. de ſancta Virgin. cap. 35.

Bernard. Serm. de Aduent.

Phil. 2. 7
Ioan. 6. 15.

tamen omnia expertus eſt, quia voluit tamquam humilis CORDE. Humilis videlicet illâ humilitate, quam CORDIS ſuaſit affectio, non quam extorſit diſcuſſio veritatis. Tantò autem diligentiùs imitanda eſt hæc CORDIS humilitas, quantò illuſtriori exemplo nobis commendatur: præſertim verò quòd ipſa veritas contemptu & dedecore nos digniſſimos faciat.

CONSIDERA TERTIO, Cùm non vtcumque Chriſtus dixerit, qui humiliatus
Luc. 14. fuerit, exaltabitur; ſed qui ſe humiliat, ex-
11. altabitur: neceſſe eſt, vt ipſe te humilies, COR tuum deprimas, & humiliationem
Bernard. non exhorreſcas. Humiliatio ſiquidem,
Epiſt. 84 Bernardo teſte, via eſt ad humilitatem, ſicut patientia ad pacem, ſicut lectio ad ſcientiam. Onera igitur & pondera humiliationis CORDI ſuperponenda ſunt, vt poſteà ſubleuetur. Eſt enim COR noſtrum palmæ non diſſimile, cuius radix quantò plus opprimitur, tantò altius conſurgit.
Cant. 7. 7. Hinc inter Sponſæ laudes refertur: Statura tua aſſimilata eſt palmæ. Et Dauid ait:
Pſal. 91. Iuſtus vt palma florebit. Licet enim iuſtus
13. hîc conteratur & humilietur; copioſiores tamen, vel propter hoc ipſum fructus proferet. Terram igitur, vnde ſumpti ſumus, conſideremus, & velut pondus graue

CORDI

CORDI noſtro imponamus ; ne vanè ſeſe eleuet. Peccata noſtra, quæ ſicut onus graue grauata ſunt ſuper nos, ad COR reuocemus; vt eius elationem comprimant. Sicut apis, inquit Ambroſius, cùm aëris motus ſuſpectos habet, lapillis ſæpè ſublatis, per inania ſe librat nubilia, ne leue alarum remigium præcipitent flabra ventorum : ſic ſi quis à vanæ gloriæ vento ſibi timet, ne eius impulſu in tranſuerſum rapiatur ; ſuarum culparum & imperfectionum conſideratione aſſumptâ, mentis ſuæ cogitationes libret, vt quantum vana laus attollere potuit, tantum alia deprimat. Sanctus verò Chryſoſtomus ait:Si vel vnius diei peccata in memoriam reuoces, faciet illa recordatio, vt facilè criſtas demittas. Qui cymbam contis per fluuium ducunt, currunt per eam à prora ad puppim deorſum, vt aſcendat ſurſum ; reuertuntur, vt vltrò progrediantur: ſic ſi aſcendere voluerimus ſurſum, deſcendamus deorſum per CORDIS ſubmiſſionem, & humilem ſui exiſtimationem. Regrediamur retrò per noſtræ fragilitatis conſiderationem, vt in ſublime progrediamur. Humiliemur ergo ſub potenti manu Dei, vt nos exaltet in tempore viſitationis. Quemadmodum enim in aqua fit vt tantò altius aſcendat, quantò

Pſ.37.5.

Ambr.li. 2.de Virgin.

Chryſoſt. hom.20. in Matt.

Beyerlinck in feriâ 2. Paſchæ.

1.Pet.5. 6.

tamen omnia expertus eſt, quia voluit tamquam humilis CORDE. Humilis videlicet illâ humilitate, quam CORDIS ſuaſit affectio, non quam extorſit diſcuſſio veritatis. Tantò autem diligentiùs imitanda eſt hæc CORDIS humilitas, quantò illuſtriori exemplo nobis commendatur: præſertim verò quòd ipſa veritas contemptu & dedecore nos digniſſimos faciat.

CONSIDERA TERTIO, Cùm non vtcumque Chriſtus dixerit, qui humiliatus fuerit, exaltabitur; ſed qui ſe humiliat, exaltabitur: neceſſe eſt, vt ipſe te humilies, COR tuum deprimas, & humiliationem non exhorreſcas. Humiliatio ſiquidem, Bernardo teſte, via eſt ad humilitatem, ſicut patientia ad pacem, ſicut lectio ad ſcientiam. Onera igitur & pondera humiliationis CORDI ſuperponenda ſunt, vt poſteà ſubleuetur. Eſt enim COR noſtrum palmæ non diſſimile, cuius radix quantò plus opprimitur, tantò altius conſurgit. Hinc inter Sponſæ laudes refertur: Statura tua aſſimilata eſt palmæ. Et Dauid ait: Iuſtus vt palma florebit. Licet enim iuſtus hîc conteratur & humilietur; copioſiores tamen, vel propter hoc ipſum fructus proferet. Terram igitur, vnde ſumpti ſumus, conſideremus, & velut pondus graue

Luc. 14. 11. *Bernard. Epiſt. 84* *Cant. 7. 7.* *Pſal. 91. 13.*

CORDI

CORDI noſtro imponamus; ne vanè ſeſe eleuet. Peccata noſtra, quæ ſicut onus graue grauata ſunt ſuper nos, ad COR reuocemus; vt eius elationem comprimant. Sicut apis, inquit Ambroſius, cùm aëris motus ſuſpectos habet, lapillis ſæpè ſublatis, per inania ſe librat nubilia, ne leue alarum remigium præcipitent flabra ventorum: ſic ſi quis à vanæ gloriæ vento ſibi timet, ne eius impulſu in tranſuerſum rapiatur; ſuarum culparum & imperfectionum conſideratione aſſumptâ, mentis ſuæ cogitationes libret, vt quantum vana laus attollere potuit, tantum alia deprimat. Sanctus verò Chryſoſtomus ait: Si vel vnius diei peccata in memoriam reuoces, faciet illa recordatio, vt facilè criſtas demittas. Qui cymbam contis per fluuium ducunt, currunt per eam à prora ad puppim deorſum, vt aſcendat ſurſum; reuertuntur, vt vltrò progrediantur: ſic ſi aſcendere voluerimus ſurſum, deſcendamus deorſum per CORDIS ſubmiſſionem, & humilem ſui exiſtimationem. Regrediamur retrò per noſtræ fragilitatis conſiderationem, vt in ſublime progrediamur. Humiliemur ergo ſub potenti manu Dei, vt nos exaltet in tempore viſitationis. Quemadmodum enim in aqua fit vt tantò altius aſcendat, quantò

Pſ. 37. 5.

Ambr. li. 2. de Virgin.

Chryſoſt. hom. 20. in Matt.

Beyerlinck in feriâ 2. Paſchæ.

1. Pet. 5. 6.

quantò illam quiſquam ad ima deduxerit: ſic quò Animus humilior, eò altiùs atque ſublimiùs eleuabitur.

CONSIDERA QVARTO, Hanc CORDIS humiliationem ac depreſſionem tantam eſſe debere, vt illius etiam ſigna in exteriori conuerſatione appareant. Vnde Sanctus Pater noſter Benedictus, erigens Religioſis Diſcipulis ſuis cæleſtem quamdam ſcalam ad cœlum, duodecim humilitatis gradibus diſtinctam; vltimo loco hunc gradum poſuit: Si non ſolùm CORDE Monachus, ſed etiam Corpore humilitatem videntibus ſe ſemper indicet, id eſt, in opere, in Oratorio, in Monaſterio, in horto, in via, in agro, vel vbicumque ſedens, ambulans, vel ſtans, inclinato ſit ſemper capite, defixis in terram aſpectibus, reum ſe omni horâ de peccatis ſuis exiſtimans, iam ſe tremendo Iudicio Dei præſentari exiſtimet: dicens ſibi in CORDE ſemper illud, quod Publicanus ille Euangelicus, fixis in terram oculis dixit: Domine, non ſum dignus, ego peccator, leuare oculos meos ad cælum. Et iterùm cum Propheta: Incuruatus & humiliatus ſum vſquequaque. Ita enim coniungenda eſt humilitati CORDIS humilitas Corporis, quæ externo illo ritu deſignatur. Sic Achab humiliatus ambulauit

S. Benedict. cap. 7. Reg.

Luc. 18. 13.

3. Reg. 21. 27.

bulauit demiſſo capite. Sic Eſdras pro populo orans, dicebat: Deus meus confundor, & erubeſco leuare faciem meam ad te; quoniam iniquitates noſtræ multiplicatæ ſunt ſuper caput noſtrum. Et Manaſſes Rex: Non ſum dignus intueri, & aſpicere altitudinem cæli præ multitudine iniquitatum mearum. Iunge igitur, ô Anima, vtramque hanc humilitatem; vt humilitatis Magiſtro non diſpliceas. Formam tibi in hoc præbuit Hebręus Rex, qui Deo ſupplicans, dicebat: Domine, non eſt exaltatum COR meum, neque elati ſunt oculi mei. Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus ſuper me. Sed quid? ſi non humiliter ſentiebam, ſed exaltaui Animam meam: ſicut ablactatus eſt ſuper matre ſua: ita retributio in Anima mea. Id eſt, ſicut Infans recens ablactatus manet in ſinu, vel ſuper genua matris ſuæ, mœſtus & plorans, quia priuatus eſt dulcedine lactis, quæ pro illo tẽpore ſummæ delitiæ ipſius erant; ſic Anima mea priuetur dulcedine conſolationis diuinæ, quæ meæ potiſſimæ ac penè ſolæ delitiæ ſunt.

1. Eſdræ 6.6. *Orat. Manaſſ.* *Pſ. 130. 1.* *Bellarm. in illum Pſal.*

CONSIDERA QVINTO, Potiſſimos humilitatis fructus eſſe, primò, quòd Deus humilium preces exaudiat: Reſpexit, inquit Dauid, in Orationem humilium, &

Pſ. 101. 18.

& non ſpreuit precem eorum. Et Eccleſia-
Eccli.35. 21. ſticus: Oratio humiliantis ſe penetrabit nubes. Secundò, humilibus Deus in hac vita gratiam, in altera gloriam confert. Vnde
Luc.4.7. S. Iacobus ait: Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. De gloriâ ve-
Pſal.17. 28. rò Pſalmographus canit: Tu populum humilem ſaluum facies, & oculos ſuperbo-
Iob 22. 29. rum humiliabis. Et Sanctus Iob: Qui humiliatus fuerit, erit in gloriâ; & qui inclinauerit oculos, ipſe ſaluabitur. Tertiò, præcipuus, & qui ex prioribus conſurgit fructus eſt; quòd per CORDIS humilitatem homo Deo appropinquet, & ipſe Deus propior ei fiat. Quod pulchrè de-
Auguſt. hom.50. inter Quinquag. clarat Auguſtinus: Quiſquis itaque pœnitentiæ recuſat humilitatem, Deó propinquare non cogitat. Aliud eſt enim leuare ſe ad Deum: aliud eſt leuare ſe contra Deum. Qui ante illum ſe proiicit, ab illo
Idem in Pſal.74. erigitur. Qui aduerſus illum ſe erigit, ab illo proiicitur. Certè altus eſt Deus, non eum attingit elatus. Omnia ſublimia vt contingamus, attollimus nos: & ſi attingere non poſſumus, machinamenta aliqua, vel ſcalas quærimus; vt ſublimitati ſublimia contingamus. Contrà, Deus & altus eſt, & ab humilibus contingitur. Scriptum enim eſt: Propè eſt Dominus

his

his qui obtriuerunt COR. Tritura CORDIS, pietas, humilitas. Qui ſe conterit, iraſcitur ſibi: ſe habeat iratum, vt illum habeat propitium: ſe habeat Iudicem, vt illum habeat defenſorem. Humilia ergo *Eccli. 7.*
valdè Spiritum tuum. Deprime COR tuum, 19.
& ſuſtine; vt Deo coniungaris, & creſcat *Ibid. 2. 2*
in nouiſſimo vita tua.

LE-

Digitized by Google

Embl. 13.

LECTIO XIII.

Cordis Emollitio.

Deus molliuit Cor *meum.*
Iob. 23. 16.

Cor, *marmor glaciale, Deus, ceu cera liqueſcet,*
Vrere cùm tuus, hoc, cœperit ignis-amor.

Onsidera primo, Eam eſſe diuinæ bonitatis clementiam, vt etiam obſtinatiſſima Corda nitatur emol-
Iob 23. lire. Hinc Sanctus Iob dice-
16. bat: Deus molliuit Cor meum. Et Nahum
Nahum Propheta: Dominus patiens & magnus
1.6. fortitudine: indignatio eius effuſa eſt vt ignis, & petræ diſſolutæ ſunt ab eo. Quod Hieronymus interpretatur: Indignatio Dei, quæ diu ſuſtentat peccantes, aliquando non tota quidem prorumpit in pœnam; ſed ſtillat in modum ignis, ad diſſoluendam duritiam Cordium, quæ per petram ſignatur. Quis verò explicet quot modis diuina illa bonitas Cordis noſtri duritiam edomare, & expugna-



CORDIS EMOLLITIO.

Deus molliuit COR meum. *Iob.23.16.*

COR, marmor, glaciale, Deus, ceu cera, liqueſcet,
Vrere cum tuus hoc cœperit ignis amor.

13. *Pag. 192.*

re ſtudeat? Quemadmodum namque qui aliquid molle facere vult, priùs impreſſum manibus huc illuc verſat; ſi adhuc reſiſtit, adhibet vnctionem, poſt vnctionem verò in aquam conijcit, poſteà in ignem, deinde ad incudem ducit; quòd ſi nec hoc modo mollire poteſt, tamquam omninò inutile abjicit. Sic Deus erga humana ſe gerit CORDA. Primò enim illa quaſi manibus ſuis contrectans, benignâ Paſſionis ſuæ, grādiumque beneficiorum memoriâ mulcet. Gratulatur ſibi de hoc Auguſtinus, cùm Deo ita loquitur: Deinde paulatim, tu Domine, manu mitiſſimâ & miſericordiſſimâ pertractans compoſuiſti COR meum. Secundò, illa inungit diuinis auxiliis, & inſpirationibus; quibus faciliùs peccati rigorem deponat. Tertiò, bonorum temporalium aquis inundat, vt gratias Auctori agendo, in memoriam veniant delicti ſui. Quartò, ignibus tribulationum, & infirmitatum vexat. Denique ictibus mortis temporalis committit, vt vel ſaltem tunc reſipiſcant, & conuertantur. At verò ſi nihil iſtorum poteſt deperditam reuocare voluntatem, nulla mora eſt, quin hujuſmodi miſerrimi peccatores, quorum CORDA marmorea vllis non potuerunt molleſcere viribus, in infernum

Didac. Stella in cap. 8. Luc.

Auguſt. lib. 6. Confeſſ. cap. 5.

 conijcian-

coniiciantur. Ne verò hoc tibi contingat, Dominum ora vt emolliat COR tuum; & magno clamore, magni Præſulis hanc vocem vſurpa: Rogo te Domine, per omnes miſerationes tuas, quibus de morte æterna liberati ſumus, mollifica COR meum durum & lapideum, ſaxeum & ferreum, tuâ ſacratiſſimâ & potenti vnctione, & fac me per ignem compunctionis, coram te, omni horâ hoſtiam viuam fieri.

Aug. in Meditat. cap. 35.

CONSIDERA SECVNDO, Maximam efficaciam habere verbum Dei, ad humani CORDIS duritiam emolliendam. De eo ſiquidem ſcriptum eſt: Numquid non verba mea ſunt quaſi ignis, dicit Dominus, & quaſi malleus conterens petram? Ignis hic ænea hominum CORDA liqueſcere facit: Malleus verò, ſaxea & lapidea CORDA contundit, comminuit, & conterit. Nouerat huius ignis virtutem regius Vates, cùm diceret: Ignitum eloquium tuum vehementer, & ſeruus tuus dilexit illud. Nouerant & Diſcipuli illi Emmauntem petentes, qui cùm frigidi priùs eſſent, & Reſurrectionem Domini penè deſperarent, ab ignoto, & ignito eius eloquio adeò accenſi ſunt, vt dicerent: Nònne COR noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas?

Ierem. 23. 29.

Pſ. 118. 48.

Luc. 24. 32.

pturas? Et Sponſa nónne diſcertè proteſtatur, ad vocem Sponſi COR penitus liquefactum fuiſſe? Anima mea, inquit, liquefacta eſt, vt Dilectus locutus eſt. Iam verò quàm efficaciter malleus verbi Dei conterat petras duriſſimorum CORDIVM, vel inde colligere licet, quòd ad ſolam eius auditionem, vel lectionem, multi ſubitò ad Chriſtum conuerſi ſint. Audito hoc verbo Euangelico in Eccleſia: Vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni ſequere me? Antonius fit Eremita. Audito illo verbo: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, &c. Apronianus primùm in Chriſtum credit, baptizatur, fit martyr. Auditâ illâ voce: Tolle, lege; tolle, lege; moxque lectis illis verbis Apoſtoli: Non in comeſſationibus, & ebrietatibus, non in contentione, & æmulatione, non in cubilibus, & impudicitiis, ſed induimini Ieſum Chriſtum; Auguſtinus plenè ad Chriſtum conuertitur. Nicolaus Tolentinas audiens pro Concione explicari illam Ioannis ſententiam: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt, tranſit enim mundus, & concupiſcentia eius; ſubitò in alium virum mutatus, Ordinem fratrum Auguſtinianorum ingreſſus eſt. Quid verò contigit Moneto illi,

Cant. 5. 6.

In vita per S. Athan.

In geſtis S. Marcelli Papæ.

Rom. 13. 13.

Confeſſ. l. 8. c. 12.

1. Ioan. 2. 15.

Surius 10 Sept. ex Antonio Senen. in Chron.

illi, qui de induſtria Reginaldi Ordinis Prædicatorum celeberrimi Eccleſiaſtis Conciones declinabat, ne vel inuitus ad illum Ordinem raperetur? Hic in Sancti Stephani Martyris Natali comitum importunitate tractus, primis ſtatim verbis captus eſt, cùm illam vocem exponeret: Ecce video cælos apertos. Ita enim diſſerebat, nunc quidem cæli portas ad beatitudinem patere, ita vt quiuis ingredi poſſit; qui autem negligentes eſſent, & qui Deo Cor ſuum clauderent, iis viciſſim cælos claudi, vt deinde intrare non poſſint. Nec pluribus opus fuit; ſtatim enim CORDE immutato, qui ad eam horam tam alienus fuerat à Religione, Religionis voluntatem concepit. Finitâ Concione, Reginaldum adiit, Animum ſuum expoſuit, eumque voti etiam vinculo adiuncto confirmauit. Inclina & tu aurem CORDIS tui, ô Anima fidelis, & excipe dulciſſima Sponſi eloquia in ſacræ Scripturæ paginis, & piorum librorum lectione reſonantia: hæc enim duritiem CORDIS tui efficaciâ ſuâ facilè emollient. Auſculta (ait Gilbertus Abbas) & recôle, quid locutus Mariæ Magdalenæ, quid mulieri in adulterio deprehenſæ, quid Samaritanæ, Chananææ, Zac-

Act. 7. 55.

Gilbert. Abbas, Serm. 44 in Cant.

Zacchæo, Petro, Centurioni? Ad tot pietatis ſermones & clementiæ, cuius non molleſcat affectus, viſcera liqueſcant! Ad tam vehementes flatus Auſtrinos, etiam de duriſſimo pectore, quantumlibet annoſa poterat glacies diſſolui.

CONSIDERA TERTIO, Benigno Chriſti Domini intuitu, quem eiuſdem amor vel ſubſequi, vel comitari ſolet, maximè CORDA emolliri. Vide Sanctum Petrum frigidum ad prunas ſe calefacientem, Dominum negantem, & inſtar ſolidiſſimæ petræ obrigeſcentem: mox verò cùm idem benigniſſimus Dominus reſpexit Petrum, lapis ſolutus eſt, & profluxerunt aquæ, & Petrus fleuit amarè. Et vnde, quæſo, Magdalena in lacrymas tam copioſas reſoluta, & eliquata eſt, vt iis Domini pedes rigaret, niſi ab aſpectu clementiſſimi Ieſu? id enim in Hymno aſſeuerat Eccleſia: *Marc. 14. 64.* *Luc. 22. 63.* *Luc. 7. 44.*

> *Pater ſuperni luminis,*
> *Cùm Magdalenam reſpicis,*
> *Flammas amoris excitas,*
> *Geluq; ſoluis pectoris.*

Breuiar. Rom.

Neque hoc mirum, aut à ratione alienum videri debet: Chriſtus enim, cùm Sol Iuſtitiæ ſit, hoc ſibi proprium habet, vt radiorum ſuorum calore, frigore conſtricta

CORDA, fluidæ inſtar aquæ reſoluat. Vnde quidam lacrymantem Magdalenam ſic loquentem inducit:

Nix ego, Sol Chriſtus; radiorum ardore liqueſco.
Nil mirum ex oculis, ſi fluat vnda, meis.

Paſchaſ. Ratbertus lib. 2. in lam. Ierem. COR enim liquefactum (vt ait Paſchaſius) præ amore Dei, quaſi glacies ex calore reſoluitur, & ſicut aqua effunditur. Agnouit diuini huius Solis miram efficaciam Iſaias Vates, qui, quaſi in Hyeme conſtitutus, Solis huius ortum ardentibus hiſce votis implorabat: *Iſaia 61.1.* Vtinam diſrumperes cælos, & deſcenderes: à facie tua montes defluerent? id eſt, ſuperba mortalium CORDA vi gratiæ tuæ ad humilitatem, patientiam, omnemque virtutem liquarentur. Sicut exuſtio ignis tabeſcerent, aquæ arderent igni, id eſt, mollia & concupiſcentiis humecta, ac viſcoſa hominum CORDA, igne charitatis exſiccata, inflammarentur. Quis non admiretur adeò feruentes Solis huius radios, à quibus etiam ſaxa, & lapides diſſoluantur, & liqueſcant! In hunc enim ſenſum Sanctus Gregorius *Iob 28.2* interpretatur illud Iob: Lapis ſolutus calore, in æs vertitur. *Gregor. lib. 18. Moral. cap. 17.* Tunc, ait, lapis ſolutus calore, in æs vertitur, cùm COR durum, & diuini amoris igne frigidum, eodem igne tangitur & liquatur; vt deſideriorum æſtu

æſtu ardeat, qui priùs inſenſibilis manebat. Ex quo ardore emollitur ad amorem, & roboratur ad operationem; vt ſicut priùs durus fuerat in amore ſæculi, ita ſe poſtmodum fortem exerat in amore Dei. Quid verò congruentius eſt, quàm amori tribuere hanc liquefactionem, quâ id, quod alioquin durum eſt, redditur fluens? cùm exploratum ſit eos eſſe præcipuos amoris effectus, vt amantem impellat ad amatum, eumdemque cum illo vniat; quæ certè vnio tunc fit pulchriùs, cùm amor ipſe fit mutuus, atque adeò ambos amantes ad alterutrum fluidos faciat. Nec ignoramus, dilectum piarum Animarum Ieſum Chriſtum dixiſſe: Factum eſt Cor meum tamquam cera liqueſcens. Vnde ſi liquefacta Anima fluat ad Ieſum, & Ieſus liquefactus vt cera, fluat ad ipſam Animam; quid exinde conſequitur, niſi perfecta vnio? Res Corporeæ cùm per calorem extrinſecùs liquefiunt, in ſemetipſas reſoluuntur: Animæ verò cùm per calorem intimum liquefiunt, non in ſemetipſas reſoluuntur, ſed in reſoluentem. Reſoluuntur à ſemetipſis, ſed non in ſemetipſas; reſoluuntur igne Dei, ab amore ſui, in amorem Sponſi cæleſtis. Hoc Paulus inſinuans, qui adhæret, inquit, Domino,

Giſlerius cap. 5. Cant. Expoſ.

Pſal. 21. 15.

Guilliel. Abb. apud Delrio cap. 5. Cant.

1.Cor. vnus Spiritus eſt. Et ſuam Animam hoc
6.17. modò liquefactam indicans: Viuo, inquit,
ego, non iam ego, viuit autem in me
Gilbert. Chriſtus. O quàm dulcis hora, quandò
Abbas, Anima, huic igneo torrenti, liquefacta
Serm.44 miſcetur! quàm ſubtilis eſt in illo mo-
in Cant. mento, quàm extenuata, quàm mobilis?
Nihil tunc torporis habet, nihil duritiæ
reliquum, nihil rigoris, tantummodò calens
& liquens.

LE-



CORDIS MVNDATIO

Laua a malitiâ COR tuum. *Ierem. 4. 14.*

Fons ſcaturit lateris transfixi, e vulnere, ſponſi.

Hoc CORDIS *maculas ablue ſponsa, tui.*

14. *Pag. 201.*

Digitized by Google

LECTIO XIV.

EMBL. 14.

CORDIS Mundatio.

Laua à malitia COR *tuum.*
Ierem. 4. 14.

Fons ſcaturit lateris transfixi è vulnere Sponſi,
Hoc CORDIS *maculas ablue, Sponſa, tui.*

CONSIDERA PRIMO, In ſupernam illam ciuitatem Ieruſalem, quæ tota (vt ſcribit Diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus) eſt *Apoc. 21. 18.*
aurum mũdum ſimile vitro mundo, ornata omni lapide pretioſo, illuminata claritate Dei, non intrabit aliquid coinquinatum, aut abominationem faciens; ſed omnes illius patriæ ciues (ad ſimilitudinem ipſius ciuitatis) mundi, puri, & immaculati erunt. Propheta quoque ille, cui incerta & occulta ſapientiæ ſuæ manifeſtauit Deus, poſitâ interrogatione: Quis aſcendet in montem Domini? aut quis ſtabit in loco ſancto eius? reſpondet; Innocens manibus, & mundo CORDE. His autem duabus partibus, ait Nyſſenus, omnem Iuſtitiam com- *Pſ. 50. 8* *Pſ. 23. 4* *Nyſſen. Orat. de Aſcenſ.*

poris. Araneæ hæc eſſe induſtria ſcribitur. *Fornerus*
vt ruptam à muſcis telam, reficere vo- *Conc.90*
lens, à medio incipiat, eamque ante So- *in Pſ.50*
lis occaſum perficiat. Nos iam inde à ſuſcepto Baptiſmo, in CORDIBVS noſtris, velut à centro telam æternæ ſalutis ordimur; quàm ſæpè autem eam infernales muſcæ ruperunt? quàm impetuosè perfregerunt? Si porrò eam reficere velimus, à centro, à CORDE eam incipere neceſſe eſt, & extrema huic operi manus imponenda, antequam Sol gratiæ, & miſericordiæ Dei nobis occumbat.
Clama igitur cum Propheta: COR mun- *Pſal.* 50.
dum crea in me Deus, & Spiritum 12.
rectum innoua in viſceribus meis. Iterumque: Fiat COR meum immacula- *Pſ.*118.
tum in iuſtificationibus tuis, vt non con- 80.
fundar.

CONSIDERA SECVNDO, Si, vt Sanctus *Iob* 25.
Iob dixit, nemo mundus à ſorde; & Sa- *iuxta* 70
piens: Quis poteſt dicere, mundum eſt *Prouerb.*
COR meum, purus ſum à peccato! 20.9.
quàm fœda, deformis, & ſqualida ſis, ô Anima, quæ hactenus in viam CORDIS tui vaga abiiſti poſt greges ſodalium *Cãt.*1.6.
tuorum? Ambulaſti enim in tenebris & *Iſaia*
lubrico, & inquinaſti veſtimenta tua; 63.3.
quin immò velut ſus volutata es in volutabro

2.Pet.2. lutabro luti, & maculata es in iniquita-
22. te tuâ. Quàm meritò igitur de mundan-
Ier.2.22 da fœditate tuâ cogitare debes; audi Dominum per Prophetam monentem: Laua
Idem 4. à malitia COR tuum Ieruſalem, vt ſalua
14. fias: vſquequò morabuntur in te cogitationes noxiæ? Quamobrem verò CORDIS immundi ablutionem omnipotens Deus requirit: nimirùm cùm illud ſibi ſacrificium offerri velit, planè mundum
Leuit.1. eſſe oportet. Ita enim olim præcepit, vt
13. inteſtina & pedes hoſtiæ lauarentur aquâ. Quid enim hoc deſignat, niſi quòd affectus CORDIS noſtri (per pedes deſignati) & ipſius CORDIS interiores cogitationes (quas inteſtina denotant) ablui & purgari debeant, antequam ipſum COR offeratur
Aquaui- in ſacrificium acceptabile? Sed & templum
ua in Pſ. Dei viui eſt COR noſtrum, vt proinde
118. etiam hoc nomine magnâ puritate nitere
Exod. debeat. Si enim ſcriptum eſt, vel pedem
30.19. eſſe cuſtodiendum, quo in materiale templum Dei ingredimur, ne quid contaminatum, aut immundum in illud in-
Exod.3. grediatur, & ſi Moyſes calceamenta depo-
5. nere iubetur, id eſt, inuolucra carnalium cogitationum: quantâ tandem puritate debet eſſe conſpicuum COR noſtrum ſpirituale templum Dei, de quo Apoſtolus

ait:

Digitized by Google

ait: Vos enim eſtis templum Dei viui, ſi- 2.*Cor.*
cut dicit Deus: quoniam inhabitabo in il- 6.16.
lis,& inambulabo inter eos, & ero illorum
Deus,& ipſi erunt mihi populi?

CONSIDERA TERTIO, Ad ablutionem CORDIS aquam cum primis eſſe neceſſariam; ne verò hanc per varia loca anxiè nimis quæras, demonſtrat tibi Zacharias fontem copioſiſſimum: In die illa, *Zachar.* ait, erit fons patens domui Dauid, & ha- 13.1. bitantibus Ieruſalem,in ablutionem peccatoris, & menſtruatæ. Quis verò hic fons, niſi Chriſtus Dominus; fons & ſcaturigo gratiæ, iuſtitiæ, & ſalutis? Sic enim hunc locum interpretatur Sanctus Gregorius: Fons quippe occultus eſt Vnigenitus Pa- *Gregor.* tris, inuiſibilis Deus. Fons verò patens, *hom.* 29. eſt idem Deus Incarnatus: qui fons patens *in Eze-* rectè domus Dauid dicitur, quia ex Da- *chiel.* uidis genere noſter ad nos Redemptor proceſſit. Hi autem Ieruſalem habitant, qui in viſione pacis intimæ mentem figunt. Peccator verò,& Menſtruata eſt, vel is qui delinquit in opere, vel mens quæ labitur in praua cogitatione. An non fons patens eſt Chriſtus crucifixus, è quo quinque illi torrentes ſanguinis profluxerunt? In terreſtri Paradiſo fons erat, qui in *Geneſ.* 2. quatuor capita diuidebatur, vt ita totam 10.

terram

Digitized by Google

terram irrigaret. In Paradiſo Eccleſiæ Ieſus crucifixus fons eſt, è cuius ſacris vulneribus quinque flumina ſcaturiunt, qui-
Ioannis 5.2. bus abluuntur peccata totius mundi. Chriſtus eſt probatica illa piſcina, quinque vulnerum porticus habens, in quam qui deſcenderit poſt motionem aquæ, ſanus
Ioã.5.4. fit à quacumque detinetur iniquitate. Sanguis enim Ieſu Chriſti emundat con-
Hebr.9. 14. ſcientias noſtras ab operibus mortuis peccatorum. Hic Sanguis, ait Chryſoſto-
Chryſoſt. hom.45. in Ioan. mus, effuſus, vniuerſum abluit orbem terrarum; hic Sanguis Sancta Sanctorum purgat. Quòd ſi eius figura tantam habuit vim, in Templo Hebræorum, in
Exod.12 22. medio Ægypti, liminibus aſperſus, dum ab Angelo percutiente ſeruauit, dum po-
Leuit.8. 11. pulum emundauit: dum omnia ſanctificauit; quantò magis, veritas ipſa Sanguinis huius? Hic Sanguis aureum Altare ſanctificauit; ſine hoc Princeps Sacerdotum in penetralia ingredi non audebat. Sanguis Sacerdotes faciebat, hic Sanguis in figura peccata purgabat, hic Sanguis noſtrarum Animarum ſalus eſt. Hoc lauatur, hoc ornatur Anima, hoc incenditur; hic, igne clariorem reddit mentem noſtram, & auro ſplendidiorem; huius Sanguinis effuſio cælum peruium fecit.

Accipe

Accipe igitur ſitulam memoriæ, & in eâ hauri cum gaudio de fontibus his Saluatoris efficaciſſimam aquam, quâ pollutum Cor tuum abluas. Adhibe, inquam, velut manus, intellectus conſiderationes, & affectuum excitationes, iiſque Cor tuum perfrica, ablue, & emunda: immò verò totum Cor in hoc Sanguineum lauacrum immerge; & ſine dubio aſcendet inde dealbatum. Beati, qui lauant ſtolas ſuas in Sanguine Agni! Nihil enim tam efficax, ait Bernardus, ad curanda conſcientiæ vulnera, nec non ad purgandam mentis aciem, quàm Chriſti vulnerum ſedula meditatio. Recurre ergo ad lauacrum hoc, & dic cum Eccleſia: Dealba me Domine, & munda Cor meum; vt in Sanguine Agni dealbatus, gaudiis perfruar ſempiternis.

Iſ. 12. 3. *Apoc. 22. 14.* *Bernard. Serm. 62 in Cant.* *Miſſal. Rom.*

Considera Qvarto, Quò pertinaciùs maculæ veſtibus inhærent, eò accuratiùs ac ſæpiùs ablui debent:

(*Quo ſemel eſt imbuta recens, ſeruabit odorem, Teſta diu*

inquiebat ille) frequentiori indiget emundatione vas fœdo liquore repletum: atque hinc leproſus mundandus ſepties aſpergi ſanguine paſſeris immolati præcipitur,

Horat. lib. 1. Epiſt. *Leuit. 14. 5.*

cipitur, vt iure purgetur, ac deinde to-
4. *Reg.* 5.14. tum Corpus ablui. Naamanem Princi-
pem leprâ infectum ſepties lauari in Ior-
dane oportuit, vt curaretur. Dauid Rex
non ignorans nullam eſſe lepram peccato
fœdiorem, eamque adeò tenaciter COR-
DI adhærere, vt vnâ vice ablui non poſ-
ſet, identidem ſe lauari ſupplici voce ob-
Pſal. 50. 3. ſecrat: Ampliùs, inquit, laua me ab ini-
quitate mea, & à peccato meo munda
me. Age igitur Anima, vis alterum la-
uacrum CORDI tuo expurgando præpa-
rare? admiſce ſanguineis Saluatoris fon-
tibus aquam pluuiam, & largiſſimos im-
bres calidarum lacrymarum, ex peccati
conſideratione diſtillantium; iiſque COR
tuum ablue. Vt enim pluuia ex denſâ nu-
be Soli oppoſitâ, eiuſque calore reſolutâ, è
mediâ aëris regione decidit: ita prorſus
cùm in nubem peccatorum noſtrorum
(quæ Solis Iuſtitiæ radios nobis occultat)
diuini amoris flamma inciderit, facilè nu-
bem diſſoluit, & abundantiſſimam lacry-
marum pluuiam progignit. Lubétne etiam
hiſce aquis acre lixiuium adiungere, ad
abluendas etiam inueteratiſſimas maculas
veſtis nuptialis, quam in Baptiſmo indui-
ſti? Cola lacrymas tuas in vaſe CORDIS,
per cineres Mortis, Iudicij, & Inferni; &
aſſiduâ

aſſiduâ horum meditatione facilè priſtinum Animæ ſplendorem recuperabis. Memorare, ait Sapiens, nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. *Eccli.7. 40.*

CONSIDERA QVINTO, Ingens præmium, quod mundis CORDE promiſſum eſt: Beati, ait Chriſtus, mundi CORDE, quoniam ipſi Deum videbunt. *Matth. 5.8.* Hæc autem viſio Dei, iis, tum in hoc ſæculo, tum in altero conceditur. Hic quidem per Speculum in ænigmate, ſiue per contemplationem Deus videtur: *1.Cor. 13.12.* in altera verò vita perſpicuè, & facie ad faciem. Deus autem cùm mundiſſimus ſit, non niſi à mundo CORDE videri poteſt; vt enim ait Plato: Impuro, purum attingere nefas eſt. *Plato in Phædon.* Et Nyſſenus: Quo enim modo Animus noſter, qui inferiori huic carnis voluptati mancipatus eſt, atque in humanorum affectuum appetitionem totus incumbit, poteſt cognatum illud lumen, quódve mente ipſa cernitur, vacuo, & libero ſenſu aſpicere; *Nyſſen. lib. de Virg. ca. 5.* cùm is praua quadam atque inerudita anticipatione, ad humiles has res & lutulentas aciem intendat? In æternâ verò beatitudine feliciſſimè Deus à mundo CORDE videtur, amatur, & poſſidetur. Ibi, inquit Auguſtinus, tota virtus erit videre, ô Anima mea, quod amas; *Auguſt. lib.22.*

de ciuit. Dei. & ſumma felicitas, amare quod vides: & ibi beata vita in ſuo fonte bibitur, vbi Veritatis viſio clariſſimè aperitur. Ibi vacabimus & videbimus, videbimus & amabimus, amabimus & laudabimus ESSE quod erit in fine, ſine fine. Quod enim, ô Deus, præparaſti diligentibus te, fide non capitur, ſpe non attingitur, charitate non apprehenditur, deſideria & vota tranſgreditur, acquiri poteſt, æſtimari non poteſt.



TERTIA CLASSIS.

Cordis Oblatio & Examen.

Cor à vitiis in præcedenti Claſſe expurgatum, dignum eſt quod ſupremo Numini in gratiſsimum munus, & ſacrificium acceptabile offeratur. Id autem in hac Claſſe fidelis Anima Dilecto ſuo dicat, & conſecrat: Deus *verò, qui à ſacrificiis ſuis omnem næuum, & maculam abeſſe voluit, quiq́; Cor & renes ſcrutatur, non ſine multiplici ac diligenti examine Sponſæ ſuæ munus admittit. Vnde, velut Argentarius, in ſtatera* Cor *illius appendit, in igne probat, fundum illius ſcrutatur, & ad rectiſsimam* Cordis *ſui amuſsim, illius rectitudinem explorat. Eadem fuit Sponſi circa Sponſæ ſuæ vineam cura & diligentia; ipſe ſiquidem ait: Deſcendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium, & inſpicerem ſi floruiſſet vinea. Vineam enim* Cordis *noſtri, quam plantauit dextera eius, quam Sanguine ſuo rigauit, quam Angelicæ cu-* Cant. 6. 10.



CORDIS DONATIO.

Præbe fili mi, COR tuum mihi. *Prov. 23. 26.*

Vnice CORDIS amor; timor vnice CORDIS, Jeſu,
COR tibi dono meum, COR mihi redde tuum.

15. *Pag. 213.*

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA

LECTIO XV.

EMBL. 15.

CORDIS Donatio.

Præbe fili mi COR *tuum mihi*.
Prouerb. 23,26.

Vnice CORDIS *Amor*, *timor vnice* CORDIS IESV,
COR *tibi dono meum*, COR *mihi redde tuum*.

CONSIDERA PRIMO, Quemadmodum Regibus honoris & ſubiectionis teſtandi causâ, munera deferri ſolent; ita Deum, qui eſt Rex regum,& Dominus dominantium, præcepiſſe vt ei quoque munera deferrentur; vnde dixit: Non apparebis in *Deuter.* conſpectu meo vacuus,ſed offeret vnuſquiſ- *16. 17.* que ſecundùm quod habuerit, iuxta benedictionem Domini Dei ſui, quam dederit ei.Ita prædictum eſt de pacifico Rege Salomone Christo Domino: Adorabunt eum, *Pſal. 44.* quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus. Et *14.* filiæ Tyri in muneribus, vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. Quibus

verbis ſignificatur, Gentilitatem ad Chriſtum conuerſam, ſpiritualibus muneribus eum honoraturam, & deprecaturam; idque non tantùm vilem plebeculam, ſed ipſos etiam diuites plebis, immò etiam Reges facturos. Vnde in alio Pſalmo dicitur: Reges Tharſis, & Inſulæ munera offerent: Reges Arabum, & Saba dona adducent. Id autem in Magis Chriſti adoratoribus ad litteram adimpletum fuiſſe, ex communi Sanctorum, & Eccleſiæ conſenſu conſtat. Illi enim apertis theſauris ſuis, obtulerunt ei munera, Aurum, Thus, & Myrrham; quibus eum Deum, Regem, & hominem eſſe confeſſi ſunt. Tu verò, Anima mea, quo dono, quáve oblatione Regem, Deumque tuum honorabis? non aliâ prorſus, quàm CORDIS tui. In omni namque Creatura, quæ ſub Sole mundi vanitatibus occupatur, nihil humano CORDE ſublimius, nihil nobilius, nihil Deo ſimilius reperitur: quapropter nihil aliud quærit à te, niſi COR tuum. Hinc eſt quòd per Salomonem dicit: Præbe fili mi COR tuum mihi. Quo loquendi modo, pulcherrimè indicat à cuius manu munus ſuſcipere dignetur, quale illud eſſe debeat, & quo modo ſibi præberi deſideret. Singula proinde verba hæc attentiùs expendenda ſunt.

Pſal. 71. 10.

Matth. 2. 11.

Bernard. in Med. cap. 7.

Prouerb. 23. 26.

CON-

CONSIDERA ergo SECVNDO, Cuius *Ex Ga-*
COR ſibi dari petat, nullius enim niſi fi- *briele In-*
lij CORDE delectatur, ideoque dicit: Fi- *chinople-*
li præbe mihi COR tuum. Non alloqui- *raque.*
tur ergo Iudæos, Turcas, Ethnicos, Publicanos, & qui in peccatis ſuis obdurati perſeuerant: illi enim non filij, ſed *2.Pet.2.*
inimici Dei ſunt, & maledictionis filij. *14.*
Eorum igitur CORDA poſtulat, quibus dedit poteſtatem filios Dei fieri, qui cre- *Ioannis*
dunt in nomine vnigeniti Filij Dei, qui *1.12.*
Spiritum adoptionis filiorum receperunt.
Qui Spiritu Dei aguntur (inquit B. Pau- *Rom.8.*
lus) ij ſunt filij Dei, coheredes autem *14.*
Chriſti: ſi tamen compatimur, vt & conglorificemur. Vna ergo ex conditionibus filij eſt, vt cum Chriſto patiatur & ſuſtineat: Flagellat enim Deus omnem filium *Hebr.12*
quem recipit. Deinde eidem Patri filius *6.*
obedire debet: Patres quidem carnis no- *Ibib.v.9.*
ſtræ (inquit Apoſtolus) eruditores habuimus, & reuerebamur eos: non multò magis obtemperabimus Patri Spirituum? Pacem prætereà filius in domo Patris cæleſtis colere debet: Beati enim pacifici, quo- *Matth.*
niam filij Dei vocabuntur. Denique illi *5.9.*
ſunt filij, qui Patrem imitantes ſtudent eſſe perfecti, ſicut Pater cæleſtis per- *Matth.*
fectus eſt. Si ergo Deo vis COR eſſe *5.48.*

gratum, vide ne à numero filiorum excidas; in hoc vnum incumbe, vt has filij proprietates aſſequaris, vt verè filius Dei nomineris & ſis.

CONSIDERA TERTIO, Quo modo ſibi dari COR tuum petat. Non enim vult ſibi illud commodari, non vendi; ſed liberali donatione præberi, ſiue dari. Commodare enim nihil aliud eſt, quàm alicui alicuius rei vſum gratuitò concedere, ita vt dominium eius maneat circa commodantem. Vendere, eſt accepto pretio rem aliquam diſtrahere. Donare verò, eſt gratuitò & liberaliter rem alteri dare, ac tradere. Qui commodat quidpiam, paulò pòſt quod commodauit recipit. Qui vendit quidpiam, pretium illius quod vendidit accipit. Qui verò donat quidpiam, nec vmquam recipit, nec vllum pro eo pretium flagitat. Commodant Deo COR ſuum, qui ad aliquod tempus illud diuino cultui tradunt, poſteà verò illud rurſus mundi vanitatibus implicant; qui in maioribus ſolemnitatibus pietatem colunt, deinde verò, iis peractis, redeunt ad ingenium, & bacchanalia viuunt. Hi ſunt quos temporales Chriſtus vocat. Qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Qui autem ſunt qui

Matth. 13.21. *Luc.* 8. 13.

Deo

Deo COR vendunt, niſi illi qui ideò Deo ſeruiunt, vt eis ſtatim pretium ſeruitutis ſuæ annumeret? tribuens illis diuitias & proſperitates huius ſæculi: vel qui ſe ita Deo tradunt, vt id facturi non eſſent, niſi mercedem æternam, & præmium regni cælorum daturum ſe repromiſiſſet? Illi porrò COR ſuum liberâ donatione Deo offerunt, qui nec mercedis, nec præmij intuitu, ſed ſolo illius amore id illi ita tradunt, vt numquam velint id rurſus fieri ſibi proprium, dicentes cum Propheta: Quid mihi eſt in cælo, & à te quid volui ſuper terram? Deus enim gratis vult diligi, gratis ſibi ſeruiri, non quaſi propoſitâ acceptione mercedis, quia ipſa merces tua ſumma Deus ipſe erit, quem gratis diligis. Gratis igitur & liberaliter Deo COR tribuendum eſt, vt COR noſtrum habeat Deum. *Pſal.72. 25.*

EXPENDE deinde, quòd dicat Deus CORDIS tui: Præbe MIHI COR tuum. Non vult enim illud Mundo, non Carni, non diabolo impendi. Tam enim eſt CORDIS tui amans & cupidus, vt illud totum poſſidere, nec aliquem in ſocietatem illius admittere velit. Quòd ſi tamen proximus in CORDE noſtro locum aliquem inuenit, id illi contrarium non eſt: vnicus enim *Prouerb. 23.26.*

O 5 amor

amor eſt, quo Deus & proximus diligitur; cùm non niſi propter Deum hic diligatur. *Ariſtoteles.* Vbi autem vnum propter alterum, ait Ariſtoteles, vtrobique tantùm vnum. Quemadmodum dum diligitur ſanitas, & potio amara propter ſanitatem, non illic duo ſunt amores; ſed vnus tantùm amor. Vnico igitur & ſoli Dilecto CORDIS noſtri COR largiendum eſt.

CONSIDERA QVARTO, Cur immenſa illa maieſtas partem hominis tam exiguam, quàm eſt COR, ſibi dari flagitet. Cuius quidem cùm plurimæ ſint rationes, tum vna hæc præcipua eſt; quòd nemo tam pauper ſit, qui illud dare non poſſit. Quis enim eſt qui CORDE careat? Alia verò ſi Deus exigat, plurimi ſe excuſare poſſent. Aures, ad verbum Dei audiendum, non poteſt exhibere ſurdus. Oculos, ad peccata deploranda, aut Chriſtum crucifixum intuendum, non habet cæcus. Os & linguam, ad preces fundendas, & diuinas laudes celebrandas, non habet mutus. Manibus, ad eleëmoſynas largiendas, caret pauper & egenus. Ventrem, ad ieiunandum, non poteſt exhibere infirmus. Genua, ad orandum, non poteſt flectere debilis & decrepitus. Crura & pedes, ad peregrinationes faciendas, & Eccleſias frequentandas, exhi-

exhibere non poteſt claudus, & pedibus deſtitutus. Nullam proinde harum partium Deus exigit; ſed COR tantummodò, quod quilibet dare poteſt. Potes mihi dicere, ait Sanctus Auguſtinus, non poſſum vigilare, non poſſum ieiunare, non poſſum peregrinari, non poſſum eleëmoſynam facere, & mortuos ſuſcitare: ſed non potes mihi dicere, non poſſum diligere; quod CORDE fit. Adde his, & hanc rationem: quòd etſi Deo omnia Corporis noſtri membra offerantur, vnicum tamen COR abſit, non erit ei munus hoc gratum; quod enim olim dixit: Populus hic labiis me honorat, COR autem eorum longè eſt à me: idipſum de aliis omnibus membris veriſſimè dicere potuiſſet. Nulla enim opera Deo grata ſunt, quæ ex CORDE non procedunt. Quod enim in arboribus eſt radix, id in homine eſt COR: vitiatâ radice, rami arboris areſiunt, flores defluunt, frondes palleſcunt, fructus putreſiunt: ſanâ autem permanente radice, viuaces ſunt rami, firmi flores, virentes frondes, & fructus maturi. Ita quoque ſi CORDIS radix integra fuerit, bona erunt opera noſtra. Si radix ſancta, ait Sanctus Paulus, & rami. Si verò malitia COR infecerit, mala quoque ex eo prodibunt opera.

Auguſt.

Iſa. 29. 13.

Rom. 11. 16.

De

Matth. 15.19. De CORDE enim, Chriſto teſte, exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ. Quin & abſque opere externo non rarò COR peccat, vt Pſaltes teſtatur: *Pſ.* 57.2. Etenim in CORDE iniquitates operamini in terra. Cùm igitur omnes actus noſtri valorem & pretium ex CORDE habeant, meritò illud Deus requirit: nec enim vel hominibus grata ſunt munera, quæ non ex CORDE proficiſcuntur. Diſplicet ſeruus, qui non ex animo, ſed ad oculum, Domino ſeruit. Nihil Sponſus Dilectæ ſuæ dediſſe cenſebitur, niſi COR largiatur: nihil ab eâ viciſſim petit, niſi vt *Cant.* 8. 6. ponat eum ſicut ſignaculum ſuper COR ſuum.

CONSIDERA QVINTO, Quorſum Deo COR tuum tradere debeas, nempe vt illi fiat gratum habitaculum, illudque efficiat conforme imagini diuini CORDIS ſui. Debitum eſt ipſi COR multis omninò titulis, ob beneficia nimirùm creationis, gubernationis, redemptionis, aliaque minimè pauca. Accipitribus dari ſolet COR earum auium, quas prædati eſſent: Chriſtus ad prædam aſcendit, dum Crucis lignum conſcendit, de quo vaticinatum Iacob multi intelligunt, cùm de Iuda dixit: Ad

Ad prædam fili mi aſcendiſti. Chriſtus *Gen.49.*
enim ex tribu Iuda prognatus, inrer cete- *9.*
ra nomina habuit: Accelera ſpolia detra- *Iſa.8.3.*
here, Feſtina prædari. Hic igitur è Cruce ſpolians diabolum, prædatus eſt COR noſtrum: quare meritò etiam illi dandum erit. Noli autem ſubducere COR tuum, eò quòd immundum fortè ſit; ipſe enim qui fons eſt, emundabit illud. Si prauum & diſtortum ſit, ipſe, qui diligit æquitatem, rectum efficiet illud. Si graue ſit & pronum in terram, ipſe, qui de cælis eſt, ſurſum ſubleuabit. Si variis cupiditatibus, velut luto plenum ſit, ipſe, qui ignis eſt, conſumet eas. Si durum ſit, ipſe, qui omnipotens eſt, emolliet illud. Tantùm tibi
tortuoſitas tua diſpliceat, & ex tota Ani- *Matth.*
ma, ex tota mente, ex totis viribus COR *22.37.*
totum illi deuoueas, qui ſe totum CORDI tuo tanto amore dedit; & ſine dubio facilè reformabit deformitates CORDIS tui.
Cùm Socrati, vt Seneca tradidit, multi *Seneca*
multa, pro ſuis quiſque facultatibus, *lib.1.de*
offerrent; Æſchines pauper auditor: Ni- *benefic.*
hil, inquit, dignum te, quod dare tibi *cap.7.*
poſſum inuenio, & hoc modo pauperem me eſſe ſentio. Itaque dono tibi, quod vnum habeo, meipſum; hoc munus rogo, qualecumque eſt, boni conſulas, cogi-

teſque

teſque alios cùm multum tibi darent, plus ſibi reliquiſſe. Cui Socrates: Quid ni tu, inquit, magnum munus dederis? niſi fortè paruo te æſtimes. Curabo ergo, vt te meliorem tibi reddam, quàm accepi. Tu verò, ſi Æſchinem imiteris, &, non Socrati, ſed Deo COR tuum obtuleris, ſine dubio multò melius illud efficiet, tibiq́ue reddet. Sed opportunè admodum hîc ſubiicietur

Modus COR *Deo offerendi.*

PRAXIM, modumq́ue Deo ſpiritualiter COR noſtrum, gratiſſimi inſtar muneris, offerendi, nobis tradiderunt SS. Gertrudis, & Mechtildis, duæ ſorores, ambæ non ſolùm carne, ſed etiam Religione germanæ, ambæ Domino cohæſerunt, ambæ Domino concorditer ſeruierũt. Sancta Mechtildis audiens aliquando in Offertorio cantari: Reges munera offerent tibi; dixit Saluatori noſtro: Ecquid eſt, ô Dilecte CORDIS mei, quod tibi nunc offeram, cùm nihil dignum habeam maieſtate tuâ? Reſpondit Saluator: Quinque modis præbebis mihi COR tuum, & gratum mihi munus obtuleris. Primò, illud mihi offeres velut arrham deſponſationis,

Auguſt. Serm. 26 de verbis Domini. S. Mechtil. lib. 1. cap. 42.

tionis,cum omni fidelitate CORDIS tui, inceſſanter me deprecans, vt igne amoris mei conſumam quidquid per infidelitatem deliqueris. Secundò, offeres mihi velut murenulam auream, aut amatorium monile, cùm internâ abnegatione omnium voluptatum huius mundi; quæ COR tuum occupare vellent. Tertiò, COR tuum velut Diadema mihi offeres,cum omni honore,qui tibi ſiue in hoc, ſiue in altero ſæculo obtingere poſſet; vt ego ſolus ſim gloria & corona tua. Quartò, mihi offeres inſtar phialæ, ex qua ipſe meam bibam dulcedinem. Quintò,mihi offeres vas electum, in quo meipſum reficiam. Ita Mechtildem ſuam erudiuit Dominus.

Sancta Gertrudis verò hanc, offerendi Domino COR, formulam tradidit, quâ ipſa ſæpiùs vti conſueuerat:

Ecce Domine, COR *meum abſtractū ab omni*
Creaturâ,integrâ voluntate offero tibi;orans
Vt abluas illud in virtuosâ aqua ſanctiſſimi
Lateris tui;& decentiſſimè exornes illud,
In pretioſo Sanguine dulciſſimi CORDIS *tui,*
Ac tibi conuenientiſſimè coaptes illud,in
Aromatico vapore diuini amoris tui.

Gertrud. inſinuat. diuin. piet.li.3. cap.30.

Pulchrum quoque & venuſtum eſt carmen, quo pius & Religioſus Poëta Bernardus Bauhuſius, COR ſuum vni

Chriſto dedicat, quod aſſcribere non vere-
bor:

Lib. Epigramm.

Pallentes violas, immortaleſq; amaranthos,
Et calthæ aureolas, Phœbiſequaſq; comas,
Reginaſq; roſas, & florum, lilia, Reges,
Albaq; narciſſi, flauaq; texta croci;
Iridaq; & nardum, ferrugineumq; hyacinthum,
Et quidquid florum denique Chloris habet,
CHRISTE, *tibi pleno meditabar fundere cornu,*
Veris opes volucres, deliciaſq; breues:
Iamq; ardens ibam totum tibi ſpargere Maium
Purpureum, praſinum, coccineum, croceum;
Nam Maij omnigena pluma, omnigeniq; colores,
Et multa in gremio florea meſſis erat.
Hanc mihi ſed ſubitò vertiſti in pectore mentem,
Et viſus tacitâ es ſic mihi voce loqui:
Mitte roſas manibus vates mens; altera dona
Poſcimus; hæc olim Panq;, Paleſq; tulit.
Altera dona Deo verò, ſunt altera ſerta;
Non faciunt capiti talia ſerta meo.
COR *peto; Io dabitur, dabitur* COR *dulcis* IESV!
Mille darem, IESV, *ſi mihi mille forent.*
Eia COR, *egredere: an clauſa eſt via? pectora rūpe,*
Rumpe moras, rumpe & viſcera, & egredere.
Egreditur. Salue, ô Animæ pars optima noſtræ!
Vitæ delicium, principiumq; mea!
COR EVLVM, *io gaude, iam feliciſſima fies*
Victima, Tergemino tota litanda DEO.
Ergo nūc viola, i, melior violâ hoc mihi COR *eſt:*

I ama-

I amaranthe, mihi hoc COR *amaranthus erit.*
Puniceæ ite roſæ, melior roſa nam mihi COR *eſt:*
Lilium i, melius liliolum COR *erit.*
I narciſſe, mihi melior narciſſus erit COR*:*
I hyacinthe, mihi hoc COR *hyacinthus erit.*
I croce, cum nardo, calthaq́ ac irides ite,
COR *mihi caltha, crocus, nardus, & iris erit.*
CORCVLVM, *io,* IESV, *ſume hoc, mi dulcis* IESV;
Deq́ hauſtum latere hoc in latus abde tuum.
Viuo ego, non ego iam; viuit Nazareius in me:
Ille mihi ſolus CORQVE, *animamq́ facit.*
Et vos Adamidæ, vos, ô! mecum pia CHRISTO
CORDA *date. O, qui dat, quàm ſine* CORDE
ſapit!

LECTIO XVI.

EMBL. 16.

CORDIS Sacrificium.

Sacrificium Deo Spiritus contribulatus. Pſalm. 50. 19.

Non Vituli, caſive Deo placet hoſtia Tauri,
COR *mihi qui dedit; hic* COR *ſibi poſcit amor.*

CONSIDERA PRIMO, Quemadmodum Regibus tributa, & munera deferri debent: ita ſupremo illi Numini, omnium rerum Domino, ſacrificia in ſubiectionis proteſtationem offerenda ſunt. Satis proinde non eſt, ô fidelis Anima, quòd Regi ſæculorum immortali atque inuiſibili, COR tuum muneris loco tradideris, verùm ſoli Deo in ſacrificium idem offerre te oportet. Hoc in arcano ſenſu Sponſus Animarum noſtrarum petit, cùm ait: Sanctifica mihi omne primogenitum. Et alibi: Iure perpetuo omne primogenitum erit meum. Quid verò? An ſuprema illa Maieſtas adeò deſiderat, ouium, boum, hircorum, caprarum, ceterarum-

1. Timot. 1. 17.

Exod. 13 2.

Num. 18 15.




CORDIS SACRIFICIVM.

Sacrificium Deo, ſpiritus contribulatus. *Pſal. 50. 19.*

Non vituli cæſiue Deo placet hoſtia tauri:
COR mihi qui dedit, hic COR ſibi poſcit amor

16. *Pag. 226.*

Digitized by Google



Digitized by Google

rarumque animantium primogenita, vt illa ſibi offerri præcipiat? Numquid Deo cura eſt de bobus? ait Sanctus Paulus. Quin & ipſe Deus: Numquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo? Cur ergo omnia illa primogenita Deo offerentur? Cur illa iure perpetuo vult eſſe ſua? Si omnium legalium differentias hoſtiarum, vnâ Corporis & Sanguinis Iesv Christi Filij ſui oblatione conſummauit, quid adhuc primogenitorum victimas exquirit? Aliud ergo hîc ſub litteræ cortice latet myſterium, aliaque à nobis primogenita Deus per hæc verba exigit. Spirituale eſt primogenitum, quod hîc Deus poſtulat; nempe Cor noſtrum: illud enim ante alia membra primò formatur, & ab Ariſtotele primum viuens, & vltimum moriens nuncupatur. Hoc gratum Domino ſacrificium, quodque præ omnibus aliis illi placet. Hoc myſticè in Abrahæ Patriarchæ noſtri ſacrificio adumbratum, teſte Auguſtino, fuit. Quod Abraham illi dictum eſt, da mihi vnicum dilectum filium; idipſum dicit tibi Sapientia: Da mihi fili Cor tuum: ipſum eſt Dilectus & vnicus filius tuus. Quid metuis offerre Cor tuum? offer ſacrifi-

1. Cor. 9.9. *Pſal. 49. 13.* *Geneſ. 22. 2.* *Auguſt. Serm. 46 de temp.*

 cium,

cium, contritionem CORDIS Domino Deo tuo, & dic ei cum Propheta: Holocauſtis non delectaberis. Sacrificium Deo Spiritus contribulatus, COR contritum & humiliatum Deus non ſpernit. Nihil metuas, tali ſacrificio oblato; & illi acceptum erit & quod obtuleris, integrum tibi permanebit.

Pſal. 50. 18.

Agnouit idipſum & Prudentius, qui Abrahæ ſacrificio nos inſtrui docet, vt ea quæ nobis ſunt gratiſſima, Deo offeramus Sic autem ait:

Prudent. præf. in Pſichomachia.

Senex fidelis prima credendi via eſt
Abram, beati ſeminis ſeruus Pater,
Adiecta cuius nomen auxit ſyllaba,
Senile pignus qui dicauit victima:
Docens ad aram cùm litare quis velit.
Quod dulce CORDI *eſt, quod pium, quod vnicum.*
Deo libenter offerendum credito.

Sed nil CORDI gratius eſt, quàm ipſum ſibimet COR; vnde amantes, Perſonas eas quas nimio amore depereunt, ſuum CORCVLVM, Animæ ſuæ dimidium vocare ſoliti ſunt, id inſinuantes tam illas ſibi charas eſſe, quàm proprium COR. Si igitur id quod maximè diligimus, Deo offerendum eſt, nihil dignius illi offerri poteſt CORDE noſtro.

CON-

CONSIDERA SECVNDO, Quâ de cauſâ COR Deo ſacrificari debeat. Iſraëlitæ enim illi ideò iubebantur primogenita ſua offerre, vt haberent iugem memoriam liberationis ſuæ ex Ægypto. Hanc enim effecit & procurauit Deus per cædem primogenitorum totius Ægypti. Quia ergo tunc cecidit Deus primogenita Ægypti; vt Hebræos, quaſi primogenitos ſuos, inde liberaret; & quia tunc intacta ſeruauit primogenita Hebræorum habitantium in Ægypto: hinc indictâ lege eadem ſibi offerri, ac quaſi ſua, & à ſe conſeruata ſibi reddi depopoſcit: ſed hæc in figura contigerunt eis. Nos verò de Ægypto huius mundi, de domo ſeruitutis, & manu inimicorum noſtrorum per Chriſtum liberati, maiori iure illi primogenita noſtra debemus. Ille enim non primogenita Ægypti pro nobis occidit; ſed ipſe Vnigenitus Dei Patris, primogenitus Virginis Matris, pro nobis immolatus eſt. Quantis igitur titulis hoſtiam CORDIS noſtri ſibi vendicat! Aduerte porrò myſtici huius ſacrificij quemlibet Sacerdotem eſſe, magnos, paruos, nobiles, ignobiles, diuites, pauperes, Eccleſiaſticos, ſæculares, feminas, viros. Quodnam verò huius ſacrificij Altare? munda conſcientia. Quæ

Cornel. à Lap. in cap. 13. Exod.

Luc. 1. 74.

victima? COR contritum, Spiritus contribulatus, eadem enim hæc multorum ſenſu ſunt. Quis culter, quo victima excoriatur? ſcrutinium CORDIS, dolor Animi, confitens lingua. Quis ignis, hoſtiam abſumens? ille, ſcilicet, quem Filius hominis venit mittere in terram, & voluit vehementer accendi; diuina, inquam, charitas, quæ totum ſacrificium exurit. Quæ verò huius ignis ligna? attenta bonitatis Dei, & diuinorum beneficiorum conſideratio, ex quâ diuinæ charitatis flamma indeſinenter accenditur; hinc ſcriptum eſt: Ignis in Altari ſemper ardebit, quem nutriet Sacerdos, ſubiiciens ligna manè per ſingulos dies. Debet enim fidelis quiſque (ait Gregorius) ne in eo charitatis flamma deficiat, in excitationem amoris, exempla Patrum, vel præcepta Dominica miniſtrare. Congruitque hoc fieri manè, quia prima diei pars eſt. Poſtpoſitis ergo cogitationibus vitæ præſentis, hoc priori loco quiſque fidelium cogitet, vt quibus valeat niſibus, ſtudium charitatis inflammet, atque ita ſuccendatur ſacrificium CORDIS ſui.

Luc. 12. 49. *Leuit. 6. 12.* *Gregor. lib. 27. Moral. cap. 7.*

CONSIDERA TERTIO, Neminem ab hoc ſacrificio excuſari poſſe, quia vt rectè S. Dauid ait: In me ſunt Deus vota

Pſal. 55. 12.

tua,

tua, quæ reddam laudationes tibi. Ac ſi apertè dicat, inquit idem Gregorius: Etſi exteriùs munera offerenda non habeo, intra memetipſum tamen inuenio, quod in ara tuæ laudis impono: quia qui noſtrâ datione non paſceris, oblatione CORDIS meliùs placaris. Ante Dei oculos numquam eſt vacua manus à munere, ſi fuerit arca CORDIS repleta bonâ voluntate. De CORDIS igitur arcâ, ait Auguſtinus, profer laudis incenſum, de cellario bonæ conſcientiæ profer ſacrificium fidei, quidquid profers accende charitate. In te ſint vota, quæ reddas laudes Deo. Idemque alibi; Si congerêris offerre Domino tuo ſacrificium gratum illi & acceptum, ſicut anteà vouebantur ſacrificia in vmbrâ futurorum; fortè non inuenires in grege tuo placitum taurum, in capris hircum, aræ Domini dignum, nec in ouili tuo arietem dignum ad victimam Domino tuo: & non inueniens ſatageres quid faceres, & diceres fortè Deo, volui, & non habui. Numquid potes de laude dicere; volui, & non habui? ipſum voluiſſe, laudaſſe eſt. Non enim verba à te quærit Deus, ſed COR. Eum pôtes ore confitere ad ſalutem: cùm non potes CORDE crede ad iuſtitiam.

Gregor. homil. 5. in Euāg.

Auguſt. ſuper Pſal. 55.

Auguſt. in Pſal. 134.

Rom. 10. 10.

ſtitiam. CORDE laudas, CORDE benedicis, CORDE in aram conſcientiæ victimas
Luc. 2.14 ſacras imponis; & reſpondetur tibi: Pax in
Luc. 19.8 terra hominibus bonæ voluntatis. Habebat hoc ſacrificium laudis Zacchæus in patrimonio ſuo, habebat vidua in ſaccello ſuo, habebat, neſcio quis hoſpes, in dolio
Iob 1.12 ſuo. Sed nec illo caruit Sanctus Iob, dum
Aug. in omnibus caruit. Quidquid facultatum ha-
Pſal. 55. buerat diabolus ademit, abſtulit, Hereditatem, interfecit filios, ablatis omnibus ſolus remanſit Iob. Sed in illo erant vota laudis, quæ redderet Deo, in illo planè erant. Arcam ſancti CORDIS ſui fur diabolus non inuaſerat, plenus erat vnde ſacrificaret. Audi quæ habebat, audi
Iob 1.21 quæ protulit: Dominus dedit, Dominus abſtulit; ſicut Domino placuit, ita factum eſt: ſit nomen Domini benedictum. O diuitiæ interiores, quò fur non accedit! Has igitur Dominus requirit: has ei lubens offer.

CONSIDERA QVARTO, Nullum prorſus eſſe ſacrificium, quò diuina illa Maieſtas magis placatur, quàm ſacrificium COR-
Bernard. DIS. Apud homines enim (vt Bernardus
in Cant. ait (COR ex verbis; apud Deum verò verba
Gregor. penſantur ex CORDE. Et Gregorius: Deus non attendit verba deprecantis, ſed COR orantis.

orantis. Ex hoc metitur, & æſtimat bona noſtra, quæ etiamſi parua fuerint, magna erunt, ſi ex magno CORDIS affectu procedant. Quare idem Gregorius rectiſſimè inquit: COR Dominus, non ſubſtantiam penſat; nec perpendit quantum in eius ſacrificio, ſed ex quanto proferatur. COR eſt quod Deum nobis propitium reddit, flectit, & quodammodo ad nos inclinat. Nam vt benè quidam cecinit: *Idem homil.5. in Euang.*

Virga recens, Zephyris, neruo curuabitur arcus, *Bapt. Mant.*
Igne chalybs, adamas ſanguine, CORDE *Deus,*

Cur verò ita ei præ omnibus COR placet; quia nimirùm bonam voluntatem ſignificat: vel potiùs ipſum nihil aliud eſt, quàm bona & prompta voluntas. Magis autem, Philoſopho teſte, eligenda eſt voluntas ſine actione, quàm actio ſine bona voluntate. Quod luculentiùs Poëta effatus eſt, dicens: *Ariſt. 2. lib. Analy.*

Vt deſint vires, tamen eſt laudanda voluntas: *Ouid. lib. 3. de Pōto Eleg. 4*
Hac ego contentos, auguror eſſe, Deos.
Hæc facit vt veniat pauper quoq; gratus ad arã,
Et placeat cæſo, non minus agna, boue.

Quàm placuit Deo ſine externo opere ſeria voluntas Abrahami, dum filium ſuum Iſaac immolare voluit? ex quo hoc conſecutus eſt, vt ex ſemine eius Chriſtus naſceretur. Promptâ igitur voluntate COR *Gen. 12. 18.*

 tuum

Digitized by Google

tuum myſticò Altari conſcientiæ tuæ impone, vt in eo igne charitatis ſuccenſum, inſtar holocauſti Deo offeratur in odorem
Dan. 3. ſuauitatis. Ora quoque cum Azariâ, vt poſ-
39. ſis inuenire miſericordiam, & in Animo contrito, & Spiritu humilitatis COR tuum ſuſcipiatur. Ora, inquam, & dic: Sicut in holocauſto arietum, & taurorum, & ſicut in millibus agnorum pinguium; ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie, vt placeat tibi: quoniam non eſt confuſio confidentibus in te.

Digitized by Google

ROMA

Digitized by Google



CORDIS PONDERATIO.

Appendit CORDA Dominus *prouerb. 21.2.*

Quod mihi donaſti magno pro munere, non eſt,
Si neget hoc, iuſti ponderis æqua bilanx.

17. *Pag. 235.*

LECTIO XVII.

CORDIS Ponderatio. **EMBL. 17.**

Appendit CORDA *Dominus.*
Prouerb. 21. 2.

Quod mihi donaſti, magno pro munere; non eſt
Si neget hoc, iuſti ponderis æqua bilanx.

CONSIDERA PRIMO, Non ſatis eſſe Deo quomodocumque COR offerre, niſi tale omninò ſit quòd oculis diuinæ Maieſtatis placeat. Probati Nummularij non tantùm explorant an nummus ſit probæ monetæ, verum videlicet aurum, vel argentum, an aurichalcum, vel ſtannum; verumetiam ne quid illi (vt ait Caſſianus) à legitimo pondere diminutum ſit cenſurâ trutinæ diligenter inquirunt, Non ſecus Deus, qui in menſura, numero, & pondere omnia diſpoſuit, diligentiſſimè examinat an CORDA, atque alia omnia, quæ ei offeruntur, integrum etiam pondus habeant. Quòd ſi leuioris illa inuenerit ponderis, tamquam adulterina reiicit. Hinc Spirituum ponderator Dominus à Salomone vocatur:

Collat. 1. c. 20. *Sap. 11. 21.* *Prouerb. 16. 2.*



CORDIS PONDERATIO.

Appendit CORDA Dominus. *prouerb. 21.*

Quod mihi donaſti magno pro munere, non eſt,
Si neget hoc, iuſti ponderis æqua bilanx.

17. *Pag. 235.*

LECTIO XVII.

Cordis Ponderatio. Embl. 17.

Appendit Corda *Dominus.*
Prouerb. 21. 2.

Quod mihi donaſti, magno pro munere; non eſt
Si neget hoc, iuſti ponderis æqua bilanx.

Considera primo, Non ſatis eſſe Deo quomodocumque Cor offerre, niſi tale omninò ſit quòd oculis diuinæ Maieſtatis placeat. Probati Nummularij non tantùm explorant an nummus ſit probæ monetæ, verum videlicet aurum, vel argentum, an aurichalcum, vel ſtannum; verumetiam ne quid illi (vt ait Caſſianus) à legitimo pondere diminutum ſit cenſurâ trutinæ diligenter inquirunt, *Collat.* 1. *c.* 20. Non ſecus Deus, qui in menſura, numero, & pondere omnia diſpoſuit, *Sap.* 11. 21. diligentiſſimè examinat an Corda, atque alia omnia, quæ ei offeruntur, integrum etiam pondus habeant. Quòd ſi leuioris illa inuenerit ponderis, tamquam adulterina reiicit. Hinc Spirituum ponderator Dominus à Salomone *Prouerb.* 16. 2. vocatur:

vocatur: quòd non tantùm internas CORDIS cogitationes penitus inſpiciat; ſed etiam appendat, libret, & leuéſne ſint, an graues, lance ſuæ æſtimationis expendat.
Ibidem Hinc rurſus dicitur: Pondus & ſtatera iu-
v. 1. dicia Domini ſunt; qui in bilance iudicat operum noſtrorum integritatem; atque hoc iudicium iuſtiſſimum eſt, quia à ſuo æquilibrio numquam deflectit. Seriò prorſus optabat Sanctus Iob ad hanc trutinam
Iob 31. examinari, cùm diceret: Appendat me
6. Deus in ſtaterâ iuſtâ, & videat ſimplicitatem meam. Atque alibi ita loquitur:
Idem 6. Vtinam appenderentur peccata mea, qui-
2. bus iram merui, & calamitas, quam patior, in ſtaterâ: quaſi arena maris, hæc grauior appareret. Contrà verò de impio
Dan. 5. Baltaſſar ſcriptum eſt: Appenſus es in ſta-
27. tera, & inuentus es minus habens. Quod idem eſt, ac ſi diceret: Appenſa ſunt in bilance diuinæ iuſtitiæ, & examinis, opera tua, bona & mala, ô Baltaſſar, atque inuentus es habere minus probitatis, & bonorum operum; plurimum verò habere ſuperbiæ, crapulæ, & iniquitatis: ergo non mereris ampliùs regnare, nec viuere. Diligenter igitur attende, ô pia Anima, ne COR illud, quod Deo offerre cupis, nimis leue ſit, adeoque ab eo reprobetur.

CON-

CONSIDERA SECVNDO, Non raro inueniri apud homines pondera duplicia, maius & minus; & ſtateras iniquas, quibus fraudem fucumque aliis faciant, dum pro arbitrio ſuo appendunt, prout ipſi volunt: Mendaces enim ſunt filij hominum (ait Pſaltes) in ſtateris, vt decipiant de vanitate in idipſum. *Pſal. 61. 10.* Verùm non ita agitur apud iuſtiſſimum illum CORDIVM ſcrutatorem, qui non niſi æquâ lance omnia penſat. Statera ſiquidem doloſa, abominatio eſt apud Dominum; pondus æquum, voluntas eius. *Prouerb. 11. 1.* Hinc fit, vt multa hominibus bona ac recta videantur, quæ tamen ſi ad diuinitatis ſtateram librentur, reproba apparebunt: Omnis via viri recta ſibi videtur, ait Sapiens, appendit autem CORDA Dominus. *Prouerb. 21. 2.* Qualecumque enim opus ſit in externâ apparentiâ, & hominum æſtimatione, Deus illud non ex opere, ſed ex CORDE & affectu, à quo prodit, penſat. Atque ideò cùm Cain & Abel ei ſacrificia offerrent, ſcribitur, reſpexiſſe ad Abel, & ad munera eius. *Gen. 4. 4.* Notat verò Gregorius, cur primò dicatur Deus reſpexiſſe ad Abel, quàm ad munera eius: Quia omne quod datur Deo, ex dantis mente penſatur. Idcircò non Abel ex muneribus, ſed ex Abel munera oblata placuerunt. *Gregor. lib. 22. Moral. cap 8.*

cuerunt. Ex dantis quippe CORDE, id quod datur accipitur. Æra duo minuta Hebrææ viduæ quantilli pretij credebantur, ad illam argenti molem, quæ à Phariſæis iactabatur? & tamen hanc illa longè ſuperabant; vnde ipſius veritatis eloquio ita commendatur: Verè dico vobis, quia vidua hæc pauper pluſquam omnes miſit. Quare autem plus miſit? quia de penuriâ ſuâ, omnia quæ habuit miſit, quia promptiori Animo, & alacriori voluntate duo minuta dedit. Quare de ea ita Cyprianus: Dominus non de patrimonio, ſed de Animo opus eius examinans, & conſiderans non quantum, ſed ex quanto dediſſet, dixit: Vidua iſta plus omnibus miſit in dona Dei. Nihil enim Deo offertur ditius bonâ voluntate, quam etiam pauperes & inopes exhibere poſſunt. Hæc verò cui deeſt, quantumuis magna offerat, Deo minimè grata erunt; quia videlicet iuſti ponderis non ſunt. Magna in oculis hominum videbantur opera Sardicenſis Epiſcopi, non tamen ita erant in oculis Dei; vnde Apocalypticus Angelus ei ait: Non inuenio opera tua plena coram Deo. Appareant illa hominibus ſplendida, habeas nomen quod viuas, non tamen menſuram iuſtam impleſti,

Luc. 21. 2.

Ibidem. verſ. 3.

Marc. 12 42.

Cyprian. tract. de op. & Eleëmoſ.

Apoc. 3. 2.

ſti, quia mortuus es. Adimple ergo ea quæ adhuc deſunt. Pone ergo, ô Anima mea, COR tuum in Dei ſtatera, vt quantum tibi ad veram iuſtitiam etiamnum deſit liquidò cognoſcas: dic cum Sancto Auguſtino: *Auguſt. conf. lib. 10.* Domine ante te eſt omne deſideriū meum, ante te tota cogitatio mea. Tu omnium Spirituum ponderator, & vtrùm radix ſit dulcis an amara, de qua foris pulchra folia emittuntur, tu Iudex interiùs meliùs noſti, & perſcrutaris.

III. CONSIDERA TERTIO, Quódnam ſit pondus, ad quod COR tuum in ſtaterâ expendi debeat: de eo autem ita in veteri lege olim Deus edixit: Omnis æſtimatio, *Leuit. 27. 25.* ſiclo ſanctuarij ponderabitur. Sola enim ſanctuarij pondera fallaciarum erant expertia. Hinc oblationes, quas Principes Iſraël, & capita familiarum Domino obtulerunt, *Num. 7. 13.* ſemper expenſa ſcribuntur iuxta pondus ſanctuarij; quaſi ingratum Domino foret, aut ab integritate deficeret, quod huius ponderis menſuram non æquaret. Quiſnam verò ſiclus ſanctuarij, niſi ipſum COR Dei noſtri, iuxta quod perfectio CORDIS noſtri exigi debet? Hinc optabat Salomon, vt COR populi ſui eſſet perfectum cum Domino Deo, & ambularet *3. Reg. 8. 61.*

in

in decretis eius. Ita COR Aſa ſcribitur perfectum fuiſſe cum Domino cunctis diebus
3.Reg. ſuis. De Abiâ verò contrà aſſeritur: Nec
15.3. erat COR eius perfectum cum Domino Deo ſuo, ſicut COR Dauid patris eius. Sed quæ erat perfectio CORDIS Dauid? quod pondus in altera bilance poſitum fuit, ex quo perfectio Dauidici CORDIS colligi deberet? non aliud ſanè quàm COR ipſius
1.Reg. Dei. De eo enim ſcriptum eſt: Quæſiuit
13.14. ſibi Dominus virum iuxta COR ſuum. Hinc ergò deducitur illud COR perfectum eſſe cum Domino, quod eſt iuxta COR Domini; ſiue ſecundùm menſuram & æqualitatem (quo ad ea homini eſt poſſibilis) CORDIS diuini. Quid autem eſt quod COR noſtrum maximè demonſtret diuino CORDI eſſe conforme, niſi recta intentio? Deus enim rectus eſt, & diligit eos qui recto ſunt CORDE. Praua, & diſtorta intentio à diuino CORDE diſſidet; nec æquâ lance cum eo componi poteſt: hæc ſi operi admiſcetur, reprobum eſt munus quod Deo offertur. Quod enim
Richard. eſt Corpus ſine vita (ait Richardus de San-
de ſtatu cto Victore) hoc eſt opus ſine intentione
int. hom. bonâ. Quælibet actio quamuis bona videa-
cap. 7. tur, tamen quaſi mortua iudicatur, ſi non per intentionem bonam animatur. Noue-
rat

rat hanc S. Dauid Deo cum primis charam & acceptam eſſe; ideoque dicebat: Holocauſta medullata offeram tibi. Non eſt Deo gratius holocauſtum CORDE noſtro: verumtamen ſi medulla careat, iam acceptum non erit Deo. Medulla autem hæc eſt interior CORDIS noſtri intentio. Nihil enim, vt Auguſtinus ait, interius medullis noſtris. Interiora oſſa ſunt carne, medullæ interiores ſunt ipſis oſſibus. Quiſquis ergo in ſuperficie colit Deum, magis placere vult hominibus. Aliud autem intus ſentiens, non offert holocauſta medullarum; cuius autem medullam inſpicit, ipſum totum accipit. Illa igitur opera medullata ſunt holocauſta, quibus voluntas, ſeu intentio bona ineſt: nullo modo vult Deus oſſa exſucca, arida, emedullata. Reperias multos qui frequenter orent, Sacris etiam interſint, non rarò inediâ ſe macerent, ſtipem dent, ſed, heu quàm nihil medullæ ineſt his operibus! ſunt hæc quidem velut candida, nitidaque oſſa; ſed deeſt medulla, Spiritus, recta intentio, pius affectus, qui hæc opera ſubuehat ad Deum. Rectè proinde monet Gregorius: vt omne bonum quod agitur per intentionem, ſemper ad cæleſtia leuetur. Hanc enim velut medullam ſacrificij ſui Deus

Pſal. 65. 15.

Aug. in Pſal. 65.

Greg. l. 1 in Ezech. hom. 4.

ante omnia requirit; cuius ſermo viuus & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingit vſque ad diuiſionem Animæ ac Spiritus, compagum quoque ac medullarum, & diſcretor cogitationum & intentionum CORDIS. *Hebr. 4. 12.*

CONSIDERA QVARTO, Vt CORDIS tui ſacrificium, & munus non abiiciatur à Deo, tamquam leuioris ponderis, non ſatis eſſe, ſi ei hoc examinandum committas; ſed conſultiſſimum omninò iudicari, vt ipſe ad trutinam reſpicias, & integritatem CORDIS tui priùs ad lancem expendas, quàm illud Domino Deo tuo offeras. Nam vt rectè Baſilius inquit: Cuilibet noſtrûm ſtatera à Conditore omnium apparata, per quam rerum naturam poſſit probè diſcernere. *Baſil. in Pſal. 61.* Poſui ante faciem tuam vitam & mortem, bonum & malum, duas inter ſe contrarias naturas, has tu examina, & diligenter expende, quid vtilius ſit. Tibi namque propria datur libra, quæ ſufficiens diſcrimen boni & mali demonſtrat; corporea namque pondera in libræ lancibus probamus: quæ verò ad inſtituendam vitam eligenda veniunt, per liberum Arbitrium decernimus, quòd momentum æquale ad vtrumlibet poſſis capere.

re. In liberi ergo Arbitrij libra rectam conſtitue intentionem, ſiniſtram verò & præpoſteram longiùs abiice. Recta verò intentio hæc eſt, quæ bonum finem in operando reſpicit; hic autem vt varius eſſe poteſt, ita multiplex quoque eſt intentio bona. Primò enim, occurrit intentio ſeruorum, qui ex timore ſeruili, ne in æternum puniantur, Dei mandata cuſtodiunt. Secunda intentio, Mercenariorum eſt, qui inclinant COR ſuum ad faciendas iuſtificationes Domini, propter retributionem. Tertia intentio, filiorum eſt, qui Deo obſequuntur, vt ei placeant, & quia illi, quem verâ charitate diligunt, diſplicere formidant. Hæc autem tres rurſum habet gradus: quorum primus, intentio recta dicitur; quæ opera non ſolùm bona, ſed etiam media, ſiue indifferentia purè facit ex amore Dei, vt ipſi placeant. In ſecundo gradu, ſimplex intentio ponitur, quâ quis Deo placere, eumque honorare intendit, & in omnibus quæ agit Deo, intellectu, & affectu inhærere nititur, eumque prouidet in conſpectu ſuo ſemper. Tertius gradus, intentionem Deiformem complectitur, quâ homo ita in Deum fertur, vt non magis conſolationem, quàm deſolatio-

Ex med. Iac. de Paz par. 1. cap. 8. tom. 3.

Pſ. 118. 112.

Pſ. 15. 8.

nem; non magis proſpera, quàm aduerſa; non magis honorem, quàm infamiam requirat. Aſpira, Anima mea, gradatim ad hanc perfectionem intentiónis, vt ita COR tuum in diuina lance appenſum, inueniatur integri & iuſti ponderis, iuxta pondus ſanctuarij, COR videlicet Dilecti tui.



LE-

Digitized by Google

Digitized by Google



CORDIS PROBATIO.

Sicut igne probatur argentum, et aurum camino, ita CORDA probat Dominus. *prouerb. 17. 3.*

COR, rutilo, dilecta, tuum pretioſius auro,
Impuram ſcoriam ſi prius ignis edat.

18. Pag. 245.

LECTIO XVIII.

EMBL. 18.

CORDIS Probatio.

Sicut igne probatur argentum, & aurum camino, ita CORDA *probat Dominus.* Prouerb. 17. 3.

COR *rutilo, Dilecta, tuum pretioſius auro,*
Impuram ſcoriam ſi priùs ignis edat.

CONSIDERA PRIMO, Neutiquã ſatis eſſe, vt COR noſtrum, velut aureus nummus Deo oblatus, iuſti ſit ponderis; ſed hoc inſuper requiritur, vt non ſit adulterinus, peccans in materiâ. Ad peritum enim Argentarium, ſiue Nummularium ſpectat, probare an nummus ſit probæ monetæ, puta verum aurum, an aurichalcum, aut verum argentum, aut ſtannum præfulgens: qua de re conſtitutio extat Gratiani & Theodoſij Auguſtorum lib. 3. de Veter. Numiſma. Examinandum quoque eſt, an ſit purum purum, id eſt, nullâ alterius metalli permixtione vitiatum: qua de re cautum eſt lege Iuliâ peculatus, ne quis in aurum, *L. 1. ff. ad leg. Iul. pecul.*

 argen-

argentum, æs publicum quid indat, néve immiſceat. Et expreſſiùs lege Corneliâ, vt qui in aurum vitij quid addiderit, qui argenteos nummos adulterinos conflauerit, falſi crimine teneatur. Inde ærosa pecunia dicitur, quæ multum æris admixtum habet. Argentarius autem, vt auri vel argenti puritatem cognoſcat, illud in igne conflat. Illud porrò officium in Scripturâ ſacrâ Deo ipſi tribuitur, qui eo modo hominum CORDA probet, & examinet. Ita enim apud Malachiam ſcribitur de Chriſto: Ipſe enim quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullonum: & ſedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quaſi aurum, & quaſi argentum. Ignis autem, in quo Deus hominum CORDA probat, ex communi Patrum, & ſacræ Scripturæ ſenſu, eſt tribulatio, ſiue humiliatio. Vnde Eccleſiaſtici ſecundo, dicitur: In igne probatur argentum, homines verò receptibiles in camino humiliationis. Et Sapientiæ tertio, de Iuſtis ſcribitur: In paucis vexati, in multis benè diſponentur: quoniam Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos ſe. Tamquam aurum in fornace probauit illos. Diſce ergo, ô Anima mea, aduerſa non timere, aut illis imminentibus,

L. 9. ff. ad leg. Cornel. de falſa.

Malach. 3. 3.

Eccli. 2. 4.

Sap. 3. 5.

bus, nimio Animo contrahi; hæc enim qualis ſis probabunt.

CONSIDERA SECVNDO, Sicut ignis liquando aurum ab eo ſeparat alia metalla, oſtenditque an etiam verum aurum ſit: ita etiam tribulatio oſtendit probúmne, an reprobum ſit COR noſtrum in conſpectu Domini; vt per Ezechielem Dominus dicit: Eò quòd verſi eſtis omnes in ſcoriam, *Ezech.* propterea ecce ego congregabo vos in me- *22.20.* dio Ieruſalem, congregatione argenti, & æris, & ſtanni, & ferri, & plumbi in medio fornacis, vt ſuccendam in eâ ignem ad conflandum. Quod eleganter exponens Gregorius, ait: Purgare eos per ignem *Greg. 3.* tribulationis volui, & argentum illos vel *part. cu-* aurum fieri quæſiui; ſed in fornace mi- *ra paſt.* hi in æs, ſtannum, & ferrum, & plum- *cap. 14.* bum verſi ſunt: quia non ad virtutem, ſed ad vitia etiam in tribulatione prorupe-runt. Æs quippe dum percutitur, ampliùs metallis ceteris ſonitum reddit. Qui igitur in percuſſione poſitus, erumpit ad ſonitum murmurationis, in æs verſus eſt in medio fornacis. Stannum verò, cùm ex arte componitur, argenti ſpeciem mentitur. Qui verò ſimulationis vitio non caret in tribulatione, ſtannum factus eſt in fornace. Ferro autem vtitur, qui vitæ

proximi inſidiatur. Ferrum itaque in fornace eſt, qui nocendi malitiam non amittit in tribulatione. Plumbum quoque ceteris metallis eſt grauius. In fornace ergo plumbum inuenitur, qui ſic peccati ſui pondere premitur, vt etiam in tribulatione poſitus, à terrenis deſideriis non leuetur. Hinc rurſum ſcriptum eſt: Multo labore ſudatum eſt, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, neque per ignem. Ignem quippe nobis tribulationis admouet, vt in nobis rubiginem vitiorum purget: ſed nec per ignem rubiginem amittimus, quando & inter flagella vitio non caremus. Hinc Propheta iterùm dicit: Fruſtrà conflauit conflator, malitiæ eorum non ſunt conſumptæ, argentum reprobum vocate eos. Tribulatio ergo inſtruet te, an ſis plumbum, ferrum, ſtannum, æs; an verò argentum, an purum aurum: qualis erat S. Dauid, qui de fornace probationis egreſſus, dicebat: Probaſti COR meum, & viſitaſti nocte: igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas. Et S. Iob: Probauit me quaſi aurum, quod per ignem tranſit. Et Angelus Tobiæ dixit: Quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit vt tentatio probaret te. Dic ergo & tu cum Propheta: Proba me Domine,

Ezech. 24.12.
Ierem. 6. 28.
Pſ. 6. 3.
Iob 23. 10.
Tob. 12. 13.
Pſ. 25. 2.

Domine, & tenta me: vre renes meos, & Cor meum.

Considera Tertio, In fornace ignis aurum purificari, perfici, ac ſplendeſcere. Ad hoc autem admiſceri ſolet argento purgando plumbum, vt ex Ieremia patet: Defecit ſufflatorium, in igne conſumptum eſt plumbum, fruſtrà conflauit conflator. Plumbum, ait Mathiolus, miſcetur conflationi, quia plumbi adminiculo faciliùs metalla igni cedunt. Eodem hoc modo ſicut igne probatur argentum, ita Corda probat Dominus. Conflator enim Deus eſt, ignis autem tribulatio & tentatio, ſufflatorium diaboli inſtigantis afflatus, qui tentationis ignem accendit. Plumbum, quod maximè graue eſt, & præter aliorum metallorum morem, terræ infoſſum creſcit; nouiſſimæ mortis memoriam & metum ſignificare docet Cyrillus Alexandrinus. Mortis ſanè memoria accommodatiſſima eſt ad Cor præſeruandum, ne à tribulatione lædatur, ſed eâ magis expurgetur. Sicut enim aurum, ait Chryſoſtomus, in camino non læditur; ſic ſtabilem Animam tribulatio non lædit. Quid operatur caminus? aurum mundat: quid operatur

Ierem.6. 29.
Math li. 5.c.58.
Prouerb. 17.3.
Salaz. in prouerb.
Cyril.li. theſau.
Chryſoſt. hom.14. variis in Mat.loc.

tribulatio? tolerantiam, amplioremque patientiam: abſcindit enim diſſidium, & coadunat Animam, & ſobriorem reddit. Omne igitur gaudium exiſtimare debet pius homo, cùm in tribulationes varias inciderit, cùm per illas purgetur, & ad virtutis perfectionem magnis paſſibus prouehatur. Marcet ſine aduerſario virtus. Tunc apparet quanta ſit, quantum valeat, polleatque, cùm quid poſſit, patientia oſtendit. Nempe, vt cocti lateres, niſi vehementi igne coquantur, mox vbi aquam biberint, diſſoluuntur, & in minutiſſimas micas abeunt; igne autem, quo conſumendi viderentur, & in cineres redigendi, ita roborantur & obdureſcunt, vt nullâ aquâ diſſolui queant, fiantque ad ædificia aptiſſimi: ita omninò Iuſti, quos ingentes tribulationes frangere, & è ſtatu mentis dimouere poſſe cuipiam videbantur, ex eiſdem tantum Animi robur, fortitudinemque tantam concipiunt & acquirunt, vt nullis rerum aduerſarum fluctibus lædi queant, ſed ad ædificium ſpirituale maximè idonei reddantur, qui viui & electi lapides in eo fiant.

Iac. 1. 2.

Seneca l. de prouiden. c. 2.

Pint. dial. par. 1. dial. 4. cap. 3.

Pſal. 33. 20. CONSIDERA QVARTO, Tametſi graues & multæ ſint tribulationes iuſtorum, ne-

ceſſarium tamen eſſe, vt inuictâ patientiâ illas ſuſtineant, hac conſideratione muniti, quòd nondum omnis ſcoria à CORDIBVS eorum excocta ſit. Poteſt enim, Chryſoſtomo teſte, Deus omnia grauia hodie ſoluere; ſed donec nos purgatos videat, donec videat factam conuerſionem, & pœnitentiam firmam, & inconcuſſam, non diſſoluit tribulationem. Etenim Aurifex, donec aurum benè purgatum videt, de conflatorio non extrahit: ſic & Deus non abducit tribulationem, donec nos penitus emundauerit. Et S. Auguſtinus: Numquid lucet aurum in fornace Aurificis? in monili lucebit, patiatur ergo fornacem vt purgatum à ſordibus veniat ad lucem. Fornax mundus, palea iniqui, aurum iuſti, ignis tribulatio, Aurifex Deus; quod vult Aurifex facio, vbi me ponit tolero. Iubeor ego tolerare, nouit ille purgare, ardeat licet palea ad incendendum me, illa in cinerem vertitur, ego ſordibus careo. Quinimmò Caſſianus docet, viros ſanctiſſimos magnis infirmitatibus traditos, prò leuiſſimis quibuſque delictis, cùm in illis, ne tenuiſſimum quidem næuum in die Iudicij inueniri patiatur diuina clementia, omnem CORDIS eorum ſcoriam

Chryſoſt. hom. 4. ad pop. Antioch.

Aug. in Pſal. 61.

Caſsian. coll. 7. cap. 25.

ſcoriam excoquens in præſenti, vt eos, tamquam aurum vel argentum ignitum, ad illum perpetuitatem, nullâ indigentes pœnali purgatione, tranſmittat. Et excoquam, inquit, ad purum ſcoriam tuam: & auferam omne ſtannum tuum, & poſt hoc vocaberis ciuitas iuſti, vrbs fidelis. Sed & Auguſtinus: Sic etiam, inquit, de puro argento ſordidatur aurum, ſi admiſcetur illi: ſordeſcit enim aliquid cùm inferiori miſcetur naturę, quamuis in ſuo genere non ſordidæ. Sic Animus noſter quibuſdam ſordeſcit, quæ etſi ex ſuo genere munda ſint, tamen inferiora ſunt; atque in his etiam expurgandis igne opus eſt. Sæpè enim accidit, vt Deus hominem in labores, moleſtias, & tribulationes, quaſi in ignem coniiciat, vt Animum eius à quibuſdam infimis rebus minimè malis, aut turpibus ſecernat, & ad meliora traducat. Noli ergo abhorrere tribulationem, quæ tantum CORDI tuo bonum affert.

Iſa.1.25. *Aug. in Pſal. 61.*

CONSIDERA QVINTO, Quemadmodum aurum etſi duriſſimum, virtute ignis molle & flexile redditur; vt Aurifabri malleo in certam formam, verbi gratia, calicis, thuribuli, candelabri, phialæ, & crateris, efformari queat, immò etiam in laminas tenuiſſimas, & ſubtiliſſima fila ſubinde pro-

producatur : ita quoque COR hominis iuſti in camino tribulationis excoctum, & multis velut malleorum ictibus crebrò contuſum, magis ac magis dilatatur, vt à Deo optimo Artifice in omnem formam, iuxta ſanctiſſimum eius beneplacitum, facilè redigi poſſit. Docet id Auguſtinus, explanans illud Pſalmi: In tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ: Ductiles, ait, tubæ, æreæ ſunt, quæ tundendo producuntur. Si tundendo, ergo vapulando eritis tubæ ductiles in laudem Dei productæ. Sic cùm tribulamur, tribulatio, tunſio; profectus, productio eſt. Quomodo ſonuit, & quàm ſuauiter tuba ductilis, qui in tribulatione percuſſus, gratias agit? Ecce, inquit fabricator Deus, illam tubam perficere volo: non perficiam, niſi fundam. Malè ſonabat antè quàm produceretur. Nunc productus, & facta tuba ductilis, laudes Dei ſonabit, quæ anteà blaſphemias intonuit. Diſce ergo, ô Anima, in aduerſis & tribulationibus non obmurmurare, non conqueri de Deo; ſed magis lauda Deum, quia ex ſpina quâ pungeris, naſcitur roſa quâ coroneris. Id enim quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.

Pſal. 97. 6.

Aug. in Pſal. 9.

Idem in Pſal. 52.

Quin-

2.Cor.4. 17. Quinimmò non ſunt condignæ paſſiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Age igitur Anima, quantumuis in camino probationis COR tuum diutiùs crucietur, gratias Deo age: & cum tribus pueris in fornace ardenti concluſis lauda, glorifica, & benedic Dominum Deum cæli & terræ. Non enim comburetur COR tuum in medio flammæ ardentis, ſed purius, illuſtrius, & glorioſius inde egredietur.

LE-

ROMA

Digitized by Google



CORDIS SCRVTINIVM.

Prauum eſt COR omnium et inſcrutabile. Quis cognoſcet illud? Ego Dominus ſcrutans COR et renes. *Jerem. 17. 9.*

Solus ego immenſam CORDIS perſcrutor abyſſum,
Nautica quam potis eſt haud penetrare bolis.

19. *Pag. 255.*

Digitized by Google

LECTIO XIX.

CORDIS Scrutinium. 19. EMBL.

Prauum eſt COR *omnium, & inſcrutabile; quis cognoſcet illud? Ego Dominus ſcrutans* COR *& renes.*
Ierem. 17.9.

Solus ego immenſam CORDIS *perſcrutor abyſſum,*
Nautica, quam potis eſt haud penetrare, bolis.

CONSIDERA PRIMO, Humani CORDIS Arcana adeò homines latere, vt nullus ea cognoſcere queat. Quare Propheta COR hominis inſcrutabile nominauit, Verè enim eſt, vt Bernardus dixit, abyſſus multa. Sicut enim abyſſus exhauriri non poteſt, ſic COR hominis à cogitationibus ſuis euacuari non poteſt; ſed continuò volubilitate in eo voluuntur. Mare magnum eſt, & ſpatioſum manibus: illic reptilia, quorum non eſt numerus. Sicut enim reptile latenter repit, & ſinuoſis anfractibus huc & illuc deambulat: ita conſcientiam hominis venenatæ cogi-

Ier. 17.9
Bernard. tract. de int. dom. cap. 44.
Pſal. 103 25.

Ioan. 3.8 cogitationes intrant,& exeunt; vt neſciant homines vnde veniant, aut quò vadant. Hoc benè cognouerat qui dicebat : *Prauum eſt* COR *hominis, & inſcrutabile :*
Ier. 17.9
& quis cognoſcet illud ? Quòd ſcrutationem non recipit, nec cognitionem COR hominis, etiam Auguſtino
Aug. in Pſal. 41.
abyſſus eſt. Si profunditas, inquit,eſt abyſſus, putamus quòd COR hominis abyſſus eſt. Quid enim eſt profundius hac abyſſo ? loqui homines poſſunt, videri poſſunt per operationem membrorum, audiri in ſermone,ſed cuius cogitatio penetratur? cuius COR inſpicitur ? Quid intus gerat,quid intus poſſit, quid intus agat, quid intus diſponat, quid intus velit, quid intus nolit, quis comprehendet ? Hinc Philoſophus quidam optabat CORDA hominum eſſe vitrea, vt fundus eorum perſpici poſſet; ne quis in illo dolus, vel fraus reſideret. Eâdem de causâ Momus, apud Lucianum in
Lucianus in Hermot.
Hermotymo,reprehendit Vulcanum;quòd homini non dederit COR feneſtratum, atque perſpicuum. S. Macharius quoque dixit : COR eſſe infinitæ profunditatis, in
S. Mach. hom. 15.
quo ſint triclinia, cubicula, fores, veſtibula : ad quæ nulli hominum pateat acceſſus. Quare latebræ eius, nulli prorſus perſpectæ ſunt.

CON-

CONSIDERA SECVNDO, Solius Dei
eſſe, intimas CORDIS cogitationes perno-
ſcere: omnia enim CORDA ſcrutatur Do- *1.Paral.*
minus, & vniuerſas mentium cogitationes *28.9.*
intelligit. Quinque enim habet Deus the-
ſauros abſconditos, quos ita ſibi ſoli aſſer-
uat, vt eorum clauem nulli alteri vnquam
tribuat. Primus eſt, creatio ex nihilo; quæ
ita cuiuſcumque creaturæ poteſtatem ex-
cedit, vt nemini, præterquam ſoli Deo, at-
tribui valeat: vnde ſolus Creator omnium
vocatur. Secundus eſt, gloria & honor; qui
ipſi à creaturis debetur, dicente Apoſtolo: *1.Tim.1*
Soli Deo honor & gloria. Et ipſe Domi- *17.*
nus: Gloriam meam alteri non dabo. Ter- *Iſa.42.8*
tius eſt, iniuriarum vindicta: Mihi vindi- *Heb.10.*
ctam, & ego retribuam, dicit Dominus. *30.*
Quartus, determinatum tempus extremi
Iudicij de quo Chriſtus Dominus: De die *Mat 24.*
autem illâ & horâ nemo ſcit, neque Angeli *36.*
cælorum, niſi ſolus Pater. Quintus theſau-
rus eſt, cogitationum CORDIS cognitio;
vnde Deus apud Prohetam ait: Ego Do- *Ier.17.9*
minus, ſcrutans COR & renes. Altiſſimè
proinde CORDI noſtro imprimendum eſt,
Deum penitiſſimos eius receſſus intueri;
ideoque nihil cogitatione voluendum,
quod oculis omnia inſpicientis Dei diſpli-
cere crediderimus. Quamuis enim Domi-

nus ſit in cælo,in aula ſancta ſua; tamen,vt ex Prudentio canit Eccleſia,

Speculator aſtat deſuper,
Qui nos diebus omnibus,
Actuſq́; noſtros proſpicit,
A luce prima in veſperum.

Quantâ verò diligentiâ vel vnius ſolius hominis actiones contempletur, Auguſtinus agnouit; qui ita Deum alloquitur: Sic greſſus meos ſemitaſque conſideras, & die noctuque ſuper cuſtodiam meam vigilas, omnes ſemitas meas diligenter notans, Speculator perpetuus, veluti ſi totius creaturæ tuæ cæli & terræ oblitus, tantùm me ſolum conſideres, & nihil ſit tibi curæ de aliis. Neque enim tibi creſcit lux incommutabilis viſionis tuæ, ſi tantùm vnum aſpicias; neque minuitur, ſi innumera videas, & diuerſa. Sed perge vlteriùs, Anima mea, cum eodem Auguſtinô conſiderare, quàm accurato ſcrutinio intima CORDIS tui Deus rimetur. Quicquid (inquit) facio,ante te facio; & illud quicquid eſt quod facio, meliùs tu vides, quàm ego qui facio. Quicquid enim ſemper operor, tu pariter ſemper præſens ades; vtpote perpetuus inſpector omnium cogitationum, intentionum, delectationum,& operationum mearum. Et non ſolùm

Aug. ſoliloq. cap. 14.

Ibid.

lùm intentionem, ſed radicis eius medullam intimam diſertiſſimâ tuæ lucis veritate colligis, numeras, intueris, & conſignas; vt reddas vnicuique, non ſolùm ſecundùm opera, vel intentionem, ſed etiam ſecundùm ipſam interiorem abſconditam medullam radicis, de qua procedit intentio operantis. Hoc eſt fortè, quod iam dixiſti nobis: Conſiderabo nouiſſima eorum. Et *Deut.* 32
quod de te Domine dicitur: Vniuerſorum 20.
finem ipſe conſiderat, quoniam tu quidem in omnibus, quæ agimus, finem intentionis magis, quàm actum operationis attendis.

CONSIDERA TERTIO, Impiam prorſus eſſe malorum hominum perſuaſionem, qui vt peccatis ſuis fræna laxent, fingunt Deo incognita eſſe abſcondita CORDIS: & quòd præuaricantes ab eo non videantur. Hos Iſaias vocat profundos CORDE: Væ qui profundi eſtis CORDE, vt à *Iſa.* 29.
Domino abſcondatis conſilium: quorum 15.
ſunt in tenebris opera, & dicunt: Quis videt nos, & quis nouit nos? Pluribus porrò eoſdem perſtringit Eccleſiaſticus: Omnis *Eccli.* 23.
homo qui tranſgreditur lectum ſuum, con- 25.
temnens in Animam ſuam, & dicens: Quis me videt, tenebræ circumdant me, & parietes cooperiũt me, & nemo circumſpicit me,

 quem

quem vereor; delictorum meorum non memorabitur Altiſſimus. Et non intelligit quoniam omnia videt oculus illius, & non cognouit quoniam oculi Domini multò plus lúcidiores ſunt ſuper Solem, circumſpicientes omnes vias hominum, & profundum abyſſi, & hominum CORDA intuentes in abſconditas partes. Domino enim Deo antequam crearentur omnia ſunt agnita: ſic & poſt perfectum reſpicit omnia. Quid luculentiùs dici potuiſſet? ſed ne Ethnicos quidèm hæc veritas latuit. *Laërt. in eius vita.* Thales enim Mileſius percunctatus, an facta hominum Deos fallerent? Ne cogitata, inquit, vt non ſolùm manus, ſed etiam mentes puras habere debeamus: cùm ſecretis cogitationibus noſtris cæleſte Numen adeſſe credimus. Hinc Ægyptij Deum hieroglyphicis notis adumbrare volentes, oculum pingebant ſceptro incumbentem, ſignificantes Deum omnia regere, omnia videre. Oculatior enim eſt ficto Poëtarum Argo, & ſymbolicis illis animalibus, quæ *Apoc. 4. 6.* plena ſcribuntur oculis antè & retrò. Ille igitur tam perſpicax, intima CORDIS penetralia diligentiſſimis oculis ſcrutatur, videtque quid in illis lateat. Danda igitur opera eſt, ne quid irrepat in COR noſtrum, quod vel minimam mali ſpeciem habeat. Sæpè enim

enim COR nobis rectum videtur, quod tamen CORDIS ſcrutatori Deo prauum, diſtortum, & malum iudicatur.

CONSIDERA QVARTO, Non tantùm Deo perſpecta eſſe opera & cogitationes CORDIS humani, ſed ea etiam publicè reuelanda in extremo Dei Iudicio: Tunc enim illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia CORDIVM. Tunc fundum CORDIS omnibus erit perſpicuum; tunc in ipſo CORDE, quaſi in conſcriptâ ſcedulâ, legetur quidquid homo vmquam fecit, dixit, cogitauit. Tunc, ſecundùm Danielem, libri conſcientiarum aperientur, ſcripti non atramento, ſed flagitiorum inquinamento, inquit Ambroſius. Sed Baſilium de his loquentem audiam: Quæ priùs corpore, quaſi veſte contecti, minimè habere putabamur, ea nudata ſe omnium oculis ingerent, nulluſque iam vel negationi, vel defenſioni erit locus; quando ipſa cernentur opera in ſuo Auctore conſpicua. Non enim confusè, ſed ſingula per partes, vt ſeſe habeant, velut in pictura, noſcentur. Et Sanctus Ephrem: Vnuſquiſque cernet ante faciem ſuam expoſita opera ſua, ſiue bona illa, ſiue mala præmiſit. Formidabiles libri aperientur, in quibus ſcripta ſunt opera noſtra, & actus, & verba: & quæ-

1. Cor. 4. 5.

Ambr. in Pſal. 1.

Baſil. lib. de vera virgin.

Ephrem lib. de vera pœnit. c. 4.

cumque egimus in hac vita; nec ſolùm actus, ſed & cogitationes, & intentiones CORDIS. Quid tunc nobis miſeris fiet (ait Chryſoſtomus) cùm omnia orbi vniuerſo palàm facta, in tam aperto, tamque illuſtri theatro denudata, hominum partim nobis cognitorum, partim incognitorum oculis ſubiicientur? Vnuſquiſque, cum Ambroſio, dicere poſſet: Væ mihi, quia latere cupio, & latere non poſſum! quomodo enim latebo, qui inſcripta in pectore meo gero meorum indicia peccatorum? Quòd ſi tum in libro CORDIS noſtri bona opera deſcripta inuenire velimus; ſatagamus modò, vt ſemper bonas cogitationes in CORDE foueamus, immò Deum, CORDIS ſcrutatorem, ſupplices inuocemus, vt ſemper rationabilia meditantes, eo inſpirante, cogitemus quæ recta ſunt; eodemque gubernante, & illa faciamus. Pro quo hîc ſubnectitur

Chryſoſt. hom. 5. in Epiſt. ad Rom.

Ambr. in Apolog. Dauid.

Miſſale Rom.

ORATIO ECCLESIÆ.

DEVS, *cui omne* COR *patet, & omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet ſecretum; purifica per infuſionem Sancti Spiritus, cogitationes* CORDIS *noſtri: vt te perfectè diligere, & dignè laudare mereamur.*

LE-

ROMA

Digitized by Google



CORDIS RECTIFICATIO.

Rectis CORDE Lætitia. Pſal. 96. u.

Ad rectam, perſæpe, mei, COR, Cordis, amuſſim;

Si rectum cupias, exige nata, tuum.

20. *Pag. 263.*

LECTIO XX.

Cordis Rectificatio. Embl. 20.

Rectis Corde *lætitia.*
Pſalm.96. 11.

Ad rectam, perſæpè mei, Cor, Cordis,*amuſſim,*
Si rectum cupias, exige, nata, tuum.

Consider Primo, Vltra ſuprà dicta examina, Amatorem Cordivm Deum, alio etiam modo oblati ſibi Cordis explorare integritatem. Nam inſtar fabrorum cæmentariorum, & Architectorum, ad libellam, regulam, & amuſſim, Cordis rectitudinem explorat. Voluntas Dei, ait Auguſtinus, ſic eſt, quomodo regula. Ecce, puta, torſiſti regulã; vnde habes corrigi? Illa autem integra manet: regula eſt enim incommutabilis. Quàm diu integra eſt regula, habes quo te connectas, & corrigas prauitatem tuam: habes vnde corrigas, quod in te tortum eſt. Atque hinc definit rectos Corde eſſe, qui ſequuntur in hac vita voluntatem Dei, non ei reſi-

Auguſt. in Pſ.93

Idem in Pſal. 35. conc.1.

Idem in ſtantes, neque diffidentes. Et rectum
*Pſ.*100. COR dicitur hominis, qui omnia quæ vult
Deus, ipſe vult. Rectus eſt enim Deus: &
ideò COR recto adhærens, tamquam in
commutabili regulæ, rectum quoque di-
Idem in citur. Diſtortum verò & prauum COR
Pſ. 146. vocat, quod non ſe corrigit ad Deum, &
Idem in Deum vult diſtorquere ad ſe. Quomodo
*Pſal.*31. diſtortum lignum, etſi diſponas in paui-
mento æquali, non collocatur, non com-
paginatur, nec adiungitur; ſed ſemper agi-
tatur & nutat, non quia inæquale eſt, vbi
poſuiſti; ſed quia diſtortum eſt quod po-
ſuiſti; ita & COR tuum, quàm diu prauum
eſt, & diſtortum, non poteſt colliniari
rectitudini Dei; & non poteſt in illo col-
1.*Cor.*6 locari, vt hæreat illi, & fiat rectum. Qui
17. autem adhæret Domino, vnus Spiritus
*Pſal.*77. eſt. Generatio autem praua, quæ non di-
8. rexit COR ſuum, non eſt creditus cum
Deo Spiritus eius. De his erat Simon Ma-
*Actor.*8. gus, cui Petrus Apoſtolus dixit: Non eſt
22. tibi pars, neque ſors in ſermone iſto: COR
enim tuum non eſt rectum cum Deo. Ibi
enim oſtendit, quia non poteſt eſſe re-
ctum ſine Deo. Si ergo ſubrepſerit tibi hu-
mana infirmitas, & cœperis aliud velle,
quàm Deus vult: videas prauitatem COR-
DIS tui extra regulam; figas illud ad regu-
lam,

Digitized by Google

lam,& dirigatur in Deum COR tuum,quod in homine cœperat eſſe prauum, vt fiat rectum ſecundùm Deum.

CONSIDERA SECVNDO, Hanc eſſe in hominibus magnam & vſitatam peruerſitatem, quia cùm debeant viuere ipſi ſecundùm voluntatem Dei, Deum volunt viuere ſecundùm voluntatem ſuam. Et cùm ipſi nolunt corrigi, illum volunt deprauari: rectum non arbitrantes quod ille vult, ſed quod ipſi volunt. Voluntas Dei eſt aliquando vt ſanus ſis: aliquando vt ægrotes. Si quando ſanus es, dulcis eſt voluntas Dei, & quando ægrotas, amara eſt voluntas Dei: non recto CORDE es. Quare? quia non vis voluntatem tuam dirigere ad voluntatem Dei, ſed Dei vis curuare ad tuam. Sic agens, eris inſulſus puer in domo patris, amans patrem ſi tibi blanditur; & odio habens, quando te flagellat: quaſi non & blandiens, & flagellans hereditatem paret? Quapropter inter rectum COR, & prauum COR hoc intereſt: Quiſquis homo quidquid patitur præter ſuam voluntatem, afflictiones, mœrores, labores, humiliationes, non tribuit niſi voluntati Dei iuſtæ, non illi dans inſipientiam, quòd quaſi neſciat quid agat, quia talem

Auguſt. in Pſ. 48

Idem in Pſal. 35.

Idem in Pſal. 31.

Idem in Pſ. 100. ſtantes, neque diffidentes. Et rectum COR dicitur hominis, qui omnia quæ vult Deus, ipſe vult. Rectus eſt enim Deus: & ideò COR recto adhærens, tamquam in commutabili regulæ, rectum quoque dicitur. *Idem in Pſ. 146.* Diſtortum verò & prauum COR vocat, quod non ſe corrigit ad Deum, & *Idem in Pſal. 31.* Deum vult diſtorquere ad ſe. Quomodo diſtortum lignum, etſi diſponas in pauimento æquali, non collocatur, non compaginatur, nec adiungitur; ſed ſemper agitatur & nutat, non quia inæquale eſt, vbi poſuiſti; ſed quia diſtortum eſt quod poſuiſti; ita & COR tuum, quàm diu prauum eſt, & diſtortum, non poteſt colliniari rectitudini Dei; & non poteſt in illo collocari, vt hæreat illi, & fiat rectum. *1. Cor. 6 17.* Qui autem adhæret Domino, vnus Spiritus eſt. *Pſal. 77. 8.* Generatio autem praua, quæ non direxit COR ſuum, non eſt creditus cum Deo Spiritus eius. De his erat Simon Magus, *Actor. 8. 21.* cui Petrus Apoſtolus dixit: Non eſt tibi pars, neque ſors in ſermone iſto: COR enim tuum non eſt rectum cum Deo. Ibi enim oſtendit, quia non poteſt eſſe rectum ſine Deo. Si ergo ſubrepſerit tibi humana infirmitas, & cœperis aliud velle, quàm Deus vult: videas prauitatem CORDIS tui extra regulam; figas illud ad regulam,

lam, & dirigatur in Deum COR tuum, quod in homine cœperat eſſe prauum, vt fiat rectum ſecundùm Deum.

CONSIDERA SECVNDO, Hanc eſſe in hominibus magnam & vſitatam peruerſitatem, quia cùm debeant viuere ipſi ſecundùm voluntatem Dei, Deum volunt viuere ſecundùm voluntatem ſuam. Et cùm ipſi nolunt corrigi, illum volunt deprauari: rectum non arbitrantes quod ille vult, ſed quod ipſi volunt. Voluntas Dei eſt aliquando vt ſanus ſis: aliquando vt ægrotes. Si quando ſanus es, dulcis eſt voluntas Dei, & quando ægrotas, amara eſt voluntas Dei: non recto CORDE es. Quare! quia non vis voluntatem tuam dirigere ad voluntatem Dei, ſed Dei vis curuare ad tuam. Sic agens, eris inſulſus puer in domo patris, amans patrem ſi tibi blanditur; & odio habens, quando te flagellat: quaſi non & blandiens, & flagellans hereditatem paret? Quapropter inter rectum COR, & prauum COR hoc intereſt: Quiſquis homo quidquid patitur præter ſuam voluntatem, afflictiones, mœrores, labores, humiliationes, non tribuit niſi voluntati Dei iuſtæ, non illi dans inſipientiam, quòd quaſi neſciat quid agat, quia talem flagel-

Auguſt. in Pſ. 48

Idem in Pſal. 35.

Idem in Pſal. 31.

flagellat, & talibus parcit; ipſe eſt rectus CORDE. Peruerſi autem CORDE ſunt, & praui, & diſtorti, qui omnia quæ patiuntur mala, iniquè ſe pati dicunt, dantes illi iniquitatem, per cuius voluntatem patiuntur: aut quia non audent ei dare iniquitatem, auferunt ei gubernationem. Quia ipſe, inquit talis, non poteſt facere iniquum; iniquum autem eſt, vt ego patiar, & ille non patiatur: concedo enim vt ſim peccator, certè ſunt peiores qui lætantur, & ego tribulor: quia ergo hoc iniquum eſt, vt etiam peiores me lætentur, & ego tribuler, qui aut iuſtus, aut minus peccator quàm illi ſum: & certum eſt apud me, quia Deus non faciet iniuſtum. Deus non gubernat res humanas, nec cura eſt illi de nobis. Ergo praui CORDE, id eſt, diſtorti CORDE, tres habent ſententias: aut non eſt Deus, dixit enim ſtultus in CORDE ſuo;
Pſ. 31. 1. Non eſt Deus: aut iniuſtus Deus eſt, cui hæc placent, & qui hæc facit: aut non gubernat Deus res humanas, nec cura eſt illi de omnibus. In iſtis tribus ſententiis magna impietas eſt. Caue ergo Anima, hanc impietatem, ne diſtorto CORDE cum Deo tuo non conſentias.

CONSIDERA TERTIO, Quo ad praxim & exercitium huius virtutis, imitari nos debere

debere Heliotropium, de quo eleganter Plinius: Heliotropij miraculum, inquit, ſæpiùs diximus, cum Sole ſe circumagentis, etiam nubilo die: tantus ſideris amor eſt. Noctu verò velut eius deſiderio contrahit cæruleum florem. Sol noſter, voluntas Dei eſt: hæc nobis non ſemper extra nubem illucet, ſerenis turbidi dies miſcentur, quos pluuiæ, venti, grandines infeſtant. Nemo Chriſtianorum eſt, qui non ſæpiùs ſentiat hanc cæli grauitatem & turbulentas tempeſtates. At nos, inſtar Heliotropij, cum Sole noſtro, cum diuina voluntate, noſipſos circumagamus, diebus etiam nubilis; tantus ſit noſtri ſideris illius amor. Talis fuit Sanctus Iob, qui in mediis ærumnis dicebat: Dominus dedit, Dominus abſtulit: ſicut Domino placuit, ita factum eſt: ſit nomen Domini benedictum. Et: Si bona ſuſcepimus de manu Dei, mala quare non ſuſtineamus? Ecce rectum Cor, ait Auguſtinus, nam quia fixum Cor eius erat in Domino, ideò rectum. Quia enim rectus eſt Deus; quando in illo figis Cor, forma tibi fit, vt ſit tibi Cor rectum. Conformauerat ſe huic formæ Sancta Gertrudis, quæ graui infirmitate detenta, cùm ei Dominus appareret, vnâ manu ferens ſanitatem, altera

Lib. 22. Hiſt. nat. cap. 21.

Drexel. de conformit. volunt. lib. 2. cap. 2.

Iob 1. 21.

Idem 2. 10.

Auguſt. in Pſal. 93.

Inſinuat. diuin. li. 3 c. 53.

terâ infirmitatem, vt vtram mallet, eligeret: illa vtraſque reſpuens, ac inter vtraſque Domini manus, procedens in feruore Spiritus, accedebat ad COR illius, ipſius laudabiliſſimam inquirens voluntatem, ac dicebat: Toto CORDE deſidero, vt non meam reſpicias voluntatem; ſed tuum in omnibus

Lib. 3. diſſert. cap. 26. beneplacitum circa me perficias. Sed, quod vehementer admireris, Epictetus Ethnicus Philoſophus in hoc ſenſu ſe fuiſſe ſcribit Appetitum meum, inquit, obedientem prębui Deo: vult ille me febricitare? volo & ipſe. Vult me aliquâ re potiri? volo & ipſe. Non vult? nolo. Mori me vult? mori igitur volo. Quis adhuc me prohibere poteſt contra meam ſententiam, aut cogere? Vir prudens ita rem conſiderat, hanc rationem ſecum init; ſi Deo ſe dediderit, ſe iter tutò confecturum. Quid eſt iſtud, dedere ſe Deo? vt quod ille voluerit, & ipſe velit; & quod ille noluerit, & ipſe nolit. Quî ergo iſtud fiet? quomodo fieret aliter, niſi conſiderandâ Dei voluntate &

Idem lib. 4. diſſ. cap. 7. adminiſtratione. Idemque alibi: Melius, inquit, illud iudico quod Deus vult, quàm quod ego. Adhæreo illi vt Miniſter & pediſſequus: cum illo deſidero, cum illo expeto. Denique quod ille vult, idem & ipſe volo. Imitemur hanc vocem, vel

potiùs

potiùs cum Chriſto dicamus: Non mea *Luc.22.*
voluntas, ſed tua, ô Deus: fiat. Et meus 42.
cibus eſt, vt faciam voluntatem Dei Pa- *Ioan.4.*
tris. 34.

CONSIDERA QVARTO, Quemad-
modum in maioribus ciuitatibus, plerum-
que Horologium quoddam primarium
eſt, ad quod cetera omnia vt plurimum di-
riguntur: ita prorſus æquiſſimum eſt, vt
noſtra nos horologiola, voluntatem quiſ-
que noſtram, ad illud ſupremum, cæ-
leſte, magnitudinis infinitæ Horolo-
gium, hoc eſt, ad diuinam voluntatem
attemperemus. Vt enim Thomas à Kem-
pis ait: Nihil Domine, amatorem tuum, *Thom. à*
& cognitorem beneficiorum tuorum, *Kemp. de*
ita lætificare debet, ſicut voluntas tua *imitat.*
in eo, & beneplacitum æternæ diſpo- *Chriſti.*
ſitionis tuæ. Nam voluntas tua, & *lib.3.*
amor honoris tui, omnia excedere de- *cap.22.*
bet; & plus eum conſolari, magiſque pla-
cere, quàm omnia beneficia ſibi data,
vel danda. Idemque Chriſtum ita con-
ſulentem inducit: Opta ſemper, & ora, *Idē cap.*
vt voluntas Dei integrè in te fiat. Ecce 23.
talis homo ingreditur fines pacis & quie-
tis. Quòd ſi vlteriùs praxim & modum
huius conformitatis cum diuinâ volun-
tate requiras, audi Deum ipſum S. Catha-

rinæ

S. Cath. Senenſ. in Dial. rinæ Senenſi ita loquentem: Ad perfectionem ſi peruenire deſideras, tibi eſt in ſummâ humilitate perſtandum, & ex verâ atque intimâ miſeriæ & inopiæ tuæ cognitione, id vnum iugiter, vehementerque affectandum, vt mihi ſoli pareas, meamque ſolius voluntatem obſerues. Quò autem id præſtare queas, neceſſe eſt, vt per mentis conceptum, & Animi exiſtimationem, tibi habitaculum circum vndique concameratum, ex ſolius meæ voluntatis materia conſtruas; teque eo includas, & ſemper inhabites, vt quocumque eas, numquam egrediaris; quocumque proſpicias, numquam extra aſpicias; ſed tuos mentis & Corporis ſenſus mea ſemper circumſtet voluntas, nec quicquam aliud loquaris, cogites, aut efficias, niſi quod mihi placet, & meæ eſſe voluntatis credas; ſicque te quidquid agendum erit, Sanctus Spiritus edocebit.

Pſ. 72. 1. CONSIDERA QVINTÒ, Quàm bonus Iſraël Deus his, qui recto ſunt CORDE! Vt enim taceam immenſos fructus diuini huius exercitij, id ſanè per illud fideles Dei ſerui aſſequuntur, vt maximo in gaudio perpetuò verſentur: Non enim contriſtabit iuſtum quidquid acciderit ei. Et rectis CORDE lætitia. Atque ita Sanctus

Prouerb. 12. 21. Pſal. 96. 11.

ctus Paulus dicebat: Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione noſtra. Quia, vt ait Ambroſius, non frangitur Sapiens doloribus Corporis, nec vexatur incommodis; ſed etiam in ærumnis beatus manet. Quia non in delectatione Corporis vitæ beatitudo, ſed in conſcientia pura ab omni labe. Hæc autem conſcientiæ ſecuritas, ex eo oritur, quòd voluntas noſtra cum Dei voluntate optimè conſentiat. Quare Catharina illa Senenſis, Virgo ſanctiſſima dicere ſolebat: Bonæ mentis homines eſſe quàm ſimillimos Seruatori noſtro, qui, vti beatitudinem Animæ in ipſis etiam tormentis numquam amiſit; ita nec illos eam perdere: cùm hæc conſiſtat in conformatione propriæ voluntatis cum diuinâ. Optimè ergo dixit Sanctus Dorotheus: Eum qui diuinam voluntatem in omnibus ſequi conatur, in curru vehi cum omnibus Crucibus ipſi alioqui ferendis; alios qui hanc itineris agendi rationem & compendium ignorant, ponè ſequi pedites, & oneroſas Cruces aut moroſè trahere, aut laborioſè ferre. Itaque expeditus & gaudens homo voluntati Dei conformis, per medias ærumnas ad cæleſtem patriam ſecurus pergit: Lætamini ergo in Domino, & exultate,

2. Cor. 7. 4.

Lib. 1. de Iacob. cap. 8.

Drexel. de conf. volunt. lib. 3. cap. 6.

Doroth. Serm. de obedien.

Pſal. 96. 11.

iuſti: & gloriamini omnes recti CORDE.

OBSERVET hîc ſtudioſus huius Scholæ Diſcipulus, in omni Oratione, hac reſignatione vtendum eſſe, quam nos Chriſtus Dominus, cùm in horto orans, tùm in Oratione Dominica docuit, præſcribens dicendum: Fiat voluntas tua, ſicut in cælo, & in terra. B. Gertrudis volens omnia Chriſti membra ſalutare, trecenties ſexagies quinquies dicebat: O benigniſſime Ieſu, fiat voluntas tua, & non mea. Atque hoc Deo ſacrificium longè omnium gratiſſimum eſſe intellexit. Narrat Alphonſus Salmeron fuiſſe hominum, qui Orationis loco, totum ordine Alphabetum recitarit (vtique perplexâ neceſſitate preſſus) & hanc appoſuerit clauſulam: Domine, iunge tu litteras, & quod tibi magis placet, mihique magis expedit, largire. Cùm quidam Fratres, vt Ruffinus refert, quemadmodum orarent, B. Macharium requiſiſſent, reſpondit illis dicens: Non ſunt nobis neceſſaria ſuperflua verba, ſed extendere tantùm manus, ac dicere debemus: Deus, quomodo vis, & ſicut tibi placet, ita fiat. Optimus orandi modus. Nam & Pachomius aſſiduè precabatur, vt Domini voluntas in omnibus impleretur.

Matth. 6 10. *Salmer. tom. 10. tract. 11* *Ruffin. in vit. Pat. lib. 3. nũ. 207.*

FINIS LIBRI SECVNDI.

SCHO-

SCHOLÆ CORDIS LIBER TERTIVS.

Dei erga Cor *humanum beneficia.*

QVARTA CLASSIS.

Cordis illuminatio,& Spiritualis profectus.

QVÆ ad hanc Claſſem, poſt diligens examen, promota eſt Anima, Illuminatiuam viam ingreditur; atque inter Proficientes receſeri deinceps meretur. Hic enim Sponſæ vinea, quæ anteà floruit, optatos iam fructus profert. Teſte enim Gregorio, vineæ florent, cùm Corda fidelium bona opera proponunt; ſed fructum non pariunt, ſi ab eo quod propoſuerint, aliquibus terroribus victi infirmentur. Fructus igitur bonorum operum, & virtutum exercitia in hac Claſſe proponuntur: nec iam ampliùs inquiritur, an vinea floruerit; ſed quaſi præteritâ iam floritione, abſolutè dicitur: Gregor. lib. 12. Moral. cap. 26.

Cant. 2. 13. *Vinea noſtra floruit. Et: Vineæ florentes dederunt odorem ſuum. Hæc fragrantia ex vitis floritione fluit iam adultâ, quando nimirùm floſculi incipiunt prodere minutas, & adhuc planè acerbas gemmulas uvarum, quæ ſenſim Solis ardore in perfectos racemos matureſcunt. Vinea ergo in hoc ſtatu à Bernardo ſic deſcribitur: Vt ſit in fide plantata, in charitate radicata, defoſſa ſarculo diſciplinæ, ſtercorata Pœnitentium lacrymis, rigata Prædicantium verbis, & ſic ſanè exuberans vino, in quo eſt lætitia; ſed non luxuria: vino totius ſuauitatis, nullius libidinis. Huius vineæ dicamus fidem, vitem; virtutes, palmites; botrum, opus; deuotionem, vinum. Quæ quidem omnia, COR ad illuminationem & ſpiritualem profectum diſponunt: & talia ſunt ea, quæ ſequentibus Lectionibus elucidantur.*

Bernard. Serm. 30 in Cant.



LE-



ROMA

Digitized by Google



CORDIS RENOVATIO.

Dabo uobis COR nouum, et ſpiritum nouum ponam in medio ueſtri. *Ezech. 36. 26.*

Cui noua cuncta placent, vetus ô, COR, pone; nouumq;,
Quod tibi pro veteri ſponſa repono, cape.

21. *Pag. 275.*

Digitized by Google

LECTIO PRIMA.

CORDIS Renouatio. Embl. 21.

Dabo vobis COR *nouum, & Spiritum nouum ponam in medio veſtri.*
Ezech. 36. 26.

Cui noua cuncta placent, vetus, ô, COR pone, nouumq́;,
Quod tibi pro veteri, Sponſa repono, cape.

CONSIDERA PRIMO, Dilectum
tuum deſiderare, vt renoueris *Epheſ.4.*
Spiritu mentis tuæ, & induas no- 24.
uum hominem, qui ſecundùm
Deum creatus eſt in iuſtitiâ & ſanctitate
veritatis. Quare admonet Apoſtolus eius, vt
deponas ſecundùm priſtinam conuerſatio-
nem veterem hominem, qui corrumpitur
ſecundùm deſideria erroris; & fias in Chri- *2. Cor.*
ſto noua creatura. Non potes autem noua 5.17.
creatura, nouuſque homo fieri, niſi COR ac-
cipias nouum. Renouatio enim hæc magis
interior, quàm exterior eſt, & niſi à COR-
DE procedat, permanet homo in vetuſta-
te ſua. Ideò Deus admonens peccatores ad
pœnitentiam, præſcribit vt COR nouum *Ezech.*
ſibi faciant: Proiicite, inquit, à vobis 18.31.

omnes præuaricationes veſtras, in quibus præuaricati eſtis, & facite vobis COR nouum, & Spiritum nouum; & quare moriemini domus Iſraël? Indicans ſine dubio peccatorem moriturum, niſi faciat ſibi COR nouum. Ex quo iam facilè vides, quanta neceſſitas indicta tibi ſit renouandi COR tuum. COR enim peccati fæcibus pollutum, emundari nullatenus poteſt, niſi omninò innouetur. Nam vt æneam, fuſilemque ſtatuam omninò deturpatam, fœdeque mutilatam, Artifex priſtino ſplendori nequit reddere, nî ea in partes diffracta, igne liquefacta, nouæque formæ aptata, nouo labore fundatur, & expoliatur: ita humanum COR ſpurcitiis contaminatum, priſtinæ dignitati numquam plenè reſtituetur, niſi per contritionem priùs diffringatur, igne diuini amoris liqueſcat, & à Dei manu renouetur, iterumque quaſi creetur. Id verò per diuinæ gratiæ infuſionem, in iuſtificatione peccatoris, efficitur. Ex quo capite, augetur quoque neceſſitas renouandi COR. Cùm enim pretioſiſſimi illius vini, diuinæ gratiæ receptaculum ſit, mundum ſine dubio eſſe debet. Quare Christus Dominus dicebat: Non mitti vinum nouum in vtres veteres, ſed in vtres nouos. Deſignans muſtum

Fornerus Concion. 52. in Pſal. 50.

Matth. 9. 17.

muſtum Spiritus Sancti nouo Corde eſſe
excipiendum.

Considera Secundo, Nec veteris
Cordis exſpoliationem, nec eiuſdem re-
nouationem, ſolis naturæ viribus, abſque
diuinæ gratiæ auxilio, vllo modo fieri poſ-
ſe, proindeque feruentibus precibus à Dei
bonitate eſſe poſtulandam. Faciebat id Re-
gius Vates, cùm ita Dominum alloqueba-
tur: Cor mundum crea in me Deus, & *Pſal.50.*
Spiritum rectum innoua in viſceribus 12.
meis. Quid verò hoc eſt? an Dauid Cor
non habebat, cùm Dominum deprecare-
tur? omninò: ſed intelligebat ſe adeò cor-
ruptum & deprauatum habere Cor, vt
nouo penitus egeret, vt in virum alterum
mutaretur. Fornicatio, ait Propheta, aufert *Oſeæ* 4.
Cor. Carebat igitur Corde, qui adulte- 11.
rium commiſerat. Quin ipſe Dauid ad ni- *Pſal.*72.
hilum redactum ſe fatetur. Et de Peccatore 22.
Ezechiel ait: Nihili factus es. Verè enim *Ezech.*
nihil eſt Peccator, qui à charitate excidit, 18.19.
quæ vita Animæ eſt. Quare Sanctus Pau-
lus dicebat: Si charitatem non habuero, ni- 1.*Cor.*
hil ſum. Cùm igitur Cor Dauid quaſi an- 13.2.
nihilatum eſſet, meritò rogauit, vt Deus illi
Cor nouum crearet. Creare enim eſt ali-
quid de nihilo producere, quod ſolius Dei
eſt. Inuoca ergo, Anima mea, Deum Cor-

Pſal.50. 12. DIS tui,vt COR mundum in te creet. Inuoca Patrem Spirituum, vt Spiritum rectum innouet in viſceribus tuis.

CONSIDERA TERTIO, Non fruſtrà te pro renouatione CORDIS Domino ſupplicaturum; adeò enim liberalis eſt,vt Pſal.10. 17. non tantùm petitiones CORDIS diligentium ſe, ſed & præparationem CORDIS eorum exaudiat. Sed & vlteriùs eò immenſa eius miſericordia progreſſa eſt, vt ampliſſimis verbis COR nouum nobis Ezech. 36.26. promitteret: Dabo vobis (inquit) COR nouum, & Spiritum nouum ponam in medio veſtri: & auferam COR lapideum de carne veſtrâ, & dabo vobis COR carneum. Et Spiritum meum ponam in medio veſtri: & faciam vt in præceptis meis ambuletis. Quid dulcius, aut gratius nobis polliceri poſſet? Sed vide, quæſo, quomodo CORDIS renouationem Deus Exod.13. 22. inſtituat. Primùm enim aufert COR lapideum, id eſt, durum & obduratum Plin. lib. 11.37. inſtar lapidis, quale fuit Pharaonis, & Iudæorum. Tradunt non ignobiles Scri- Plutarc. in Parall. & Rhodigin lib. 4.c.16. ptores, Plinius, Plutarchus, & Rhodiginus, Hermogenem Leonidam, Ariſtomenen, Meſſenum, Lyſandrum, reipſa COR hirſutum & piloſum habuiſſe; quod eos duri, aſperi, & crudelis CORDIS fuiſſe, ac

veluti

veluti bruta quædam, ſignificabat. Contrà verò, Sanctus Baſilius, lenitate CORDIS, *Baſilius in Hexameron.* ab Auctore naturæ repræſentari autumat CORDIS immunitatem ab omni malitiæ, nequitiæve piloſitate, quâ illi ſunt affecti; quorum CORDA carnalium ac terrenarum rerum cupiditatibus, atque illecebris, affluentiſſimæ inſtar fontium ſcatebræ, exundant. Ablato autem bruto hoc atque lapideo CORDE, tribuit Deus COR nouum, COR carneum, leue, terſum, atque molle: quo nimirùm intelligitur voluntas facilis, obſequens, & inſtar carnis flexilis: quæ Dei inſtinctus, legem, & impreſſiones ſtatim excipit, ſibique imprimens opere etiam exequitur. Quid autem dicam de hoc nouo CORDE? An non ipſum eſt COR Domini noſtri Ieſu Chriſti? Poſtquam enim dixit: Spiritum nouum ponam in medio veſtri; paulò poſt quaſi illud exponens ſubiunxit: & Spiritum meum ponam in medio *Ezech. 36. 26.* veſtri; innuens Spiritum nouum, eſſe Spiritum ſuum. Cùm autem Spiritus & COR hîc vnum cenſeantur, facilè conficitur COR nouum, quod Deus dat, eſſe ipſum COR Dei. Admiretur ſanè, & obſtupeſcat B. Iob incredibilem illam ſupremi Numinis philantropiam, quâ Deus homini benefacere, illiuſque recordari dignatur:

 Quid

Iob 7.17 Quid eſt homo, exclamat, quia magnificas eum, aut quid appońis erga eum COR tuum? Maius profectò videtur, quod ipſum etiam COR ſuum homini donare Deus dignetur; id verò adeò ingenuo & amico facit modo, vt præ amoris magnitudine dicere non vereatur: Amantem Animam COR ſuum deprædari, atque eripere.
Cant. 4. Vbi enim Vulgata lectio habet: Vulnera-
9. ſti COR meum, ſoror mea Sponſa, vulne-
Giſler.& Delrio in cap.4. Cant. raſti COR meum; ex Hebræo vertunt Pagninus, & Vatablus: Abſtuliſti mihi COR. Eodemque ſenſu Septuaginta vertentes ἐκκαρδίωσας, ab aliis intelliguntur, tantumdem dixiſſe, atque excordiaſti me. Si-
Ambroſ. Serm. 16. *in Pſal.* 118. ue, vt Ambroſius habet, COR meum cepiſti. Hic enim eſt inſignis ille amoris effectus, qui Animam rapit in rem amatam, vt magis ſit vbi amat, quàm vbi animat. Vbi enim
Matth. 6 21. eſt theſaurus, ibi eſt & COR. Trahit enim res adamata Amantis COR ad ſe. Vnde optimè dicebat ille:

Ex Iubilo S. Bern.
COR *meum à me tranſiit,*
Simul poſt Ieſum abiit.

Matth. 11.12. Quemadmodum enim Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud: ita & Sponſus Animarum noſtrarum, qui eſt ipſa felicitas Regni cæleſtis, vim patitur,
*Cāt.*4.9. & violenter abripitur ab vno oculorum

Sponſæ

Sponſæ ſuæ, & vno crine colli eius. Ligatur, inquam, & ad nos attrahitur viuâ fide, & integrâ obedientiâ; adeò quidem efficaciter, vt ſe Dilectæ ſuæ negare non poſſit, ſed Cor ſuum illi libentiſſimè tribuat. Quare vlteriùs hîc conſidera,

Quomodo Chriſtus Dominus quibuſdam Cor *ſuum tribuerit.*

Non deſunt in Eccleſia Dei credibilia ſatis teſtimonia, quibus id quod iam dictum eſt, luculenter ſatis cõfirmetur. De S. enim Gertrude legimus, quòd cùm mœſta eſſet, quòd in horis Canonicis non rarò ex humanâ fragilitate laberetur, Dominus illi apparens, præſentauerit illi quaſi propriis manibus ſuis Cor ſuum Deificatum, in ſimilitudine lampadis ardentis, dicens: Ecce Cor meum dulciſſimum, ſemper venerandæ Trinitatis Organum, oculis mentis tuæ prætendo, cui omnia quæ per te minus ſupplere ſufficis, fiducialiter pro te ſupplenda commendabis. Et ſic omnia coram oculis meis apparebunt ſummè perfecta. Sed ipſa quoque Gertrudis, de admirando hoc munere ita loquitur: Addidiſti etiam mihi inter hæc, inæſtimabilem amicitiæ familiaritatem im-

Inſinuat. Diuinæ Pietatis lib. 3. cap. 25.

Lib. 2. cap. 33.

 pendere,

pendere, diuerſis modis illam nobiliſſimam Arcam Deitatis, ſcilicet Deificatum COR tuum præbendo in copiam omnium delectationum mearum; nunc gratis dando, nunc, ad maius indicium mutuæ familiaritatis, illud mihi pro meo commutando, cum quo multa occulta ſecretorum iudiciorum & delitiarum tuarum mihi manifeſtaſti. Pari fauore quoque ſororem eiuſdem S. Mechtildem diuina bonitas proſecuta eſt. Cùm enim Feriâ quartâ poſt Paſcha, in Introitu Miſſæ cantari audiret: Venite benedicti; mirabili gaudio repleta, Domino dixit: O vtinam & ego vna de benedictis eſſem Animabus, quæ aliquando illam tuam dulciſſimam vocem audient. Cui reſpondit Dominus: Eris tu ſanè vna ex illis, idque certò credas, atque ideò COR meum tibi trado in pignus, quod ſemper tecum habebis, & cùm promiſſionem meam adimpleuero, tum illud mihi, in huius rei teſtimonium reſtitues. Inſuper, do tibi COR meum in domum refugij, vt vbi ex hac vita diſceſſeris, alio loco non recipiaris. Hoc porrò munere ſuſcepto, magno amore, & reuerentiâ erga COR Ieſu ferebatur. Inſtante autem horâ, quâ migratura erat ex hoc mundo, Dominus ſummæ Maieſtatis Ieſus eam lumine

Lib. 2. Gratiæ ſpiritual. cap. 16.

Ludouic. Bloſius in append. ad Monit.

mine diuinitatis ſuæ totam illuſtrans, ſuaui blandaque voce inuitauit his verbis : Veni benedicta Patris mei, poſſide paratum tibi Regnum à conſtitutione mundi. Tunc nimirùm ipſe Dominus commonefecit eam doni illius excellentiſſimi, quo ante aliquot annos (cùm eadem verba ad Miſſam cantarentur) donauerat illi COR ſuum in pignus amoris. Igitur illa beata Anima, in ipſum COR Ieſu ſuauiſſimum admiſſa, ſempiternæ gloriæ, gaudiiſque cæleſtibus feliciter fuit ſociata. Stupendum verò eſt quod de Sancta Catharina Senenſi traditum accepimus. Hæc die quadam, vehementiſſimè amoris Chriſti Domini Sponſi ſui vulnere ſauciata, inſtanter ab eo petiit, vt à ſe COR ſuum, & propriam voluntatem radicitus euelleret, quò omnibus in rebus ſine vllâ tergiuerſatione ſe illi obſequentem, atque morigeram præberet. Videbatur autem illi ſic oranti in viſione venire Chriſtus, & latus ſiniſtrum aperire, ablatoque CORDE recedere. Quod cùm eius Confeſſarius parui faceret, eamque parum ſanæ mentis eſſe crederet, ecce illi quadam die è Sacello Eccleſiæ exire volenti, cum multa luce Chriſtus apparuit, in manu ferens COR quoddam rubicundum & illuſtre, propiuſque acce-

Spir. c. 14.
Matth. 25. 24.
Raimũd. Capuan. lib. 2. in vita cap. 16. apud Surium tom. 2.

accedens, illud in ſiniſtrum Virginis latus impoſuit, dicens: Ecce, filia mea, habes pro CORDE tuo COR meum; clauſoque latere receſſit. Sed ne putaretur hoc inane phantaſma, illo in loco cicatrix permanſit, quæ à ſociis eius frequenter viſa eſt. Quid autem ex hac adeò ſtupendâ CORDIS mutatione fuerit conſecutum, facilè quiſque poterit diuinare. Non enim rerum omnium Conditor, hac mirabili ratione tam diu apud ſe COR illius retinere voluit, niſi vt illud ardentiſſimo amore, & gratiarum omnium affluentiâ repleret. Cuius rei eadem ſancta Virgo certiſſima teſtis eſt, quæ incredibilem charitatis ardorem in CORDE ſuo ſentiebat: prorſus vt diceret, tantam in Animâ ſuâ puritatis, & humilitatis renouationem exiſtere, vt ad ætatem quatuor vel quinque annorum ſe rediiſſe putaret.

DE admirandâ verò hac CORDIS permutatione, non inuenuſtum Epigramma in Sanctam hanc Catharinam Senenſem quidam panxit.

COR ſine CORDE *mihi eſt, ſine vita viuere, vita:*
Qui ſine vtroq; dedit viuere, vtrumq; tulit.
Nec tulit vt ſine vtroq; forem, ſed viuat vt in me
COR *ſine* CORDE, *nouum* COR *ſibi finxit amans.*

Nunc

Nunc neque velle meum eſt, neque nolle: at
Amantis vtrumque,
Qui mihi me rapuit, COR *mihi cùm rapuit.*
Viue igitur, mea vita, meum COR: *diſcet amare*
Hinc, qui ſe nimium, dum ſibi viuit, amat.

Non admodum diſſimili amoris prærogatiuâ erga S. Lutgardem diuina bonitas vſa eſt: cui, cùm velut alteri Eſther facultatem feciſſet petendi quod vellet, reſpondit illa: Volo, Domine, COR tuum. Et Dominus: Quin ego potiùs, ait, & COR tuum. Reſpondit illa: Sit ita Domine, at ſic tamen, vt CORDIS tui amorem CORDI meo attemperes; & in te COR meum poſſideam, omni tempore tuâ protectione ſecurum. Facta eſt igitur ab eo die quædam permutatio CORDIVM, vel potiùs vnio Spiritus creati & increati, per gratiæ excellentiam. Deinceps enim ita Chriſtus CORDI Virginis inhæſit, eam communiens & protegens, vt nec tentatio carnis, immò ne turpis quidem cogitatio mentem eius vel temporis puncto infeſtârit.

Cantiprat. l. 2. vita eius cap. 6.

LE-

LECTIO II.

Embl. 22.

Cordis Illuminatio.

Illuminabuntur Corda *veſtra.* Eccli. 2.10.

Lux de luce Deus, cæci, lux vnica, mundi,
Corde *graues tenebras diſcute luce tuâ.*

Considera primo, Nihil miſerabilius aut infelicius eſſe Corde obtenebrato, & à diuina luce prorſus excluſo. Qui enim ambulat in tenebris, neſcit quò vadat, atque hinc mille incurrit pericula. Verſatur enim in perpetuâ quaſi nocte, & denſiſſimâ caligine, in qua iuſtitiæ Solem, & veritatis lumen fruſtrà requirat; quia nulla ſocietas luci ad tenebras. Quàm meritò ergo exclamat Auguſtinus: Væ, væ tenebris meis, in quibus iacui! Væ, væ cæcitati illi, in qua videre non poteram lumen cæli! Væ, væ præteritæ ignorantiæ meæ, quando non cognoſcebam te Domine! Periculum verò quod hiſce tenebris Anima incurrit, pulchrè deſcripſit Pſalmiſta, cùm Deo ita loqui-

Ioan 12. 35.
2.*Cor.*6. 14.
*Auguſt. Soliloq. cap.*31.



CORDIS ILLVMINATIO.

Illuminabuntur CORDA ueſtra. Eccli. 2. 10.

Lux de luce Deus, cæci lux vnica mundi,
CORDE graues tenebras diſcute luce tuâ.

22. *Pag. 286.*

Digitized by Google

Digitized by Google

loquitur : Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox : in ipsâ pertranſibunt omnes beſtiæ ſiluæ. Catuli Leonum rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo eſcam ſibi. Quod morali ſenſu ita explicat Gregorius : Tenebras Dominus ponit, cùm peccatis iudicia rependens, lumen ſuæ intelligentiæ ſubtrahit. Et nox efficitur, quia prauorum mens ignorantiæ ſuæ erroribus cæcatur. In qua omnes beſtiæ ſiluæ pertranſeunt, dum maligni Spiritus ſub opacitate fraudis latentes, in reproborum CORDIBVS prauitates ſuas explendo percurrunt. In qua & catuli Leonum rugiunt, quia nequiſſimarum, ſed tamen eminentium poteſtatum miniſtri Spiritus importunis tentationibus inſurgunt. Qui tamen à Deo eſcam appetunt, quia nimirùm capere Animas nequeunt, niſi iuſto iudicio præualere diuinitus permittantur. Quis non exhorreſcat immanes has feras, præſertim in tenebris conſtitutus ? Quis non timeat, ne ab iis rapiatur & deuoretur ? Quis non aſpiret ad lucem veram, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum ? Illâ enim exoriente, omnes illæ feræ in antra ſe recipiunt, vt ibidem Regius Vates ſubdidit : Ortus eſt, inquit, Sol, & in cubilibus ſuis collocabuntur. Exibit homo

Pſ. 103. 20.

Lib. 17. *Moral. cap.* 37.

Ioan. 1. 7.

mo ad opus ſuum. Vbi enim veritatis lumen obcæcatum COR colluſtrarit, fugantur omnes effrænatæ cupiditates, & illuminatus homo pergit ad opus ſuum, id eſt, mandatorum diuinorum obſeruantiam, & virtutis ſtudium; cui abſque Dei luce vacare non poteſt. Nam vt Auguſtinus ait: Sicuti oculus Corporis etiam perfectiſſimè ſanus, niſi luce adiutus, non poteſt cernere: ſic etiam homo perfectiſſimè iuſtificatus, niſi æternâ luce iuſtitiæ diuinitus adiuuetur, non poteſt rectè viuere. Ora ergo cum eodem Auguſtino: O ſplendor Paternæ gloriæ, qui ſedes ſuper Cherubim, & intueris abyſſos: lumen veridicum, lumen illuminans, lumen indeficiens, in quem deſiderant Angeli proſpicere. Ecce COR meum coram te eſt; diſcute tenebras eius, vt amoris tui claritate pleniùs perfundatur.

Auguſt. lib. de Nat. & grat. cap. 16.

Auguſt. in Medit. cap. 18.

CONSIDERA SECVNDO, In principio cùm Deus cælum & terram crearet, tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, dixitque Deus: Fiat lux, & facta eſt lux. Super faciem quoque CORDIS noſtri denſiſſimæ ſunt tenebræ ignorantiæ & peccatorum, in quibus permanere nos oportet, niſi Deus, qui dixit de tenebris lumen ſplendeſcere, ipſe illuxerit in CORDIBVS noſtris,

Gen. 1. 1.

2. Cor. 4. 6.

noſtris, ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei. Aſpira ergo ad hanc lucem, & dic: Illuminare his (qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedent) ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis. Audi Auguſtinum multipliciter diuinam lucem implorantem: Lux, inquit, inuiſibilis, cui omnis abyſſus humani CORDIS eſt viſibilis. Ecce, tenebræ ſunt ſuper faciem abyſſi mentis meæ, tu es lumen. Ecce, caligo tenebroſa ſuper aquas CORDIS mei, tu es veritas. O verbum, per quod facta ſunt omnia, & ſine quo factum eſt nihil! Verbum quod eſt ante omnia, & ante quod nihil. Verbum creans omnia, ſine quo omnia nihil. Verbum regens omnia, ſine quo nihil ſunt omnia. Verbum, quod dixiſti in principio: Fiat lux, & facta eſt lux. Dic etiam mihi: Fiat lux, & facta ſit lux, & videam lumen, & cognoſcam quidquid non eſt lumen, & lumen tenebræ ponantur. Et ſic ſine tua luce, non eſt veritas. Adeſt error, adeſt vanitas, non eſt diſcretio, adeſt confuſio; adeſt ignorantia, non eſt ſcientia: adeſt cæcitas, non eſt viſio: adeſt inuium, non eſt via: adeſt mors, non eſt vita. Væ mihi miſero toties obcæcato; quia tu lux, & ego ſine te. Dic verbum, Domine,

Luca 1. 79.

Auguſt. Soliloq. cap. 3.

Ioan. 1.

Cap. 4.

mine, fiat lux, vt videam lucem, & vitem tenebras; videam viam, & vitem inuium; videam veritatem, & vitem vanitatem; videam vitam,& vitem mortem.
Pſ.26.1. Illuminare Domine, lux mea, illuminatio
Idem Solil.c.12. mea, & ſalus mea, quem timebo? Sunt vmbræ tenebrarum, quibus operior in hac abyſſo caliginoſi carceris huius, in
Cant. 2. 17. qua proſtratus iaceo, donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ, fiatque
Pſ.28.4. lux in firmamento virtutis tuæ. Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia, dicat: Fiat lux, & effugentur tenebræ: & appareat arida, germinetque terra herbam virentem, & facientem ſemen, fructum bonum iuſtitiæ Regni Dei.

Num. 8. 2. CONSIDERA TERTIO, Præcepiſſe olim Deum, vt in Sanctuario ſuo ad Auſtralem partem poneretur aureum candelabrum, habens lucernas ſeptem. Tabernaculum hoc, quod Templorum figuram referebat, Animam hominis iuſti deſignat, vt enim ait Apo-
1.Cor.3. 16. ſtolus: Templum Dei eſtis vos, & Spiritus Dei habitat in vobis. Quid verò candelabrum hoc in ſpirituali CORDIS noſtri Sanctuario collocandum aliud adumbrat, quàm lucem illam,
quâ

quâ hominis Animus à Spiritu Sancto colluſtratur ? Lucernæ autem in candelabro ardentes, illas lucernas denotant, de quibus Dominus dixit: Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris. *Luca* 12. 35. Sed audi Origenem eleganter admodum candelabrum CORDIS explicantem: Sciat, inquit, Chriſtianus, ſibi in Sanctis candelabrum luminis collocandum, vt ſint ei lucernæ ſemper ardentes, & lumbi ſuccincti, & ipſe, tamquam ſeruus, qui expectat Dominum ſuum redire de nuptiis. *Origin. hom* 9. *in Exod.* Sed iſtud candelabrum in Auſtro collocet, vt ad Aquilonem reſpiciat. Accenſo enim lumine, id eſt, vigilanti CORDE, reſpicere ſemper debet Aquilonem, & obſeruare eum, qui ab Aquilone eſt. Ab Aquilone enim accenduntur mala vniuerſæ terræ. *Ierem.* 1. 14. Vigilans ergo, & ſollicitus, & ardens, intueatur ſemper aſtutias diaboli, & ſemper aſpiciat, vnde ſit ventura tentatio, vnde hoſtis irruat, vnde inimicus obrepat. Vt autem hoc videre, ô Anima, poſſis, ora Deum illuminatorem tuum, vt lumen hoc in CORDE tuo accendat; & dic cum Propheta: Quoniam tu illuminas lucernam meam: Deus meus illumina tenebras meas. *Pſal.* 17. 29. Et cum Auguſtino: O lux

Auguſt. Soliloq. cap. 34. quæ ſemper luces, & nunquam obfuſcaris, illuminam me. Aufer quæſo ſquammas caliginis antiquæ, radio tuæ illuminationis, ô ſplendor inacceſſibilis, vt videam me, vt videam te. Væ cæcis oculis, qui te non vident, Sol illuminans cælum & terram! Væ caligantibus oculis qui te videre non poſſunt! Væ auertentibus oculis, vt non videant veritatem! Væ non auertentibus, vt videant vanitatem! Nequeunt enim oculi aſſueti tenebris, ſummæ veritatis radios intueri; nec ſciunt de lumine aliquid æſtimare, quorum eſt in tenebris habitatio. Tenebras vident, tenebras diligunt, tenebras approbant: de tenebris euntes in tenebras, neſciunt, vbi corruant. Miſeri qui neſciunt, quid amittant; & miſeriores vtique qui ſciunt quid amittant; qui cadunt apertis oculis, & deſcendunt in infernum viuentes.

CONSIDERA QVARTO, Magnum beneficium, quod Deus CORDI tuo præſtat, cùm illud illuminat. Primò enim illud ſplendidum facit. Deinde ab omni terrore ac metu liberat. Primum illud expoſuit Iſaias, dicens: *Iſa. 58. 10.* Orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt ſicut meridies. Et requiem tibi dabit Dominus ſem-

ſemper, & implebit ſplendoribus Animam tuam. Alterum autem illud Dauid confitetur, dicens: Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo? Quis enim timeat, ſi Deum illuminatorem ſibi præſentem habeat, qui facem ei præferat, vt omnia pericula deuitet? Explicat vtrumque hoc beneficium Chryſoſtomus: Non ſic, ait, mundus eſt clarus oriente radio, vt Anima illuſtratur, & ſplendidior fit à Spiritu gratiam ſuſcipiens. Et diligentiùs rerum naturas diſce. Nocte enim terras tenente, & tenebris caligantibus, ſæpè funiculum quis cernens, ſerpentem eſſe putauit; & amicum accedentem, tamquam inimicum fugit; ſtrepitum quempiam ſentiens, trepidus factus eſt: factâ autem die, nihil tale fieret, ſed omnia qualia ſunt, apparent. Quod & in Anima noſtra contingit. Poſtquam enim gratia veniens, mente tenebras expulit, rerum veritatem diſcimus, & nobis fiunt deſpicabiles res priùs tremendæ: nec enim ampliùs mortem timemus, diligenter ex hac ſacrâ introductione diſcentes, quòd mors non eſt mors, ſed ſomnus, & dormitio temporaria; non pauperiem, non morbum, non aliud quid huiuſmodi timentes, ſcientes quòd ad

Pſal. 29. 1.

Chryſoſt. Hom 21. ad pop. Antioch.

ad meliorem tendimus vitam, ab omni liberam inæqualitate. Si ergo in tenebris exortum tibi ſit lumen CORDIS, gratus eſto Deo tuo, & dic: En ego filius ancillæ tuæ, per fidem tuam flecto ceruicem CORDIS mei, ſub pedibus maieſtatis tuæ, gratias agens, quoniam dignatus es per tuam miſericordiam illuminare me. Ecce video, gratias ago: ecce video lumen cæli, interlucet oculis mentis meæ radius deſuper à facie luminis tui, & lætificat omnia oſſa mea. O ſi perficeretur in me! Auge, quæſo, luminis Auctor, auge quæſo quod interlucet in me. Dilatetur, obſecro, dilatetur ex te.

CONSIDERA QVINTO, Non ſatis eſſe, à Deo lumen in CORDIS lucerna accendi; ſed diligenter quoque prouidendum eſſe, ne fortè extinguatur. Quæuis enim mala actio lucem iſtam extinguit. Vnde quod S. Paulus dixit: Spiritum nolite extinguere; ita Chryſoſtomus interpretatur: Spiritum non extinguatis, hoc eſt, donum Spiritus. Extinguit autem Spiritum, vita impura. Nam quemadmodum, ſi quis lucis huius lychno, & aquam inſpergeret, & puluerem, &, ſi nihil horum inſpergeret, ſed oleum tantùm eximeret, lucem extingueret: ita habet

1. Theſſ. 5. 19.

Chryſoſt. hom. 11. in 1. Ep. ad Theſſ. cap. 5.

habet & donum Spiritus. Siue namque res terrenas, & rerum fluxarum curas inſperſeris, extingues Spiritum. Siue etiam, ſi tu nihil tale feceris, aliunde tamen tentationis vehemens impulſus, inſtar cuiuſdam venti irruerit, & flamma valida non fuerit, aut parum olei habuerit, aut foramen ſeu oſtium non clauſeris, omnia peribunt. Foramina in nobis ſunt oculi, & aures. Ne ſinas iſtis occurrere validum malitiæ flatum, alioquin lychnum extinguet: ſed obtura foramina timore Dei. Ianua os eſt, claude. Extinguitur quoque lucerna, ſi oleum deficiat: quando miſericordiam non facimus, extinguitur Spiritus. Etenim ex miſericordia Dei, Spiritus ſancti lumen in nobis accenditur. Cautè igitur accenſum lumen cuſtodiamus, & vt filij lucis ambulemus: Fructus enim lucis eſt in omni bonitate, & iuſtitia, & veritate. *Epheſ. 5. 9.*

Quàm neceſſarium, quamque vtile nobis ſit CORDIS lumen, Sancta Mater Eccleſia ſatis oſtendit; quæ in quotidianis Hymnis frequentiſſimè illud à Deo flagitat: adeò vt hunc ex illis Centonem confecerimus.

HYMNVS,

Pro CORDIS Illuminatione,

Splendor paternæ gloriæ,
De luce lucem proferens,
Lux lucis,& fons luminis,
Dies diem illuminans;
Veruſq́; Sol illabere.
Micans nitore perpeti,
Iubarq́; Sancti Spiritus
Infunde noſtris ſenſibus.
Cedant tenebræ lumini,
Et nox diurno ſideri,
Vt culpa,quam nox intulit,
Lucis labaſcat munere.
Phantaſma noctis decidat,
Mentis reatus ſubruat,
Quidquid tenebris horridum
Nox attulit culpa,cadat.
Conſors paterni luminis,
Lux ipſe lucis,& dies,
Aufer tenebras mentium,
Nouumq́; lumen ingere.
Sunt multa fucis illita,
Quæ luce purgentur tuâ.
Tu lux Eoi ſideris,
Vultu ſereno illumina.

Mens

Mens ecce torpet impia,
Quam culpa mordet noxia,
Obſcura geſtit tollere,
Et te Redemptor quærere.
Repelle tu caliginem
Intrinſecus quàm maximè,
Vt in beato gaudeat
Se collocari lumine.
Te te Redemptor, quæſumus,
Reple tuo nos lumine;
Per quod dierum circulis
Nullis ruamus actibus.
Lux ſancta nos illuminet,
Manenſq; noſtris ſenſibus,
Noctem repellat ſæculi,
Purgataq; ſeruet pectora.
Lucem fides inueniat,
Sic luminis iubar ferat,
Vt vana cuncta terreat,
Hanc falſa nulla comprimant.
O lux beata Trinitas,
Et principalis Vnitas!
Noſtris refulge ſenſibus,
Infunde lumen CORDIBVS.
Præſta Pater piiſsime,
Patriq; compar vnice,
Cum Spiritu Paraclito,
Regnans per omne ſæculum.
Amen.

LECTIO III.

EMBL. 23. **COR Tabula Legis.**

Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in CORDE *eorum ſcribam eam.*
Ierem. 31.33.

Scribo nouam, teneri nunc CORDIS *in æquore, legem,*
Cùm vetus in duris ſit mihi ſcripta petris.

CONSIDERA PRIMO, Deum
nolle oblatum ſibi COR perma-
nere vacuum; ſed eo vtens tam-
quam chartâ, legem ſuam illi
inſcribit, atque hæc eſt gratia Noui Teſta-
Deut. 9. menti. Cùm enim veterem legem olim
10. in lapideis tabulis digito ſuo ſcripſiſſet,
promiſit in Nouo Teſtamento, ſe eam
ſcripturum in CORDIBVS fidelium; ita
Ier. 31. enim apud Ieremiam loquitur: Hoc erit
33. pactum quod feriam cum domo Iſraël:
Poſt dies illos, dicit Dominus, dabo
legem meam in viſceribus eorum, & in
CORDE eorum ſcribam eam. Hæc
autem legis ſcriptura in CORDE, fit
per



CORDIS TABVLA LEGIS.

Dabo legem meam in uiſceribus eorum, et in CORDE eorum ſcribam eam. *Jerem. 31. 33.*

Scribo nouam teneri nunc CORDIS in æquore legem,
Cum vetus in duris ſit mihi ſcripta petris.

23. *Pag. 298.*

Digitized by Google

Digitized by Google

per Spiritum ſanctum, diſcente Auguſtino: *Lib. de*
Quid ſunt ergo leges Dei, ab ipſo Deo *Spir. &*
ſcriptæ in CORDIBVS, niſi ipſa præ- *lit. c. 21.*
ſentia Spiritus ſancti, qui eſt digitus Dei, *Luc. 11.*
quo præſente diffunditur charitas in COR- 20.
DIBVS noſtris, quæ plenitudo legis eſt, *Rom. 13.*
& præcepti finis? Ex hoc capite B. Pau- 10.
lus vocat Corinthios, & in iis omnes fi- *1. Tim. 1. 5*
deles, Epiſtolam Chriſti. Manifeſtati, in- *2 Cor. 3.*
quit, quòd Epiſtola eſtis Chriſti, mini- 3.
ſtrata à nobis, & ſcripta non atramento, ſed Spiritu Dei viui: non in tabulis lapideis, ſed in tabulis CORDIS carnalibus. Iam, ſi & tu Dei Epiſtola eſſe deſideras, & gratiam Noui Teſtamenti percipere concupiſcis, præpara COR tuum ad hanc ſcripturam recipiendam. Ad quod, primò requiritur, vt ſit veluti charta munda, nullo peccati inquinamento maculata: Noli tollere de CORDE tuo legem *Ambroſ.*
Dei, & affigere legem peccati. Noli *tom. 2.*
ſcribere in ſenſibus tuis diaboli illecebras, *in Pſal.*
& Dei delere mandata. Noli, ſæcula- 118.
rium more, COR tuum facere mappam *Octon.*
Geographicam, in qua totus mundus, 14.
cum ſuis regnis, prouinciis, & ciuitatibus depictus ſit; ſed effice eam chartam mundam, cui lex Dei poſſit inſcribi. Secundò, *Deut. 10*
quemadmodum Deus olim voluit dolari 1.
tabu-

tabulas lapideas, quibus digito ſuo legem inſcripturus erat: ita COR tuum debet eſſe omninò planum, & leuigatum, ita vt nulla omninò ſcabrities ſcripturam Dei impediat. Quare dolabrâ mortificationis continuò dolandum erit, vt legem gratiæ & amoris ſuſcipere poſſit. Tertiò, debet COR eſſe molle inſtar ceræ; in pugillaribus enim cerâ illitis nihil ſtylo exarari poteſt, niſi illa mollis ductiliſque fuerit: ita requirit S. Paulus tabulas CORDIS carnei, id eſt non duri, inſtar lapidis; ſed teneri, tractabilis, atque docilis. Si igitur nonnihil induratum fuerit COR tuum, diuino illud amore emollire, & liquefacere ſtude, vt in eo lex Dei conſcribatur. Præparato ita CORDE tuo, ſcriptorem illius, cum Auguſtino ita inuoca: Scribe Domine Deus digito tuo in pectore meo, dulcem memoriam tui melliflui Nominis, nullâ vmquam obliuione delendam. Scribe in tabulis CORDIS mei voluntatem tuam, & iuſtificationes tuas; vt te immenſæ dulcedinis Dominum, & præcepta tua ſemper, & vbique habeam præ oculis meis.

Aug. in Med. cap. 36.

CONSIDERA SECVNDO, Cur Deus

Deus velit legem ſcribi in CORDE, quia non ſatis eſt, vt illa ſeruetur in arcâ, ſicut tabulæ Moyſis; vel in tabernaculo, ſicut Deuteronomium; illic enim abeunt in obliuionem: vnde filij Iſraël librorum horum non ſunt recordati, immò pro perditis eos habuerunt, donec ſummus Sacerdos Helcias, regnante Ioſiâ, eos in Templo inuenit. Neque ſatis eſt, legem ſcribere in veſtibus, ſicut faciebant Phariſæi, magnificantes ſimbrias, & dilatantes phylacteria. Nec ligare eam in digitis, & quaſi ſignum in manu, vel inter oculos geſtare, nec ſcribere in limine & oſtiis domus ſufficit: hæc enim tantùm externa quædam memoriæ adiumenta ſunt. Neque verò in auribus tantùm lex Dei eſſe debet; poteſt enim diabolus ab his auferre, & impedire ne ad intima penetret. Nec ſolo intellectu, aut memoriâ ſeruari debet: ſic enim ſeruanti, teſte Bernardo, dicit Apoſtolus: quoniam ſcientia inflat. Denique & memoriam facilè delet obliuio. In ſolo ergo CORDE lex Dei ſcribi, & ſeruari debet. Quando verò cenſebitur Deus hanc in CORDE ſcribere, niſi cùm voluntati pias erga legem Dei affectiones, complacentias, impulſus, promptitudinem; & tan-

Deut. 10 2.
1. *Reg.* 10 25.
4 *Reg.* 22. 8.
Matt. 23 5.
Prouerb. 7. 3.
1. *Cor.* 8 1.
Bern. ſer. 5. *de aduent. Domini.*

tandem charitatem infundit; vt voluntas dicat: Domine da quod iubes, & iube quod vis. Hoc enim maximum eſt Dei erga nos beneficium, quod magnifacere, & grato animo recolere debemus. Ita faciebat S. Ambroſius, dicens: O verè teſtator æternus, qui noſtris CORDIBVS leges affigit ſuas, & ſcribit in ſenſibus; vt nihil aliud cogitare, niſi diuina præcepta poſſimus: nihil aliud ſentire, niſi Dei oracula debeamus. Dedit gratiam, reformauit naturam, ſibique comminiſcens, qui obliuiſci nihil ſolet, memoriam meorum abſtulit peccatorum, mihique dedit legem præceptorum ſuorum.

Ambroſ. tom. 1. in Pſ. 118. Octon. 14

CONSIDERA TERTIO, Exempla eorum qui legem Dei in CORDE ſuo poſuerunt. Primus ſit Chriſtus Dominus, qui in Pſalmo Deo Patri dicit: In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio CORDIS mei. Quæ verba S. Paulus de Chriſto exponit; & ſenſus eſt, eum libentiſſimè acceptaſſe decretum Patris, de liberando per mortem humano genere, idque tam ardenti deſiderio deſideraſſe, vt legem illam, non qualitercumque in CORDE, ſed in medio CORDIS ſui poſuerit. Secundum exemplum

Pſal. 39. 8.

Hebr. 10. 5.

plum ſit ſacratiſſimæ Virginis Mariæ, quæ omnia verba & myſteria Filij ſui conſeruabat, conferens in CORDE ſuo. Tertium Dauidis dicentis : In CORDE meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Itemque: Scrutabor legem tuam, & cuſtodiam illam in toto CORDE meo. Nuſquam enim meliùs, quàm in CORDE cuſtoditur, quæ & ipſum COR cuſtodit: quare COR potiùs auferri, quàm de CORDE legem Domini, pati oporteret. Eſt enim continuum iuſtorum exercitium, legem Dei habere in CORDE; ex quo prouenit, vt omnia eorum verba, & opera, legi Dei ſint conformia. Quod teſtatur Pſalmiſta, cùm ait: Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Vis ſcire vnde hoc proueniat? quia lex Dei eius in CORDE ipſius. Et quia ex abundantia CORDIS os loquitur, hinc ſecundùm legem Dei prudenter verba profert, & diſponit ſermones ſuos in iudicio. Magnoperè igitur ſtudere debemus, vt lex Dei ſit ſcripta in CORDIBVS noſtris.

Luc. 2. 19.
Pſal. 118 11.
Pſal. 36. 30.
Matth. 12. 34.
Pſ. 111. 6.

CONSIDERA QVARTO, Conſueuiſſe olim Chriſtianos verba quædam Euangelij, inſtar Bullæ, ex collo amuleti loco ſuſpendere: quo nimirùm ſignificabatur, ſacrum Chriſti Euangelium debere CORDI no-

noſtro eſſe inſculptum. Ita de S. Cæcilia Virgine & Martyre, in eiuſdem Officio canit Eccleſia: Virgo glorioſa ſemper Euangelium Chriſti gerebat in pectore. Quod ab aliis quoque factitatum inueniri, Cardinalis Baronius aſſerit: Et ſi fidem, inquit, præſtemus S. Andreæ Apoſtoli Actis, etiam Apoſtolorum temporibus id vſurpatum apparet. Sancta, piaque maiorum hæc fuit conſuetudo, niſi aliquâ accedente ſuperſtitione labefactetur. Eius meminit & Ioannes Chryſoſtomus, dicens: Non cernis, vt mulieres & parui pueri pro magna cuſtodia collo Euangelia ſuſpendunt, & vbique circumferunt, quocumque abierint? In more id quoque fuit tempore S. Gregorij, qui Theodelindæ Reginæ Longobardorum, cùm Adalwaldum infantulum peperiſſet, miſit pro munere phylacteria (ſic vocat quas veteres nominare conſueuerant Bullas, ad collum appendi ſolitas) nempe Crucem cum ligno S. Crucis Domini, & lectionem S. Euangelij thecâ Perſicâ incluſam. Hic autem mos etiamnum apud Chriſtianos viget; ex quo Chryſoſtomus hortatur, Euangelium in CORDE deſcribi; Tu Euangelij mandata, & leges mente deſcribas; non auro, nec argento hîc eſt opus, & pecuniis, nec li-

Breuiar. Rom.

Baronius an. Chriſti. 232.

Hom. 19 in Matt.

Greg. lib. 12. Epiſt. 7.

Chryſoſt. loco citato.

librum emere : voluntate ſolâ vobis eſt opus, & affectu Animæ expergefactæ, & ſecurius habebis Euangelium; non extrinſecus, ſed in Animæ penibus ipſum reponens. Eodem modo Auguſtinus, laudans Euangelium doloribus capitis opponi, iubet illud quoque ad COR collocari. Cùm *Tract. 7*
caput, inquit, tibi dolet, laudamus, ſi *in Ioan.*
Euangelium ad caput tibi poſueris, & non ad ligaturam cucurreris. Ad hoc enim perducta eſt infirmitas hominum; & ita plangendi ſunt homines, qui currunt ad ligaturas, vt gaudeamus, quando videmus hominem in lecto ſuo conſtitutum iactari febribus & doloribus, nec alicubi ſpem poſuiſſe, niſi vt ſibi Euangelium ad caput poneret : non quia ad hoc factum eſt, ſed quia prælatum eſt Euangelium ligaturis. Si ergò ad caput ponitur, vt quieſcat dolor capitis; ad COR non ponitur, vt ſanetur à peccatis? fiat ergo. Quid fiat? ponatur ad COR, vt ſanetur COR.

CONSIDERA QVINTO, Quid efficiat lex Dei in CORDE poſita, hæc enim hominem præſeruat à peccato; vnde Dauid dicebat : In CORDE meo abſcondi eloquia tua. Quare autem? vt *Pſal. 118*
non peccem tibi. Et in altero Pſalmo: *11.*

Digitized by Google

Pſal.36. 31. Lex Dei eius in CORDE ipſius, & non ſupplantabuntur greſſus eius. Id eſt, non nutabunt, non labentur pedes eius. Liberat, inquit Auguſtinus, à laqueo, verbum *Auguſt. in Pſ.36* Dei in CORDE. Liberat à viâ prauâ, verbum Dei in CORDE. Liberat à lapſu, verbum Dei in CORDE. Tecum eſt, cuius verbum à te non recedit. CORDE autem quid mali patitur, quem cuſtodit Deus? Quemadmodum igitur Deus in arcâ vndique auro tectâ, iuſſit tabulas legis reponi: ita & nos in arcâ CORDIS noſtri, diuini amoris auro rutilante, Euangelicam legem, velut pretioſiſſimum theſaurum, recondamus.



LE-

Digitized by Google



ARATIO CORDIS.

Conucrtar ad uos, ct arabimini ct
accipictis ſcmentcm. *Ezech. 36. 9.*

CORDIS agrum, Crucis cia tuę proſcindat aratrum,
Cui verbi inſpergas ſemina, Sponſe, tui.

24. *Pag 307.*

LECTIO IV.

CORDIS Aratio. EMBL. 24.

Conuertar ad vos, & arabimini, & accipietis ſementem. Ezech. 36. 9.

CORDIS agrum, Crucis, eiâ, tua proſcindat aratrum,
Cui verbi inſpergat ſemina, Sponſe, tuis.

CONSIDERA PRIMO, COR tuum eſſe terram, ſiue agrum cæleſtis Agricolæ, in quem granum frumenti ſeminare decreuerit. Hic porrò ager priuſquam ſemen ſuſcipiat, ſubigendus primò, & aratro proſcindendus eſt. Quodnam autem erit myſticum CORDIS noſtri aratrum, niſi illud, quod è ligno Sanctæ Crucis, & Lanceâ, quæ ſacratiſſimum Chriſti transfixit latus, compingitur? Obſeruauit enim Iuſtus Lipſius, Aratrum Crucis figuram exprimere; quod Maximi Taurinenſis teſtimonio confirmat, qui ait: Vt bonus Agricola, cùm parat terræ ſolum vertere, non niſi per ſignum Crucis id facere conatur. Dum enim aratro den- *Lib. 1. de Cruce. cap. 9. Maxim. Taurin. de Cruce Dom. hom. 2.*

tale ſubiicit, affigit aures, ſtiuam inſerit, figuram Crucis imitatur. Compactio enim ipſa, ſimilitudo quædam eſt Dominicæ Paſſionis. Et S. Iuſtinus Martyr: Conſiderate, inquit, omnia quæ in mundo ſunt, an ſine ſigno hoc Crucis gubernentur, an poſſint præbere ſui vſum. Terra non aratur ſine eo. Hinc iam facilè colligitur, quid in ſpirituali ſenſu arare ſignificet. Si enim Venerabili Bedæ credimus; arare nihil aliud eſt, quàm quaſi quodam compunctionis inſtrumento, ligno, & ferro Dominicæ Paſſionis, duritiem ſui CORDIS atterere, atque ad proferendos bonorum operum fructus aperire. Quod paulò fuſiùs explicauit Hugo Cardinalis: Manum ad aratrum mittere, eſt per compunctionem, & Dominicæ Paſſionis memoriam, COR exarare. In aratro eſt ſtiua, lignum ſcilicet cui arans innititur; & aliud lignum, cui vomer infigitur. Per lignum ergo, cui arans innititur, intelligitur contritio CORDIS: per vomerem, qui terram ſcindit, intelligitur memoria Dominicæ Paſſionis, quæ quodammodo COR hominis ſcindit. Nemo enim tam ſaxei pectoris eſt, cuius COR non emolliat memoriâ Dominicæ Paſſionis. Et eam præcipuè debet homo habere in memoria, quia cùm tantum beneficium ad memoriam reducitur,

Iuſtin. Martyr. Apol. 2.

Beda ca. 41. in Luc. cap. 9.

Hugo Card. in Luc. 9.

ducitur, ad amorem benefactoris ampliùs Animus accenditur. Pone ergo, ô Anima, acerbiſſimam Chriſti Domini Paſſionem ſuper COR tuum, idque non perfunctoriè, aut leuiter; ſed in ea ita meditare, vt profundè COR tuum penetret, illud conterat, & frequentes in eo ſulcos ducat.

CONSIDERA SECVNDO, Satis non eſſe, vt CORDE Paſſionem Chriſti conſideres, niſi etiam ad praxin te conuertas, eamque operibus ipſis, quantum quidem licet, imiteris. Hoc eſt enim quod Sponſus à fideli Animâ requirit, cùm ait: Pone me vt ſignaculum ſuper COR tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum. *Cant. 8. 6.* Quaſi enim non ſatis eſſet, paſſum pro nobis Chriſtum Ieſum in CORDE, velut impreſſum ſignaculum, circumferre; voluit inſuper, vt idem ipſum brachiis noſtris imprimeremus: quod vtique facimus, cùm omnes actiones noſtras, mores, conuerſationemque vitæ Chriſti cõformamus. Vult ergo, inquit Theodoretus, Saluator noſter, vt eum pro ſignaculo in contemplationibus, & actionibus noſtris habeamus; & notã ipſius in omnibus noſtris tum dictis, tum factis imprimamus. *Theodor. in catena.* Quod ipſum Deus inſinuauit, cùm Moyſi dixit: Inſpice, & fac ſecundùm exẽplar, quod tibi in monte monſtratum eſt. *Exod. 25. 40.* Non enim ſolùm

dicit inſpice, ſed inſpice & fac: quo nimirùm monemur, non modò conſiderandum nobis eſſe eximium illud patientiæ exemplar, quod nobis in Caluariæ monte monſtratum eſt: verùm etiam iuxta illud actiones noſtras eſſe dirigendas. Quomodo igitur ad praxin reuocabimus ſpirituale hoc aratrum Sanctæ Crucis, vt eius vomere terram CORDIS noſtri proſcindamus? ſi nimirùm exemplo Chriſti crucifixi, dolores omnes, cruciatus, & aduerſitates, quæ nobis in hac vita, ſiue à Deo immittuntur, ſiue ab hominibus inferuntur, æquo Animo tolerare ſtudeamus. Docuit hoc Chryſoſtomus, qui ita

Chryſoſt. hō 4. ad pop. Antioch. ſcribit; Quemadmodùm aratrum immittens deorſùm, terram aperit tutam ſeminibus cuſtodiam parans, ne iacta in ſuperficie remaneant, ſed in ipſos terræ ſinus immittantur, & in tuto radices figant: ſic & nos facere neceſſarium; & tamquam aratro tribulatione vtentes, CORDIS profundum ſcindere. Hoc enim & Propheta admonet, dicens; Scindite CORDA veſtra, & non veſtimenta veſtra. *Ioël. 2. 13.* CORDA igitur ſcindamus, vt ſi qua doloſa herba, & improba cogitatu nobis ineſt, radicitus eam vellamus, & puras pietatis ſeminibus terras exhibeamus.

CON-

CONSIDERA TERTIO, Tum quoque ſpirituali modo COR arari, cùm illud mortificationis vomere proſcinditur. Nihil enim terram CORDIS noſtri tam aptam reddit ad diuinarum inſpirationum ſemina ſuſcipienda, quàm veræ mortificationis ſtudium. Hæc enim omnes noxias herbas, ſpinas, & tribulos ex CORDIS noſtri agro radicitus exſcindit. Mortificatiò igitur aratrum eſt, Ager COR, boues verò, ſiue iumenta aratrum ducentia, ipſa eſt Anima; quæ COR ſuum conterere, ſulcis variis diſcindere, & glebas diuidere debet. Sed forſitan mireris, & cum S. Bernardo dicas: Ergóne beſtia ſumus nos? beſtiæ prorſus. Homo enim cùm in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Quid ni igitur brutorum labôre exerceatur, qui iis ſe peccando æqualem fecit. Dignus eſt, ait S. Paulinus, opere iumentario, qui ſemetipſum lumine rationis orbauerit, & in ſimilitudinem belluarum Corporis ſeruus, abiecerit. Noli ergo, ô Anima, ab hoc aratro te ſubducere, noli arandi laborem ſubterfugere: ſed potiùs dic cum Propheta: Vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum. Vis autem par boum tibi

Bernard. Serm. 3. ſuper Pſ. Qui habitat.

Pſ. 13. 21

Paulin. Epiſt. 4. ad Seremum.

Pſal. 72. 23.

aſſignari, qui hoc aratrum ducant? intellectum, & voluntatem tuam coniuge; illiſque mortificationis ſtudium perfice. Nihil enim iuuat intellectu cognoſcere, quæ mortificatione amputanda ſunt; niſi etiam voluntas conſurgat, ad eamdem ſedulò in opus producendum. Quis autem hic myſticus erit arator, niſi Chriſtus Ieſus, CORDIS noſtri amor? Ille ſtiuam tenebit, ille animalia diriget, ille aratrum terræ infiget, ille ceſſantes boues diuini timoris flagello exſtimulabit. Sine Chriſto enim, quantumcumque laborauerimus, nihil in mortificationis ſtudio proficiemus. Ille exemplar noſtrum, formam totius mortificationis in vita ſua nobis expreſſit; ille ſcopus noſter, ad quem ſtudium hoc dirigamus; ille Amor, quo ad hoc incitamur, & impellimur, eſſe debet. Hic ſi nobis adſit, feliciter admodum procedet aratio CORDIS noſtri. Rogandus proinde ille eſt, vt officium hoc ſubire non dedignetur, quod feciſſe videtur Auguſtinus, cùm ita rogauit: Mitte (quæſo) manum pietatis tuæ in me? & tolle de me, quidquid offendit oculos pietatis tuæ in me. Coram te, Domine, eſt ſanitas, & infirmitas mea. Illam precor ſerua, iſtam ſana. Si enim dignaris in agro tuo

Auguſt. in Medit. cap. 36.

COR-

CORDE meo ſerere bonum ſemen, neceſſe eſt, vt manu pietatis tuæ ſpinas priùs euellas vitiorum meorum.

CONSIDERA QVARTO, Vt ager excultus dicatur, non ſatis eſſe, vt ſemel iterúmve per illum aratrum ducatur, aut vt pauci in eo fiant ſulci: ſed totus omninò quantus quantus eſt exarari, & continuis ſulcis deſcribi debet. Neque verò id ſufficit, vt id vno alteróve Anno fiat; ſed quotánnis reſumendum eſt aratrum, ſi quolibet Anno ſemine conſpergatur. Ex hoc autem diſcimus, non exiguo temporis ſpatio mortificationis ſtudium definiri debere; ſed vſque ad vitæ finem in ea perſeuerandum eſſe. Quod exemplò ſuo nos Chriſtus docuit, qui de Cruce deſcendere noluit niſi mortuus, quantumuis Iudæi clamarent: Chriſtus Rex Iſraël, deſcendat nunc de Cruce, vt videamus & credamus. Ita & nos (inquit Bernardus) quicumque ſequimur caput noſtrum, tota die hac, quâ pſalmati & redempti ſumus, non ceſſemus agere pœnitentiam; non ceſſemus tollere Crucem noſtram, perſeuerantes in ea, ſicut ipſe perſeuerauit, donec dicat Spiritus, vt requieſcamus à labori-

Marc. 15. 32.
Bernard. Serm. 1. *in die Paſchæ.*

Apoc. 14 boribus noſtris. Neminem audiamus,
13. non carnem & ſanguinem, non Spiritum quemlibet, deſcenſum à Cruce ſuadentem. Perſiſtamus in Cruce, moriamur in Cruce: deponamur aliorum manibus, non noſtrâ leuitate. Totâ igitur vitâ in ſpirituali aratione permanendum eſt, ſcri-
Exod. 23 ptum eſt enim: Sex diebus operaberis, die
21. ſeptimo ceſſabis arare. Sex autem dies omne tempus huius vitæ deſignant, ſeptimus verò dies Sabbati & quietis, tempus futuri ſæculi. Quid igitur, Anima, requiem ſperas ante Sabbatum? quid ceſſas ab opere, nondum conſummatis ſex diebus? perſeuera igitur in mortificationis agricultura, nec retrahas manum ſemel aratro im-
Luca 9. poſitam: Nemo enim mittens manum ſuam
62. ad aratrum, & aſpiciens retrò, aptus eſt Regno Dei.

CONSIDERA QVINTO, Quàm neceſſaria hæc ſit CORDIS exaratio; quam
Prouerb. à Salomone diſcere potes, qui ait: Propter
20. 4. frigus piger arare noluit, mendicabit
Salon. ergo æſtate. Quod Salonius ita interpretatur: Piger in hoc loco illum ſignificat, qui propter deſidiam, & huius mundi aduerſitatem (quæ per frigus deſignatur) in Dei ſeruitio negligit laborare: & idcircò in futuro Dei Iudicio mendicabit; quia non habebit

habebit opera bona, pro quibus accipere mereatur beatitudinem: Quia quidquid ſeminauerit homo, hoc & metet. *Galat.* 6.8.
Accidit id fatuis Virginibus, quæ oleo deficiente, ad prudentes dixerunt? Date *Matth.* nobis de oleo veſtro. Sed cur, inquies, 25.8.
dies Iudicij & Regnum Dei æſtati comparatur? quia tunc omnia noſtræ triſtitiæ nubila tranſibunt, & vitæ illius dies æterni Solis claritate fulgebit. Paulò aliter explicat Hugo Cardinalis, qui ſic ait: Vir frigore charitatis intepeſcens, ſui *Hugo* CORDIS agrum aratro pœnitentiæ pro- *Cardin.* ſcindere non vult, & bonis operibus conſerere: mendicabit ergo æſtate. Nimirùm, inſtante iam morte, morbo ingraueſcente, & febre exæſtuante, poſtulabit tempus pœnitentiæ: & non dabitur ei. Inclamabit: Inducias vſque manè; & tritum illud morientium canticum lugubri voce intonabit:

O mihi præteritos referat Deus optimus Annos.

Clamabit, eiulabit, ſed fruſtrà: quia non dabitur ei. Hoc igitur te ad arandi laborem aſſiduum acriter exſtimulet: magis autem ſpes fructus vitæ æternæ. Nam vt Sanctus Paulus ait: Qui arat, arare debet 1. *Cor.* 9 in ſpe fructus percipiendi. Ad ſpiritualem 10. igitur arationem, quam mortificationem

eſſe

eſſe docuimus, eo modò accedendum eſt, quo Eccleſiaſticus monuit ad Sapientiam
Eccli.6. eſſe eundum. Quaſi is qui arat, inquit, & ſe-
19. minat, accede ad eam, & ſuſtine bonos fructus illius: in opere enim ipſius exiguum laborabis, & citò edes de generationibus illius.

LE-

Digitized by Google



SEMINATIO IN COR.

Verbum ſeminatum eſt in CORDE. *Mat. 13. 19.*

Semina iam terræ manda diuine colone,
Ne noſtri, ſterilis, ſit tibi, CORDIS ager.

25. *Pag. 317.*

Digitized by Google

LECTIO V.

CORDIS Seminatio. EMBL. 25.

Verbum ſeminatum eſt in CORDE.
Matth. 13. 19.

Semina iam terræ manda, diuine Colone,
Ne noſtri ſterilis ſit tibi CORDIS ***Ager.***

CONSIDERA PRIMO, Quo fine creatus ſis? quid agas? quò tendas? cur in hoc mundo poſitus? quorſum vitam hanc degas? Vis hoc ſcire? audi Veritatem ipſam: Ego poſui vos, vt *Ioan. 15. 16.* eatis, & fructum afferatis, & fructus veſter maneat. Arbores omnes ſumus, in Viridario cæleſtis Agricolæ plantatæ, vt fructum demus in tempore opportuno. At *Matth. 3. 10.* omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur: Iam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis proinde cura & ſollicitudo CORDIS noſtri hæc eſſe debet, vt fructum adferamus: nemo verò fructum adferre poteſt, niſi priùs in ſe habeat ſemen illius. Vnde verò id homini pauperi & inopi,

Digitized by Google

inopi, & qui ex ſe nihil habet? Non deſpondeamus hîc Animo, benignus eſt
Pſ. 144. 15. Dominus, qui implet omne animal benedictione, ipſemet ſementem faciet.
Luca 8. 5. Ecce enim exiit qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum. Quis verò hic ſator? niſi
Beda in Lucam. Chriſtus Dominus; de quo Beda: Exiit ſeminans ad ſeminandum, quia Dominus è ſinu Patris egrediens, venit in mundum, & verbum veritatis ſeminauit. Seminator ergo Chriſtus, ſemen eſt verbum
Barrad. tom. 2. *lib.* 9. *cap.* 2. Dei, ager COR noſtrum. Semen niſi in terram iaciatur, fructum non facit. Sparge triticum in aëre, vel aquâ, vel igne, nihil reportabis fructus. Eumdem in modum Dei verbum, niſi in COR incidat, non pariet emolumentum. Si in aures tantùm verbum auditum, ſi in oculos tantùm verbum ſcriptum incidat, quid proderit? Id verò erit in aqua, vel aëre ſeminare. Quemadmodum terra in medio mundi ſita, ſemen excipit: ita COR, quod in medio hominis eſt locatum, excipiat verbum, foueat, ad fructum ducat.

CONSIDERA SECVNDO, Quales diſpoſitiones COR tuum habere debeat, vt recepto ſemine, fructum poſteà producat. Nam vt ex Chriſti parabola conſtat, tribus

tribus perditis partibus ſeminis, vna tantummodò ſaluatur; non quidem ſeminantis causâ, ſed ſuſcipientis (ait Chryſoſtomus) culpâ terræ: hoc eſt, propter reluctantem, atque repugnantem Animam. Vna enim pars ſeminis cecidit ſecus viam, & conculcata eſt, & volucres cæli comederunt illam. Secunda ſeminis pars cecidit ſupra petram, & natum ſemen aruit, quia non habebat humorem. Tertia inter ſpinas, à quibus ſuffocata eſt. Quarta in terram bonam, & fecit fructum centuplum. Quæ Chriſtus Dominus ipſemet ſic explicat; Qui ſecus viam, hi ſunt qui audiunt, deinde venit diabolus, & tollit verbum de CORDE eorum, ne credentes ſalui fiant. Qui enim ſecus viam publicam ambulant, multas diſtractiones patiuntur, multum Animo vagantur, prout multa & varia ab illis cernuntur. At in audiendo verbo Dei, Animo collecto, & attento eſſe oportet; ne, ſi vel ad momentum vageris, aliud agens, aliud cogitans, derepente diabolus id rapiat, alias atque alias immittens cogitationes. Sicut enim ſemen negligenter iactum, nec poſteà terrâ obductum, volucres cæli rapiunt, & comedunt: ſic verbum Dei negligen-

Chryſoſt. hom 45. in Matt.

Luca 8. 5.

Stapleton. in Domin. Sexageſ.

gligenter acceptum, nec Animo reconditum,ſed oſcitanter auditum,atque ita à nobis contemptum, dæmones rapiunt, & comedunt; quia de noſtro contemptu vehementer gaudent, & voluptatem magnam
Chryſoſt. in cap.13 Matth. hom.45. capiunt. Quare, vt inquit Chryſoſtomus, ne quid tale nos patiamur;diligentiâ, magnitudine Animi, & iugi memoriâ ſemina obducamus.

Matth. 13.20. CONSIDERA TERTIO, Semen quod ſupra petram cecidit, deſignare eos, qui cùm audierint, cum gaudio ſuſcipiunt verbum, & hi radices non habent: quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Verbum enim Dei, niſi ad ipſum CORDIS fundum penetret, altaſque defigat radices, fructum non profert; quantumuis ſuperficietenùs Animum nonnihil moueat, & audientem oblectet. Quî enim creſcere poſſet ſine radice? Hi autem temporales, qui ad tempus tantùm credunt, radices non
Ephes.3. 17. habent; quia non ſunt in charitate radicati & fundati, nec Chriſtum habent per fidem in CORDE habitantem. Sicut ergo cadente pluuiâ, lapides quidem foris madeſcunt, intùs verò ſicci & duri permanent: ſic dura CORDA, imbrem

brem diuini eloquij cum gaudio ſuſcipiunt, ſed intùs ſicci & aridi permanent, malâ conſuetudine aditum gratiæ violenter prohibente.

CONSIDERA QVARTO, Semen quod in ſpinas cecidit, eos ſignificare qui audierunt, & à ſollicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus vitæ euntes ſuffocantur, & non referunt fructum. His enim tribus ſuffocatur Dei verbum, etiam intimè in CORDA receptum, & compunctione vehementi conſecutâ; ita ſanè vt fructificare incipiens, atque emendationem conceptam operari, mox in ipſo progreſſus exordio, quaſi naſcens herbula, reprimatur, extinguatur, & velut onere impoſito ſuffocetur. Danda igitur eſt opera, ne COR noſtrum ſit velut via publica, in qua à prætereuntibus ſemen conculcetur; ne ſit lapideum & durum, quod ſemen non recipiat: ne ſpinis diuitiarum, voluptatum, ac ſollicitudinum ſit circumſeptum, adeoque ſemen verbi Dei ſuffocetur. Claudenda igitur ſunt oſtia CORDIS, ne peruium maneat: igne deuotionis ipſum COR emolliendum, contra omnem duritiam: eradicandæ vepres & ſentes, ne ſemen enatum

Matt. 13 22.

ſupprimant: ſed fiat terra bona, & proferat fructum. Animaduertendum autem hîc eſt, defectum fructuum in hac parabolâ non referri in nimiam ſiccitatem, aut pluuiæ, vel Solis, vel frigoris; vel grandinis, vel venti defectum; ſed totam culpam in ipſam terram conferri. Quòd enim verbum Dei fructum in nobis non edat, non accidit ob defectum diuinæ doctrinæ intùs ſuadentis, vel gratiæ Dei, aut Spiritus ſancti irrigationis, ſed ex noſtro
Matt. 5. 45. vitio. Ille enim qui Solem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, nihil debuit facere telluri ſuæ, quod non fecit:
Oſee 13. 9. vnde perditio tua ex te eſt, ô Anima mea, tantummodò in Deo tuo auxilium tuum.

CONSIDERA QVINTO, Terram bonam vocari à Chriſto, eos qui in
Luca 8. 15. CORDE bono & optimo, audientes verbum retinent, & fructum afferunt in
Salmeron. tom. 7. *tract.* 5. patientia. Terra bona eſt, COR ab humanis affectibus & terrenis perturbationibus vacuum, & liberum: quàm primùm enim vitia ab Animo tollimus, quæ nos noſtrâ culpâ contraximus; & ſolùm illud relinquimus, quod optimè ab optimo Opifice creatum eſt, continuò diuinum

num ſemen in nobis fructum edit. Verùm, quia caro concupiſcit aduerſus Spiritum, & perpetua inter vtrumque pugna eſt, magnâ eſt opus tolerantiâ, & fortiter in acie perſtandum. Et ob eam cauſam dixit, per patientiam fructum afferri. Quare & in alio loco ait: In patientia veſtra poſſidebitis Animas veſtras. Sine patientia enim non perſeueratur: at niſi perſeueraremus, expectari nequiret ſalus: Qui enim perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Sed vt terra hæc bona ex iacto ſemine fructum adferat, retinendum eſt verbum Dei, nec permittendum vt vnâ aure exceptum, alterâ effluat; ſed inſtar mundorum animalium quæ ruminant, vis & efficacia verbi Dei mente reuoluenda, & ſedulò recogitanda eſt. Illi ergo qui cum Dauide in Corde ſuo abſcondunt eloquia Dei, & cum Sanctiſſimâ Virgine Mariâ conſeruant ea, conferentes in Cordibus ſuis, ſunt optima illa terra, quæ copioſiſſimum fructum adfert in tempore ſuo. Rogabo cæleſtem Agricolam, vt Cor meum talem terram efficiat. Etſi enim inſtar lapidis durum ſit, potens eſt Deus de lapidibus ſuſci-

Galat. 5. 17. *Luca 21. 19.* *Matth. 24. 13.* *Pſ. 118. 11.* *Luca 2. 19.* *Matth. 3. 9.*

ſuſcitare filios Abrahæ. Et ſi vepribus ac ſpinis repletum ſit, diuinâ aſpirante gratiâ, terra illa inculta fieri poteſt hortus voluptatis.

Ezech. 36.35.

Digitized by Google



CORDIS IRRIGATIO.

Rigabo hortum meum Plantationum. *Ec. 24. 42.*

Telluri clauſum, cęlo patet: implue rorem,

CORDIS ab hoc vario flore vireſcet humus.

26. *Pag. 325.*

LECTIO VI.

CORDIS Irrigatio.

EMBL. 26.

Rigabo hortum meum plantationum. Eccli. 24. 42.

Telluri clauſum, cælo patet, implue rorem,
CORDIS *ab hoc, vario flore vireſcet humus.*

CONSIDERA PRIMO, Satis non eſſe, bonum ſemen in terra eſſe ſeminatum, niſi illud ſuperueniente pluuiâ, aut aquis irrigetur. Teſtatur enim Chriſtus, natum ſemen aruiſſe, quia non haberet humorem. Quare Axa querebatur datam ſibi terram Auſtralem & arentem, à qua ob defectum humoris, nullos, vel exiguos ſperabat fructus: vnde ſuſpirans poſtulabat ei iungi irriguam. COR quoque noſtrum, licet verbi Dei ſuſceperit ſemen, niſi gratiâ Dei irrigetur, eſt velut terra ſine aqua, vt inquiebat Dauid; hoc eſt, eſt veluti ager aridus, diuturnoque Sole perustus, qui idcircò quaſi aperto ac hiante ore, præ nimiâ quâdam, vt ita dicam, ſiti, expetit,

Luca 8. 15.

Ioſue 15. 19.

Lorinus in Pſal. 142.

expetit, & expectat à Deo ipſo imbrem, vt afferre fruges queat, vt ornari floribus, veſtirique herbis poſſit. Aqua autem, quâ CORDIS hortulus irrigari debet, gratia eſt Spiritus Sancti, vt exponit Gregorius, *Lib. 10. Moral. cap. 6.* in illa verba Iob: Si continuerit aquas, omnia ſiccabuntur. Si emiſerit eas, ſubuertent terram. Aquæ, inquit, nomine, Sancti Spiritus gratia deſignatur, ſicut *Ioan. 7. 38.* Ioannes ait; Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant, credentes in eum. Si continuerit aquas, omnia ſiccabuntur; quia ſi Sancti Spiritus gratia ab audientis mente ſubtrahatur, areſcit protinus intellectus, qui iam per ſpem viride ſcere in audiente videbatur. Similiter *Serm. 2. in Nat. Dom.* Bernardus: Irrigationem maximè neceſſariam habent nouellæ plantationes, alioquin aut minus proficient, aut ex toto peribunt præ ſiccitate. Quærat ergo deuotionis aquas quiſquis ſeminauerit bonorum operum ſemina, vt irrigatus fonte gratiæ, bonæ conuerſationis hortus non areſcat, ſed in perpetuâ viriditate proficiat.

CONSIDERA SECVNDO, Gentiles olim Ioui Pluuio ſupplicaſſe, cùm *Strabo lib. 15.* nimirùm pluuias deſiderarent, quem & ab Indis

Indis hac de cauſa cultum Strabo teſtis eſt. Tertullianus quoque meminit aquiliciorum, quæ Ioui immolabantur ad aquas eliciendas in magnâ ſiccitate. Nos autem Deo fonti gratiarum, qui pluuiæ Pater, & ſtillarum roris genitor in Scriptura dicitur, ſupplicare conuenit, vt pluuiam voluntariam hereditati ſuæ ſegregatam in COR noſtrum demittat, vt terra noſtra det fructum ſuum. Arentem CORDIS hortulum, inquit Paſchaſius Radbertus, ſicut terram ſine aquâ penitus coram Domino Anima expandat, vt ſuis irriget imbribus, qui ſiccâ de rupe aquas manare iuſſit. Clamabo ergo cum Propheta: Extendi manus meas ad te, Anima mea, ſicut terra, ſine aqua tibi; complue me (ait Auguſtinus) ad faciendum fructum bonum. Dominus enim dabit benignitatem, vt terra noſtra det fructum ſuum. Sitire tibi poſſum Domine, me irrigare non poſſum, ideò ſitiuit Anima mea ad Deum viuum, quando veniam, niſi quando venerit? Sitiuit Anima mea ad Deum viuum, quia Anima mea velut terra ſine aqua tibi. Abundat mare, inundat, copioſum eſt, fluctuat, ſed amarum eſt. Diſcreta eſt aqua, apparuit arida Anima mea, irriga eam, quia velut

Tertull. Apolog. num. 40.
Iob 38. 28.
Pſal. 67. 10.
Lib. 2. in Lamen. Ieremiæ.
Pſ. 142. 6.
Aug. in Pſ. 142.
Pſal. 84. 13.
Pſ. 41. 3.

terra ſine aqua tibi. Citò exaudi me Domine. Quæ enim mora, quando ſic ſitio, ad inflammandam ſitim meam? Pluuiam differebas, vt hauriens imbiberem, non reſpuerem quod influeres. Si ergo ideò differebas, iam da: quoniam Anima mea velut terra ſine aqua tibi, Veni, ô fons aquæ viuæ, & irriga vniuerſam ſuperficiem terræ Cordis mei: tui roris abundantiâ longo ariditatis ſqualore marceſcentia viſcera viſitando fœcunda.

Considera Tertio, Deum valdè eſſe propitium, & benignum, vt preces has exaudiat. Ipſe enim eſt, qui
Pſ. 146. 8. operit cælum nubibus, & parat terræ pluuiam. Quin ipſe hoc officio functu-
Eccli. 24 40. rum promittit, cùm ait: Ego ſapientia effudi flumina, ego quaſi trames aquæ immenſæ de fluuio, ego quaſi fluuij Dioryx, & ſicut aquæductus exiui de Paradiſo. Dixi: Rigabo hortum meum plantationum, & inebriabo prati mei fructum. Quàm validè verò hæc ſpem noſtram confirmant! Quis enim defuturas arenti Cordi ſuo aquas ſuſpicetur, cùm audit horti ſui plantatorem eſſe tramitem aquæ immenſæ fluuium, & aquæductum? Et ne de voluntate effundendi hanc aquam quis dubitet, vltrò teſtatur ſe non modò hortum

hortum rigaturum; ſed & vndarum abundantiâ pratum inebriaturum. Quantumcumque igitur aridum, ſiccum,& inaquoſum fuerit COR meum, in te Domine ſperabo: Lignum enim habet ſpem, ſi præciſum fuerit, rurſum vireſcit, & rami eius pullulant. Si ſenuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus fuerit truncus illius; ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam, quaſi cùm primùm plantatum eſt. Quid ni ergo ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum, & mihi dederis, Domine, vt ſit Anima mea quaſi hortus irriguus, de te fonte viuo largiter irrigatus, qui germinare eam faciat flores roſarum,& lilia conuallium.

Iob 14.7 *Pſ.*50.1. *Ierem.* 31.12. *Cant.*2. 1.

CONSIDERA QVARTO, Quemadmodum vberem fructuum prouentum ager ille exhibet, qui irrigationi reſpondet: ita pœna, maledictio, & infelicitas eum conſequitur, ſi poſt multos imbres, nullum proferat fructum. Dicit ſiquidem Apoſtolus: Terra ſæpè venientem ſuper ſe bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo: proferens autem ſpinas ac tribulos, reproba eſt, & maledicto proxima, cuius conſummatio in combuſtionem. Cum timore, inquit

*Hebr.*6. 7.

Hom. 10. *in Epiſt. ad Hebr.* Chryſoſtomus, audiamus ſermonem Dei, cum timore & tremore multo; non ſunt hæc minæ Pauli, non ſunt hominis, verba Spiritus Sancti ſunt, Chriſti ſunt loquentis in eo. Infelix prorſus eſt Anima, quæ mon-
2. *Reg.* 1. 21. tium Gelboë inſtar, maledicto ſubiacet, in quam nec ros, nec pluuia diuinæ gratiæ deſcendit. Multò tamen infelicior eſt Ani-
2. *Cor.* 6. 1. ma illa, quæ in vacuum gratiam Dei recipit, & eidem non cooperatur, ſed Spiritui
Hebr. 10. 29. gratiæ contumeliam facit. Omni proinde ſollicitudine id curandum eſt, ne gratia Dei
Hebr. 12 15. in nobis vacua exiſtat, idque omni ratione videamus, ne quis deſit gratiæ Dei. Non enim tam illa (quod multi conqueruntur) nobis deeſt, quàm nos illi. Quanta enim paſſuri videmur, & ſubinde etiam pollicemur, ſi diuinæ gratiæ imber CORDIS noſtri hortum irrigaret. At verò quòd nihil faciamus, non inde euenit, quòd gratia nobis deſit; ſed quòd eamdem negligamus, nec illi cooperari ſtudeamus.

LE-

Digitized by Google

Digitized by Google



CORDIS FLORES.

Dilectus meus deſcendit in hoſtum ſuum, ut lilia colligat. *Cant. 6. 1.*

Hęc tibi, nata tuo de ſemine, conſecro Sponſe
Lilia, et his patrium floribus addo ſolum.

27. *Pag. 371.*

LECTIO VII.

CORDIS Flores. EMBL. 27.

Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum, vt lilia colligat, Cant. 6. 1.

Hæc tibi, nata tuo de ſemine, conſecro Sponſe, Lilia; & his, patrium, floribus, addo ſolum.

CONSIDERA PRIMO, Agricolam eâ potiſſimum de causâ hortum plantare, terram aratro proſcindere, ſemen inſpergere, ſata & plantata rigare, vt tandem eorumdem fructu paſcatur, aut florum amœnitate delectetur. Quis enim plantat vineam, ait Apoſtolus, & de fructu eius non edit? 1. Cor. 9. 7. Quorſum autem credis, ô fidelis Anima, Dilectum tuum, velut Colonum & Agricolam, in COR tuum verbum Dei ſeminaſſe, imbrem gratiæ ſuæ illi largiter impluiſſe, & multiplicem culturam adhibuiſſe; niſi vt flores & fructus illi proferret? An non ipſe ait: Deſcendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium, Cant. 6. 10.

lium, & inſpicerem ſi floruiſſet vinea, & germinaſſent mala punica? Et ipſa Sponſa
*Cant.*4. agnoſcens ſe hortum concluſum, cuius
12. emiſſiones paradiſus malorum punicorum, cum pomorum fructibus, ſuauiſſi-
*Cãt.*5.1. mè inuitat Sponſum, dicens: Veniat dilectus meus in hortum ſuum, & comedat fructum pomorum ſuorum. Neque verò fruſtrata eſt deſiderio ſuo, celerem enim Dilecti ſui aduentum, quidve in horto egerit gratulabunda decantat: Di-
*Cãt.*6.1 lectus meus deſcendit in hortum ſuum, ad areolam aromatum, vt paſcatur in hortis, & lilia colligat. Diligit enim hortos &
Luca 22. flores, qui in florido Nazarethi agro
39. concipi voluit, qui in horto Olieti pro
*Ioan.*19. more ſuo orabat, & Paſſionem ſuam in
41. horto auſpicatus eſt, qui in horto ſepeliri,
*Ioan.*20 & velut hortulatus Dilectæ illi Magdale-
14. næ apparere dignatus eſt. Hic ille, qui
*Prou.*8. delicias ſuas teſtatus eſt eſſe cum filiis ho-
31. minum; CORDA illorum floridos hortos fieri deſiderat, vt in illis voluptatem ca-
1.*Cor.*3. piat. Hinc ipſe eſt, qui hortos hos plantat,
7. qui rigat, qui incrementum dat, cui proinde meritò omnis eorum prouentus debetur.

CONSIDERA SECVNDO, Quid Sponſus in horto CORDIS tui quærat,

rat, quid ibi faciat. Expreſſit id ſecretorum Dilecti ſui conſcia Sullamitis, cùm ait: Dilectum ſuum deſcendiſſe ad areolam aromatum, vt paſcatur in hortis, & lilia colligat. Flores ergo & lilia quærit floridus Sponſus, qui paſcitur inter lilia. Quid ni lilia quærat, ipſe flos campi, & lilium conuallium? Et quia ſimilis ſimili gaudet, non aliam Sponſam deſiderat, quàm quæ & ipſa ſit lilium. Ita enim ait: Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Omnipotens enim (vt quartus Eſdræ liber habet) ex omnibus floribus orbis vnum ſibi lilium delegit. Hæc autem eſt vnica Columba, & dilecta Sponſa veri Salomonis. Sed iam ipſa lilia, Bernardo ductore & Doctore, conſidera: Quærenda, inquit, in Spiritu hæc refectio inter lilia; nam corporea cogitare, ridiculum eſt. Quin ipſa lilia ſpiritualia à nobis demonſtranda erunt. Quæ ergo ſunt illa lilia, è quibus ſpecies decoris eius? Procede, inquit, & regna; propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam. Lilia ſunt, lilia, inquam, orta de terra, nitentia ſuper terram, eminentia in floribus terræ, fragrantia ſuper odorem aromatum. Ergo inter hæc lilia Sponſus, & omninò ex his

Cant. 6. 1.

Cant. 2. 1.

Cāt. 2. 2.

Cap. 5. 24.

Bernard. Serm. 70 in Cant.

Pſ. 44. 5

hiſ ſpecioſus, & pulcher. Bonum autem lilium veritas, candore conſpicuum, odore præcipuum, cuius odor animat fidem, ſplendor intellectum illuminat. Eſt & manſuetudo lilium, habens innocentiæ candorem, & odorem ſpei. Quòd autem iuſtitia lilium ſit, recordamini de Scriptura; quia iuſtus germinabit ſicut lilium, & florebit
Matt. 6. 30. in æternum ante Dominum. Nequaquam hoc lilium hodie eſt, & cras in clibanum
Pſ. 111. 7. mittitur, quia in æternum florebit. Et florebit ante Dominum, cuius in memoria æterna erit iuſtus. Sunt multa apud Sponſum, & alia lilia præter hæc: quis illa enumeret? nempe quot virtutes, tot lilia. Et fortaſsè propterea ipſe ſe lilium appellauit, quòd totus verſetur in liliis; & omnia quæ ipſius ſunt, lilia ſint: Conceptio, Ortus, Conuerſatio, Eloquium, Miracula, Sacramenta, Paſſio, Mors, Reſurrectio, Aſcenſio. Quid horum non candidum, & non ſuauiſſimè redolens?

CONSIDERA TERTIO, Ex ipſo lilio Animam edoceri, quibus virtutum monilibus exornari debeat, vt cæleſti placeat Sponſo. Candor enim ille exterior & interior, qui in liliis relucet, illibatam Corporis & Animi puritatem deſignat. Lilia ſi attrectes, honorem & decorem ſuum perdunt:

dunt: Caſtitatis nitor quouis attactu, minimâ etiam cogitatione obfuſcatur. Liliorum candor in ipſis præcipuè eſt foliis, quo inſtruimur non CORDIS modò, ſed etiam linguæ & verborum caſtitatem retinendam. Quòd verò eadem folia ab imo ſurſum aſſurgant, & repandi in morem ſcyphi compaginata labelli ſuperioris extima leniter fibris retortis obliquent: id innuit mentis deuotionę Animum in cælum efferendum, reflectendam tamen charitatem etiam ergà proximos, quibus officia pietatis, dum opus eſt, deferenda ſunt. Aduerte prætereà, ait Bernardus, de medio floris huius quaſi virgulas aureas prodeuntes, & cinctas candidiſſimo flore, pulchrè ac decenter diſpoſito in coronam. Aurum verò illud ſex ſtaminibus protenſum, ardentem charitatem, quæ in CORDIS noſtri meditullio rutilare debet, deſignat. Sine hoc auro, vile eſt caſtitatis argentum. Venale cælum eſt, ſed non niſi obryzo emitur. Caſtitas ſine charitate, lampas ſine oleo, hæc deficiat, cum fatuis Virginibus à nuptiis excluderis; audies: Clauſa eſt ianua, neſcio vos. Amœnus ille ſcapi viror, firmæ & erectæ ſpei ſceptrum ſibi vindicat. Bulboſa radix multis tunicis inuoluta, accuratiſſimam CORDIS & lin-

Delrio in Florid. Marian. Prima.

Bernard. Serm. 70 in Cant.

Matth. 25. 10.

Pſ.140. 3. quæ cuſtodiam nobis cõmendat: vt oſtium circumſtantiæ labiis noſtris, & ſedulam circumſpectionem omnibus ſenſibus apponamus. Caulis lilij rigidus, enodis, erectus; fortitudinem & perſeuerantiam in bonis propoſitis edocet, vt firmiter in benè deliberatis, abſque vlla inflexione perpetuò perſiſtamus. Scapi folia tactu lenia & glabra, manſuetudinem, & comem affabilitatem ſignificant. Quòd verò ea, quæ radici propiora ſunt cernamus maiora, altiora verò minora; id indicare poteſt, opera noſtra bona, quæ vixdum è CORDIS radice pullulant, magna hominibus principiò videri; quò verò quis maiores in virtute progreſſus fecerit, cæloque abfuerit minùs, tunc eum opinione ſuâ decreſcere, minimum, ac viliſſimum ſibi videri. Omnes has virtutes quæcumque Anima habuerit, verè lilium erit, verè ornata incedet in veſtitu deaurato, circumamicta virtutum varietate; adeò, vt ne ipſe Salomon quidem in omni gloria ſua coopertus fuerit ſicut illa. Quàm benè mecum agetur, ſi vmquam ab hac peſſima ſegete, iniquitatum videlicet atque vitiorum, tantillum terræ meæ vendicare extirpando & excolendo ſufficiam, vnde vnum ſaltem tale lilium producere poſſim: ſi

Pſ. 44. 10 Lucæ 12. 27. Bernard. Serm. 70 in Cant.

forte & penes me paſci interdum dignetur, is qui paſcitur inter lilia.

CONSIDERA QVARTO, & expende admonitionem S. Bernardi: Tu ergo qui hæc audis vel legis, cura habere lilia penes te, ſi vis habere hunc habitatorem liliorum habitantem in te. Opus tuum, ſtudium tuum, deſiderium tuum, lilia eſſe proteſtentur, moralis quidam rerum ipſarum candor atque odor. Habent & mores colores ſuos; habent & odores. Neque enim in Spiritibus idipſum eſt color & odor, non magis quàm in Corporibus. Ergo de colore, conſcientia conſultetur; de odore, fama. Porrò colorem operi tuo dat CORDIS intentio, & iudicium conſcientiæ. Nigra ſunt vitia, virtus candida eſt: inter hanc atque illa, conſcientia conſulta diſcernit. Quod ergo de CORDE puro & conſcientiâ egreditur bonâ, candidum eſt, & eſt virtus. Si autem & bona fama ſecuta fuerit, & lilium eſt; quippe cui nec candor lilij deſit, nec odor. Sponſus itaque, & cùm ſit virtus, in virtutibus complacet ſibi: & cùm ſit lilium, libenter inter lilia commoratur: & cùm ſit candor, delectatur candidis.

Bernard. Serm. 71 in Cant.

1. Tim. 1. 5.



CORDIS CVSTODIA.

Omni cuſtodiâ ſerua COR tuum. *Prou. 4.23.*

Quam bene concluſum vigil hic COR *protegit hortum,*
Proſtricto munit quem timor enſe Dei.

28.

Pag. 338.

Digitized by Google

Quemadmodum autem pretioſa in arca occludi ſolent; ita quoque COR noſtrum arcæ mandandum, ne diripiatur. Et ſanè locus, vbi natura COR repoſuit, arca à Medicis nominatur: ſic enim totam viſcerum intercapedinem appellant. Quænam verò hæc arca ſit, optimè exponit Remigius: COR (inquit) mundum qui ſeruat, beatus eſt. Eius autem munditia ſic ſeruanda eſt, quemadmodum Virgo muliebrem mundum in theca reponit, ne ſordes attingant: ſic Anima COR ſuum in purâ abdit conſcientiâ, ne labes inquinent peccatorum. Itaque pura conſcientia CORDI pro theca eſt, quæ deſignari poteſt in præmolli illo, firmoque membranæ inuolucro, quod COR operit, & περικάρδιον Græcè appellatur, Latinè verò præcordium. Hæc autem tunica, vel potiùs ſacculus, humore quodam aqueo ſemper eſt plenus, qui humor eò ſpectat, vt COR, quod aſſiduo motu cietur nantis in morem, leniter admodum, & ſine labore, & laſſitudine motus explicet ſuos, ne ſi ad latera præcordiorum impingeret, læderetur. Non aliter COR noſtrum, ſi à bonâ conſcientiâ, quaſi à ſanis præcordiis, vndique cingatur; leni admodum

Remig.

Hypoc. l. de Corde.

Salaz. in Cap. 3. Prou. 8.

atque ſuauiſſimo motu impellitur. Si verò conſcientiæ περικάρδιον, ablato illo humore dulciſſimo, per culpam deficiat, COR grauiſſimè torquetur. Conſtringit igitur, atque cuſtodit COR bona conſcientia : quare danda eſt opera, vt bo-
2.Cor.1. num habeamus teſtimonium conſcientiæ
12. noſtræ.

SED fortè non inutile fuerit, bonum hunc theſaurum CORDIS noſtri, cui tot fures inhiant, apud fidum aliquem cuſtodem & tutorem deponere, qui fideliter illum aſſeruet. Quis verò melior,
Iob 7.20 quàm Seruator noſter, qui Cuſtos homi-
Pſ. 126. num appellatur? Niſi enim Dominus
1. cuſtodierit hunc theſaurum, fruſtrà vi-
2.Tim. gilat qui cuſtodit eum. Tu verò potens
1.12. es, Domine, depoſitum meum ſeruare,
Claud. quod apud te depoſui. Reſerua tibi cla-
Aquaui- uem CORDIS mei, ne quis alius aperire
ua in Pſ. poſſit, & theſaurum ſuffurari. Tu es
118. enim clauis Dauid, quæ claudis, & ne-
*Apoc.*48. mo aperit. Obſigna annulo, & ſigillo
22. tuo, ne quis effringere audeat : ipſe cuſto-
*Gen.*48. di partem tuam, quam de Amorrhæo tu-
22. liſti in gladio & arcu tuo. Solus enim, li-
Matth. gato mundi Principe, vaſa captiuitatis diri-
12.29. puiſti.

CON-

CONSIDERA SECVNDO, Cor noſtrum eſſe quaſi hortum voluptatis, in quo Sponſus Animæ noſtræ deliciatur & quieſcit. Deliciæ enim ei ſunt eſſe cum filiis hominum. Hortus hic bonarum cogitationum ſemine conſperſus, profert flores honeſtatis & virtutis, & germinat fructus bonorum operum. Qualis verò hic eſſe debeat, deſcribit Sponſus in Cantico, cùm Sponſam vocat hortum concluſum, fontem ſignatum. Debet enim hortus CORDIS noſtri aduerſus mundi huius turbines (vt inquit Ambroſius) ſepto diuinæ muniri protectionis, nullis ſæculi flabris inquietari. Variarum igitur ſæpe virtutum, humilitate, caſtitate, ſilentio, modeſtiâ, aliiſque hic hortus cingendus eſt, ne videlicet pateat ad rapinam, furibuſque inacceſſus vitem redoleat, fragret oleam, roſam renideat, vt in vite religio, in olea pax, in roſa pudor ſacratæ Virginitatis inoleſcat, ait idem Ambroſius. Nec verò ſepimento tantùm opus eſt huic horto; ſed omnia etiam oſtia diligenter obſeranda ſunt, ne qua parte vulpes paruulæ ſubintrare poſſint, aut ſingularis ferus illum fortè deuaſtet. Oſtia porrò hæc, ſenſuum ſunt organa, quæ diligenter claudenda ſunt, ne per illa mors

Prou.8. 31. *Can.4. 12.* *Ambroſ. lib.10. Epiſtol. Epiſt.82.* *Ambroſ. lib.1.de Virgin.* *Cant.2. 15.* *Pſal.79. 14.*

irrrêpat. Monet illud Sapiens, cùm ait:
Eccli.28 Sepi aures tuas ſpinis, & linguam nequam
29. noli audire: ori tuo facito oſtia, & ſe-
Amb.l.3 ras auribus tuis. Sponſus, ait Ambroſius,
de virg. vult clauſam eſſe ianuam, cùm pulſat:
ianua noſtra, os noſtrum eſt; Chriſto
propemodum ſoli debet aperiri: nec
aperiatur, niſi antè pulſauerit Dei ver-
bum. Quid tibi cum ceteris? Soli Chri-
1.Cor. ſto loquere, ſoli fabulare Chriſto: Si
14.34. enim mulieres in Eccleſia taceant, quan-
tò magis non decet patêre Virginis ianuã.
Citò inſidiator pudoris obrepit, cito ver-
bum excidit, quod reuocare deſideres. Si
Euæ clauſa fuiſſet ianua, nec Adam dece-
ptus fuiſſet, nec reſpondiſſet interrogata ſer-
Ierem.9. penti; introiuit mors per feneſtram, hoc eſt,
21. per Euæ oſtium: ingreditur mors per oſtium
tuum; ſi falſum loquaris, ſi turpiter, ſi
procaciter; poſtremò ſi vbi non oportet lo-
quaris.

CONSIDERA TERTIO, COR tuum
non quemlibet hortum eſſe, ſed inſignem
Gen.2.8 illum Paradiſum voluptatis, quem plan-
tauerat Dominus Deus à principio, quem
maximâ curâ cuſtodiri voluit. Expulſis
enim inde præuaricatoribus parentibus
Geneſ.3. noſtris, Cherubim illi præſtituit flam-
24. meum atque verſatilem gladium vibran-
tem,

tem, omneſque ab eiuſdem ingreſſu arcentem. Cùm igitur (ait S. Macharius, & *Machar.*
Marcus Heremita) Scripturam audieris *hom.* 37.
enarrantem, quæ pertinent ad Paradiſum, *Marc.*
ad Adamum, & ad Serpentem, omnibus *Herem. l.*
affectionibus ſemotis, ad Cor tuum con- *de Para-*
uerte Animum, & reperies ibi Paradiſum. *diſo &*
Quantum enim Paradiſo potiti ſunt primi *lege Spir.*
parentes, centies tantum in Paradiſo ſpirituali oblectamur, verè nos & continenter conſolante gratiâ Dei. Quare nos quoque ſummoperè deſideremus, ipſum ſeruare mandatum: vt permanentes in verbo Domini, fruamur nunc, & in futuro ſæculo deliciis Spiritus. Vt enim expulſus eſt Adã, qui guſtarat de ligno ſcientiæ: ita qui terrena ſapiunt, permanere non poſſunt in verbo Chriſti, quemadmodũ ſcriptum eſt: Amicitia huius mundi, inimica eſt Dei. *Iacob.* 4.
Quocircà iubet Scriptura, vnumquemque 4.
hominem omni cuſtodiâ ſeruare Cor *Prou.* 4.
ſuum: vt conſeruans in eo verbum, tam- 23.
quam Paradiſum, fruatur gratiâ, nec audiat Serpentem intùs ſe implicantem, & conſulentem quæ faciunt ad voluptatem. Sed quis æmulum hunc Serpentem ab horto Cordis excludat? Statuatur, Domine, ante oculos meos flammeus ille, atque *Gene.* 3.
verſatilis gladius; timor, inquam, Do- 24.

mini; timor pœnarum inferni, quarum recordatio hortum CORDIS muniat atque tueatur.

Breuiar. Rom.
Hoc cuſtode procul pelle,
Rex Chriſte piiſsime,
Omne nefas inimici,
Mundo CORDE,*& Corpore,*
Paradiſo redde tuo
Nos ſolâ clementiâ.

Vel quod magis mihi in votis eſt, ô dilecte votorum meorum, Tu ipſe propugnare digneris hortum requiei tuæ; atque ab eo quàm longiſſimè inſidiantes illi beſtias propelle, Abige, ô Deus CORDIS mei, Serpentem inſidiantem, Leonem rugientem, Lupum rapientem, Aprum
Cant. 2. 15. vaſtantem, vulpes paruulas demolientes, omnes denique inſidias inimici longiſſimè
Cant. 3. 7. repelle. Floridum illum Salomonis lectulum ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſraël: omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi; vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum, propter timores nocturnos. Sed pro ſexcentis illis fortiſſimis, ſatis mihi
Pſ. 143. 2. tu vnus, & ſolus es Deus meus, miſericordia mea, & refugium meum, ſuſceptor
Pſ. 67, 2. meus, & liberator meus. Exurge ergo, protector meus, & diſſipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt me, à facie tua.

Ita,

Ita,quæſo, per omnes miſerationes tuas, CORDI meo contingat; vt læto Animo Epinicion Victori meo decantem, & dicam: Dextera tua, Domine, magnificata eſt in fortitudine; dextera tua Domine percuſſit inimicum: & in multitudine gloriæ tuæ depoſuiſti aduerſarios tuos! *Exod.15.6.*

CONSIDERA QVARTO, Quantâ in pace & tranquillitate hortus,& caſtrum CORDIS verſetur, quod habitat in adiutorio Altiſſimi, & in protectione Dei cæli commoratur. *Pſ.90.1.* Solent dicere homines huius ſæculi, inquit Bernardus, bonum caſtellum cuſtodit, qui Corpus ſuum cuſtodit, ego autem non ſic: ſed ſterquilinium vile cuſtodit, qui cuſtodit Corpus ſuum: quoniam qui ſeminat in carne, de carne metet corruptionem. *Bernard. ſerm.46. ex paruis.* *Galat.6.8.* Colendum igitur,cuſtodiendumque magis Animæ caſtrum, quoniam ex ipſo vita procedit. Sed caſtrum iſtud in terra inimicorum ſitum,vndique impugnatur, & idcircò omni cuſtodiâ,id eſt inferiùs, ſuperiùs, antè & retrò, à dextris & à ſiniſtris muniendum eſt. Occlude ergo valuas CORDIS tui peſſulo timoris & amoris Dei,ſi velis in pace poſſidere atrium tuum.

LECTIO IX.

CORDIS Protectio.

EMBL. 29.

Dediſti eis ſcutum CORDIS, *laborem tuum.* Thren. 3. 65.

Ægide COR *tanti, mea lux, defende laboris,*
Quem pro CORDE *tuus, ferre coëgit, amor.*

Iob 7. 1. MILITIA eſt vita hominis ſuper terram. Vndique enim hoſtibus cingimur, qui COR noſtrum oppugnare non ceſſant.
Theodor. Serm. 3. *de prou.* Quid enim eſt COR noſtrum, niſi præſtantiſſima humani Corporis pars, quæ Regis inſtar, omnium totius Corporis membrorum imperium ſibi commiſſum habeat? COR noſtrum caſtrum Omnipotentis Regis eſt, ab eo nobis omni ſollicitudine cuſtodiendum traditum. Caſtrum verò hoc plurimi aduerſarij obſident. Hinc mundus,
Pſ. 10. 3. mundaniq́ue ſagittarij dirigunt vanitatis iacula, vt ſagittent in obſcuro rectos CORDE.
Pſal. 54. 22. Illinc, blandiẽs Caro emollit ſermones ſuos ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula. Iſthinc, dæ-
Epheſ. 6. 16. mon nequiſſimus tela ignea vibrat, & nihil non agit, vt COR ſauciet. Quid verò, an
Pſal. 36. 14. non & gladium euaginauerunt peccatores, inten-



CORDIS PROTECTIO.

Dediſti eis ſcutum CORDIS laborem tuum. *Thr. 3.65.*

Ægide COR tanti mea lux defende laboris,
Quem pro CORDE tuis ferre cögit amor

29.

ROMA

Digitized by Google

intenderunt arcum ſuum, vt deiiciant pauperem, & inopem, vt trucident rectos CORDE? Quis verò à tanto hoſtium agmine infirmum COR liberabit? Quis proteget illud è timore nocturno, à ſagittâ volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incurſu, & dæmonio meridiano? De nocte enim, & de die, palàm & manifeſtè COR noſtrum iugiter impugnatur, vt meritò vnuſquiſque laborare debeat, ſicut bonus miles Chriſti, & fortiſſimo propugnaculo COR ſuum munire, ne vllis pateat hoſtium ſtratagematibus. Omnes, inquit Auguſtinus, munita CORDA habere volumus, vt nihil intret quod malè ſuggeratur. Vnde autem intret, quis nouit? Et pugnamus quotidie in vno CORDE noſtro. Vnus homo in CORDE ſuo cum turba luctatur.

Pſ.90.5.
2.Tim. 2.1.
Aug.in Pſal.99.

SED quantumuis aduerſarij multi, etſi certamen forte, pugna quotidiana; neutiquam deſperandum eſt. Dominus enim pugnabit pro nobis, ipſe protector noſter, & cornu ſalutis; ipſe liberator CORDIS noſtri.

2.Eſd.4.20.
Pſ.17.3.

CONSIDERA enim, quemadmodum carneum hoc Corporis noſtri COR vndique munierit, vt ex eo diſcas eumdem minimè defuturum principali CORDIS tui, hoc

hoc eſt, menti & CORDI interiori. De illo autem audi Chryſoſtomum ſplendidiſſimè eloquentem: Quoniam, inquit, COR membrorum noſtrorum principaliſſimum eſt, & totius vitæ noſtræ firmitas eſt ipſi tradita, & ipſo quomodocumque percuſſo naſcitur mors, ſolidis & duris oſſibus hoc vndique circummuniuit (Deus) & pectoris prominentiis, & tergi ipſum poſterius muniens. Ne verò continuè ſaliens, & in ira, huiuſmodiſque motibus palpitans, Oſſium aſperitati circumſtantium infligens, conteratur & doleat, multas membranas ſubextendit, & pulmonem ſuppoſuit, velut molle quoddam ſtratum ipſius ſaltibus apponens, vt impunè erumpens ex hoc nihil noxium patiatur. Hæc Chryſoſtomus. Ad hunc ergo, qui carnem CORDI tui ita vndique protexit, intrepidus conuola, hunc inuoca contra omnes hoſtiles inſultus, & dic: Protector noſter adſpice Deus, & veni in adiutorium CORDI meo. Expugna, Domine, impugnantes me: apprehende arma & ſcutum, & exurge in adiutorium mihi.

Hom. II. ad pop. Antioch.

Pſal. 83. 10.

Pſ. 34. 2.

CONSIDERA deinde, multiplex ſcutum à Deo protectore tuo, CORDI tuo ſuppeditari. Primùm enim diuina gratia impenetrabile ſcutum eſt, quod contra

omnes

omnes inimicorum machinationes COR reddit tutum. Vnde Apoſtolus ait: Optimum eſt, gratiâ ſtabilire COR. Deinde validum quoque ſcutum exhibet Oratio, quâ ſubſidium à Deo petimus, ipſumque iratum nobis, placamus. Sicut de Aaron ſcriptum eſt: Properans homo ſine querela deprecari pro populis, proferens ſeruitutis ſuæ ſcutum, Orationẽ, & per incenſum deprecationem allegans; reſtitit iræ, & finem impoſuit neceſſitati. Nec minus, velut vmbone, COR defenditur à verbo Dei: Omnis enim ſermo Dei ignitus, clypeus eſt ſperantibus in ſe. Ita ſacrarum Scripturarũ ſcuto retudit Chriſtus tela diaboli. Huic affine omninò eſt ſcutũ fidei; quo, vt Paulus ait, omnia tela nequiſſimi ignea poſſumus extinguere. Verumtamẽ cùm vniuerſa vanitas ſit omnis homo viuens, & fortiſſimum Antagoniſtam habeamus, mendacij patrem, qui mendacio Protoplaſtes fefellit, & nec ipſe in veritate ſteterat, opus eſt & ſcuto veritatis, de qua Pſalmiſta: Scutò circumdabit te veritas eius. Quiſnam verò hic clypeus? niſi ipſe qui ad hoc venit in mundum, vt teſtimonum perhiberet veritati, plenus ipſe gratiæ & veritatis; qui quis de ſe veriſſimè pronuntiauit: Ego ſum via, veritas, & vita. Ipſe COR noſtrum protegit, &

Heb. 3. 9
Sap. 18. 21.
Sap. 5. 20.
Matt. 4. 4.
Eph. 6. 6
Pſ. 38. 6
Ioan. 8. 44.
Pſ. 91. 5
Ioan. 18. 37.
Ioan. 1. 14.
Ioan. 14 6.

& circumdat, vt vndique nos paratos inueniat & clauſos, omneſque aditus ſenſus noſtri ſcuto veritatis tegantur.

SED attentiùs hîc expende, quomodo Chriſtus Dominus ſcutum CORDIS noſtri fuerit. Nullum ſanè ei bellum cum Deo Patre vmquam fuit, & tamen clamat in
Pſ.37.3. Pſalmo : Sagittæ tuæ infixæ ſunt mihi.
1.Petri 2.22. Vnde verò hoc in eo qui peccatum non fecit, nec Parentem ſuum vmquam offen-
Bellarm. Conc.5. in Pſ.90 dit? Hinc nimirùm; quia vidit Filius Dei Parentem ſuum in nos armatum, vidit arcum & ſagittas iam paratas, vidit gladium exacutum ac diſtrictum; vidit ab alterâ parte, nos omnes inermes, & qui neque viribus, neque prudentiâ tela iræ diuinæ declinare poſſemus. Quid igitur? Miſericordiâ motus, inter nos & Deum ſe medium conſtituit, &, tamquam ſi clypeus noſter fuiſſet, omnes plagas, omnes ictus, omnia vulnera, omnia tela; quæ in nos à Deo dirigebantur, in
Iſaia 53. 5. Corpore ſuo ipſe excepit : Vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, & attritus eſt propter ſcelera noſtra. Quid, quæſo, magis præſtare poterat, quàm vt ſe clypeum CORDIS tui faceret, vt ipſe percuteretur, & tu poſt terga eius tutus maneres? Dilige, Anima mea, vicem-

vicemque redde huic protectori tuo; cui cum Dauide meritò decantes: Dominus petra mea, & robur meum, & Saluator meus. Deus fortis meus, ſperabo in eum: ſcutum meum, & cornu ſalutis meæ: eleuator meus, & refugium meum: Saluator meus, de iniquitate liberabis me. *2. Reg. 22.3.*

CONSIDERA vlteriùs, non modò Chriſtum paſſum, clypeum nobis eſſe; ſed ipſam etiam eius Paſſionem, alapas, flagella, vulnera, Crucem, omneſque eius dolores, munimentum CORDIS noſtri eſſe; de quo accipi poteſt illud Prophetæ: Dabis ei ſcutum CORDIS, laborem tuum. *Thren. 3. 65.* Quod perinde eſt, ac ſi diceret: Tu Chriſte Sancte, dabis hominibus laborem tuum, quem propter eos ſuſcipies, vt ſit illis ſcutum, quo in tentationibus ſuis protegantur. *Hector Pintus in Thren.* Tua Paſſio, erit illorum protectio; tuus labor, erit illorum clypeus. Nam in labore, & in vulneribus Domini noſtri Ieſu Chriſti, eſt remedium noſtrum conſtitutum. Experto id credamus Auguſtino, qui ait: Cùm me pulſat aliqua turpis cogitatio, recurro ad vulnera Chriſti. *Aug. in Manual. cap. 2.* Cùm me premit caro mea, recordatione vulnerum Domini mei reſurgo. Cùm diabolus mihi parat inſidias, fugio ad viſcera miſericordiæ Domini mei, & recedit

dit à me. Si ardor libidinis moueat membra mea, recordatione vulnerum Domini noſtri, Fili Dei, extinguitur. In omnibus aduerſitatibus non inueni tam efficax remedium, quàm vulnera Chriſti. In illis dormio ſecurus, & requieſco intrepidus

Pſ.29.2 Ibi ſecurus decantabo: Exaltabo te Domine, quoniam ſuſcepiſti me, nec dele-
Pſ.26.3 ctaſti inimicos meos ſuper me. Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit COR meum. Si exurgat aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo. Meritò ſanè in hoc ſcuto confidit Exercitus Chriſti, populus acquiſitionis eius, in quem rectè
Deuter. cadat illa Moyſis benedictio: Beatus es tu
33.29. Iſraël! Quis ſimilis tui popule, qui ſaluaris in Domino? ſcutum auxilij tui, & gladius gloriæ tuæ: negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis.



LE-





CORDIS SCALÆ.

Aſcenſiones in CORDE ſuo diſpoſuit. *Pſal. 83.6.*

Vin' ſcalis dilecta poli conſcendere ſedes,
Hîc prius in proprio conſtrue CORDE *gradus.*

30. *Pag. 353.*

LECTIO X.

Cordis Scalæ.

Embl. 30.

Aſcenſiones in Corde *diſpoſuit.* Pſal. 83. 6.

Vin' Scalis, Dilecta, poli conſcendere ſedes?
Hîc priùs, in proprio, conſtrue, Corde, *gradus.*

NON caſu, neque abſque rationabili cauſa factum eſt, vt in magnificum illud Salomonis Templum quindecim gradibus aſcenderetur; vt enim S. Gregorius conſiderat: Salomon cæleſtium ſcrutator ſecretorum, & diuinæ receptaculum ſapientiæ, ſic Templum illud manufactum edidit, vt exinde Templum aliud non manufactum ſignaret, quatenus ex corruptibili terrenæ domus ædificio, incorrupta cæleſtis Templi quodam modo imaginaretur pulchritudo. Ad illud namque Templum, quod ex viuis in cælo lapidibus conſtruitur, non planâ aut ſpatioſâ peruenitur viâ, vel greſſu aſcẽditur corporeo, ſed proceſſu fidei, & charitatis aſcenſu. Hinc namque Propheta

Gregor. Præfat. in 6. Pſ. Pænit.

ROMA

Digitized by Google

intenderunt arcum ſuum, vt deiiciant pauperem, & inopem, vt trucident rectos CORDE? Quis verò à tanto hoſtium agmine infirmum COR liberabit? Quis proteget illud è timore nocturno, à ſagittâ volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incurſu, & dæmonio meridiano? De nocte enim, & de die, palàm & manifeſtè COR noſtrum iugiter impugnatur, vt meritò vnuſquiſque laborare debeat, ſicut bonus miles Chriſti, & fortiſſimo propugnaculo COR ſuum munire, ne vllis pateat hoſtium ſtratagematibus. Omnes, inquit Auguſtinus, munita CORDA habere volumus, vt nihil intret quod malè ſuggeratur. Vnde autem intret, quis nouit? Et pugnamus quotidie in vno CORDE noſtro. Vnus homo in CORDE ſuo cum turba luctatur.

Pſ.90.5. *2.Tim. 2.1.* *Aug.in Pſal.99.*

SED quantumuis aduerſarij multi, etſi certamen forte, pugna quotidiana; neutiquam deſperandum eſt. Dominus enim pugnabit pro nobis, ipſe protector noſter, & cornu ſalutis; ipſe liberator CORDIS noſtri.

2.Eſd.4. 20. *Pſ.17.3.*

CONSIDERA enim, quemadmodum carneum hoc Corporis noſtri COR vndique munierit, vt ex eo diſcas eumdem minimè defuturum principali CORDIS tui,

hoc

hoc eſt, menti & CORDI interiori. De illo autem audi Chryſoſtomum ſplendidiſſimè eloquentem: Quoniam, inquit, COR membrorum noſtrorum principaliſſimum eſt, & totius vitæ noſtræ firmitas eſt ipſi tradita, & ipſo quomodocumque percuſſo naſcitur mors, ſolidis & duris oſſibus hoc vndique circummuniuit (Deus) & pectoris prominentiis, & tergi ipſum poſterius muniens. Ne verò continuè ſaliens, & in ira, huiuſmodique motibus palpitans, Oſſium aſperitati circumſtantium infligens, conteratur & doleat, multas membranas ſubextendit, & pulmonem ſuppoſuit, velut molle quoddam ſtratum ipſius ſaltibus apponens, vt impunè erumpens ex hoc nihil noxium patiatur. Hæc Chryſoſtomus. Ad hunc ergo, qui carnem CORDI tui ita vndique protexit, intrepidus conuola, hunc inuoca contra omnes hoſtiles inſultus, & dic: Protector noſter adſpice Deus, & veni in adiutorium CORDI meo. Expugna, Domine, impugnantes me: apprehende arma & ſcutum, & exurge in adiutorium mihi.

Hom. II. ad pop. Antioch.

Pſal. 83. 10.

Pſ. 34. 2.

CONSIDERA deinde, multiplex ſcutum à Deo protectore tuo, CORDI tuo ſuppeditari. Primùm enim diuina gratia impenetrabile ſcutum eſt, quod contra omnes

omnes inimicorum machinationes COR
reddit tutum. Vnde Apoſtolus ait: Opti- *Heb.* 3.9
mum eſt, gratiâ ſtabilire COR. Deinde va-
lidum quoque ſcutum exhibet Oratio, quâ
ſubſidium à Deo petimus, ipſumque ira-
tum nobis, placamus. Sicut de Aaron ſcri-
ptum eſt: Properans homo ſine querela *Sap.* 18.
deprecari pro populis, proferens ſeruitu- 21.
tis ſuæ ſcutum, Orationẽ, & per incenſum
deprecationem allegans, reſtitit iræ, & fi-
nem impoſuit neceſſitati. Nec minus, velut
vmbone, COR defenditur à verbo Dei:
Omnis enim ſermo Dei ignitus, clypeus eſt *Sap.* 5.
ſperantibus in ſe. Ita ſacrarum Scripturarũ 20.
ſcuto retudit Chriſtus tela diaboli. Huic *Matt.* 4.
affine omninò eſt ſcutũ fidei; quo, vt Pau- 4.
lus ait, omnia tela nequiſſimi ignea poſſu- *Eph.* 6.6
mus extinguere. Verumtamẽ cùm vniuerſa *Pſ.* 38.6
vanitas ſit omnis homo viuens, & fortiſſi-
mum Antagoniſtam habeamus, mendacij
patrem, qui mendacio Protoplaſtes fefellit, *Ioan.* 8.
& nec ipſe in veritate ſteterat, opus eſt & 44.
ſcuto veritatis, de qua Pſalmiſta: Scuto cir- *Pſ.* 91.5
cumdabit te veritas eius. Quiſnam verò hic *Ioan.* 18.
clypeus? niſi ipſe qui ad hoc venit in mun- 37.
dum, vt teſtimonum perhiberet veritati, *Ioan.* 1.
plenus ipſe gratiæ & veritatis; quique de 14.
ſe veriſſimè pronuntiauit: Ego ſum via, ve- *Ioan.* 14
ritas, & vita. Ipſe COR noſtrum protegit, 6.

&

& circumdat, vt vndique nos paratos inueniat & clauſos, omneſque aditus ſenſus noſtri ſcuto veritatis tegantur.

SED attentiùs hîc expende, quomodo Chriſtus Dominus ſcutum CORDIS noſtri fuerit. Nullum ſanè ei bellum cum Deo Patre vmquam fuit, & tamen clamat in
Pſ. 37. 3. Pſalmo : Sagittæ tuæ infixæ ſunt mihi.
1. Petri 2. 22. Vnde verò hoc in eo qui peccatum non fecit, nec Parentem ſuum vmquam offen-
Bellarm. dit? Hinc nimirùm; quia vidit Filius Dei
Conc. 5. Parentem ſuum in nos armatum, vidit ar-
in Pſ. 90 cum & ſagittas iam paratas, vidit gladium exacutum ac diſtrictum; vidit ab alterâ parte, nos omnes inermes, & qui neque viribus, neque prudentiâ tela iræ diuinæ declinare poſſemus. Quid igitur? Miſericordiâ motus, inter nos & Deum ſe medium conſtituit, & tamquam ſi clypeus noſter fuiſſet, omnes plagas, omnes ictus, omnia vulnera, omnia tela, quæ in nos à Deo dirigebantur, in
Iſaia 53. 5. Corpore ſuo ipſe excepit: Vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, & attritus eſt propter ſcelera noſtra. Quid, quæſo, magis præſtare poterat, quàm vt ſe clypeum CORDIS tui faceret, vt ipſe percuteretur, & tu poſt terga eius tutus maneres? Dilige, Anima mea, vicem-

vicemque redde huic protectori tuo; cui cum Dauide meritò decantes: Dominus petra mea, & robur meum, & Saluator meus. Deus fortis meus, ſperabo in eum: ſcutum meum, & cornu ſalutis meæ: eleuator meus, & refugium meum: Saluator meus, de iniquitate liberabis me. *2. Reg. 22. 3.*

CONSIDERA vlteriùs, non modò Chriſtum paſſum, clypeum nobis eſſe; ſed ipſam etiam eius Paſſionem, alapas, flagella, vulnera, Crucem, omneſque eius dolores, munimentum CORDIS noſtri eſſe; de quo accipi poteſt illud Prophetæ: Dabis ei ſcutum CORDIS, laborem tuum. Quod perinde eſt, ac ſi diceret: Tu Chriſte Sancte, dabis hominibus laborem tuum, quem propter eos ſuſcipies, vt ſit illis ſcutum, quo in tentationibus ſuis protegantur. Tua Paſſio, erit illorum protectio; tuus labor, erit illorum clypeus. Nam in labore, & in vulneribus Domini noſtri Ieſu Chriſti, eſt remedium noſtrum conſtitutum. Experto id credamus Auguſtino, qui ait: Cùm me pulſat aliqua turpis cogitatio, recurro ad vulnera Chriſti. Cùm me premit caro mea, recordatione vulnerum Domini mei reſurgo. Cùm diabolus mihi parat inſidias, fugio ad viſcera miſericordiæ Domini mei, & recedit *Thren. 3. 65.* *Hector Pintus in Thren.* *Aug. in Manual. cap. 2.*

dit à me. Si ardor libidinis moueat membra mea, recordatione vulnerum Domini noſtri, Fili Dei, extinguitur. In omnibus aduerſitatibus non inueni tam efficax remedium, quàm vulnera Chriſti. In illis dormio ſecurus, & requieſco intrepidus
Pſ.29.2 Ibi ſecurus decantabo: Exaltabo te Domine, quoniam ſuſcepiſti me, nec dele-
Pſ.26.3 ctaſti inimicos meos ſuper me. Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit COR meum. Si exurgat aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo. Meritò ſanè in hoc ſcuto confidit Exercitus Chriſti, populus acquiſitionis eius, in quem rectè
Deuter. cadat illa Moyſis benedictio: Beatus es tu
33.29. Iſraël! Quis ſimilis tui popule, qui ſaluaris in Domino? ſcutum auxilij tui, & gladius gloriæ tuæ: negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis.



LE-

[illegible]

Digitized by Google



CORDIS SCALÆ.

Aſcenſiones in CORDE ſuo diſpoſuit. *Pſal. 83. 6.*

Vin' ſcalis dilecta poli conſcendere ſedes,
Hîc prius in proprio conſtrue CORDE *gradus.*

30. *Pag. 353.*

Digitized by Google

LECTIO X.

CORDIS Scalæ.

EMBL. 30.

Aſcenſiones in CORDE *diſpoſuit.*
Pſal. 83. 6.

Vin' Scalis, Dilecta, poli conſcendere ſedes?
Hîc priùs, in proprio, conſtrue, CORDE, *gradus.*

NON caſu; neque abſque rationabili cauſa factum eſt, vt in magnificum illud Salomonis Templum quindecim gradibus aſcenderetur; vt enim S. Gregorius conſiderat: Salomon cæleſtium ſcrutator ſecretorum, & diuinæ receptaculum ſapientiæ, ſic Templum illud manufactum edidit, vt exinde Templum aliud non manufactum ſignaret, quatenus ex corruptibili terrenæ domus ædificio, incorrupta cæleſtis Templi quodam modo imaginaretur pulchritudo. Ad illud namque Templum, quod ex viuis in cælo lapidibus conſtruitur, non planâ aut ſpatioſâ peruenitur viâ, vel greſſu aſcêditur corporeo, ſed proceſſu fidei, & charitatis aſcenſu. Hinc namque Propheta

Gregor. Præfat. in 6. Pſ. Pænit.

Z dicit:

Pſ.83.6. dicit: Beatus vir, cuius eſt auxilium tuum
abs te, aſcenſiones in CORDE ſuo diſ-
poſuit. Dixit aſcenſiones in CORDE beati
viri diſpoſitas: & vnde aſcendere debea-
mus oſtendit, cùm ait: In valle lacry-
marum. In eâ namque exilij noſtri dam-
nationem deplangimus, & innumerabiles
corruptionis humanæ deflemus moleſtias.
Hæc eſt vallis, quam Sancti viri mentis
affectibus indeſinenter exire diſponunt,
& ad illud ineffabile bonum, ad illud in-
1.Cor.2. æſtimabile gaudium aſcendere, quod nec
9. oculus vidit, nec auris audiuit, nec in COR
hominis aſcendit. Sed quod in COR homi-
Serm. nis non aſcendit, (inquit Auguſtinus) COR
126.de hominis illuc aſcendat. COR ibi habea-
diuerſis. mus, & non ſine causâ audiemus: Surſum
CORDA. In valle lacrymarum aſcenſiones
diſponamus, vt perueniamus ad montem
Bernard. gaudiorum. Quàm pauci, ait Bernardus,
Serm.21 poſt te, ô Domine Ieſu, ire volunt: cùm
in Cant. tamen ad te peruenire nemo ſit qui nolit,
Pſal.15. hoc ſcientibus cunctis, quia delectationes
11. in dexterâ tuâ vſque in finem. Et propte-
reà volunt omnes te frui, at non ita & imi-
tari; conregnare cupiunt,ſed non compati.
Optant extrema iuſtorum, ſed non ita &
principia. Non curant quærere,quem tamen
deſiderant inuenire; cupientes conſequi,
ſed

ſed non & ſequi. Vis ergo, ô Anima mea, peruenire ad montem Domini, ad tabernaculum Dei, ad Templum non manufactum; non otiandum tibi, ſed gradatim aſcendendum. Niſi enim per gradus, ad culmen non peruenitur. Aſcendendo, non volando attingitur ſummitas ſcalæ, quam Iacob in *Gen.* 28. ſomnis vidit. Nemo repentè fit ſummus; ſed 12. paulatim, quaſique per gradus ad perfectionem peruenitur. Qui enim intùs eſt homo *2. Cor.* 4. noſter, renouatur de die in diem. Quam- 16. diu igitur degis in conualle plorationis, in miſerâ hac & ærumnosâ vitâ, myſticam ſcalam erigere, gradus Templi conſtruere, aſcenſiones in CORDE diſponere oportet. Quid autem eſt (ait Auguſtinus) aſcen- *Aug. in* dere in CORDE? Proficere in Deum. *Pſ.* 121. Quomodo omnis qui deficit, non deſcendit, ſed cadit: ſic omnis qui proficit, aſcendit.

CONSIDERA iam, quinam ſint gradus, ſiue aſcenſiones, quibus in Deum proficitur, quaſque in CORDE diſponere debemus. Caſſiodorus ait, tot ſcandi gra- *Caßiod.* dus, quot quis auxilio Domini vitia vincit; tot quemque gradibus euehi, quot vitiis fuerit abſolutus; & quantum in valle, ſeu conualle lacrymarum, pœnitentiæque humilitate ſatisfaciendo deſcenderit. Ex

quo ſequitur, vt quis virtutibus etiam aſ-
Philip.3. cendat, & prouehatur, atque quotidie pro-
13. ficiat, in priora extendendo ſeipſum, præ-
teritorum autem obliuiſcens. Atque hic
ſenſus ex ipſo Pſalmo elicitur. Explicans
enim Dauid quænam ſint aſcenſiones in
Pſ.83.7 CORDE diſponendæ, ait: Ibunt de virtute
in virtutem. Aſcendunt quidē & mali, nam
Pſal.73. ſuperbia eorum, qui te, Domine, oderunt,
23. aſcendit ſemper. Et mali homines, & ſedu-
2.Tim. ctores, proficient in peius. At hi aſcenſus
3.13. meri ſunt deſcenſus, vt in eos quadrare
Pſal.72. poſſit quod ait Pſaltes: Deieciſti eos, dum
18.& alleuarentur. Et rurſus: Aſcendunt vſque ad
Pſ.106. cælos, & deſcēdunt vſq; ad abyſſos; Anima
29. eorum in malis tabeſcebat. Nam quantò
plus aſcendunt per elationem ſuperbiæ, & incrementum malitiæ; tantò plus in gehennam deſcendunt; & Anima, quæ videbatur pinguis in bonis, tabeſcit in malis.

CONSIDERA ergo, aſcenſiones has, ſiue virtutum gradus, in CORDE eſſe ponendos; non in manibus, non in pedibus, non in aliis tantùm Corporis membris. Non enim actiones externæ, quantumuis bonæ videantur, (vt iam aliquoties diximus) Deo placent, niſi ex intimo CORDE
1.Reg. procedant: Deus enim intuetur COR. Qua-
16.7. re feruentes, & ſolidi virtutum actus, ex
intimo

intimo CORDIS affectu prodeuntes, exercendi ſunt, ſi verò proficere, & aſcendere voluerimus. Errant porrò, & verè deſcendunt, qui aſcenſiones has in CORDE quidẽ diſponunt, ſed non, ſuo: in alieno enim eas conſtituunt, cùm virtutum opera ideò exercent, vt videantur ab hominibus, & *Matt.6.*
ab iis æſtimentur. Quid enim aliud hoc *5.*
eſt, quàm aſcenſionem ſuam non in CORDE, ſed in ore. & opinione hominum ponere.

SI igitur, ô Anima mea, verè aſcendere concupiſcis, rectóque ordine aſcenſionis gradus diſponere, primo loco humilitas tibi collocanda eſt. Quemadmodum enim ille, qui dixit in CORDE ſuo, in *Iſaia 14*
cælum aſcendam, vſque ad infernum demerſus eſt: ita qui in CORDE humiliato, *13.*
auxilio & gratiâ Dei, aſcenſiones diſponit, verè exaltatur. Deus enim qui humilia reſ- *Pſ.112.*
picit, COR contritum & humiliatum non *6.*
deſpicit. Quomodo autem humilitas COR *Pſal.50.*
ſurſum erigat, optimè exponit S. Auguſti- *19.*
nus; Bonũ eſt, inquit, ſurſum habere COR, *Auguſt.*
non tamen ad ſeipſum, quod eſt ſuperbiæ; *lib. 14.*
ſed ad Dominum; quod eſt Obedientiæ; *de Ciuit.*
quæ niſi humilium non poteſt eſſe. *Dei.c.13*
Eſt igitur aliquid humilitatis, miro modo quod ſurſum faciat COR; & eſt aliquid elatio-

elationis, quod deorſum faciat COR. Hoc quidem quaſi contrarium videtur, vt elatio ſit deorſum, & humilitas ſurſum. Sed pia humilitas facit ſubditum ſuperiori; nihil eſt autem ſuperius Deo: & ideò exaltat humilitas, quæ facit ſubditum Deo. Elatio autē, quæ in vitio eſt, eò ipſo, quò reſpuit ſubiectionem, & cadit ab illo, quo non eſt quicquam ſuperius, & ex hoc erit inferius, &
Pſal.72. 18. fit quod ſcriptum eſt: Deieciſti eos, dum extollerentur. In vanum ergo aſcendit, qui ab humilitate non incipit, & per eam in ſemetipſo priùs deſcendit. Docuit hunc aſcendendi modum veræ humilitatis Magi-
Epheſ.4. 10. ſter, Altiſſimi Filius; de quo legimus: Quoniam qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit.
Serm. 4. de Aſcēſ. Domini. Ab ipſo, teſtante S. Bernardo, demonſtranda nobis erat aſcenſionis via: ne ductoris, immò ſeductoris iniqui aut veſtigium, aut conſilium ſequeremur. Quia ergo non erat quò aſcenderet, deſcendit Altiſſimus, & ſuo nobis deſcenſu ſuauem ac ſalubrem dedicauit aſcenſum. Deſcendit de monte potentiæ, carnis infirmitate circumdatus; deſcendit de monte ſcientiæ, quoniam placuit
1.Cor.1. 21. Deo per ſtultitiam prædicationis, ſaluos facere credentes. Quid enim tenello Corpore, & infantilibus membris videtur infirmius? Quid indoctius apparet paruulo, qui

qui ſola matris vbera nouerit? Quis impotentior eo, cuius omnia membra clauis affixa, cuius omnia dinumerantur oſſa? Quis inſipientior eo, qui tradebat in mortem Animam ſuam; & quæ non repuit, tunc exſoluebat? Vides quàm multum deſcenderit, quantum è potentiâ ſuâ, quantum à ſapientiâ ſuâ exinanierit ſemetipsũ. Sed non potuit altiùs montem bonitatis aſcendere, nec ſuam cõmendare expreſſiùs charitatem. Pſ. 68. 5.

EIA igitur, Anima mea, aſcenſionis cupida, ſi de valle lacrymarum, ad Paradiſum deliciarum aſcendere concupiſcis, ſequere veſtigia præcedentis te Ducis tui, curre in odorẽ vnguentorum eius, qui verè fuit humilis CORDE. Perge de virtute in virtutem, donec videas Deum deorum in Sion. Perge, inquam, & aſcende de deſerto, innixa ſuper Dilectũ tuum. Si enim tibi innitaris, cades: nam perditio tua ex te; tantummodò in Deo tuo auxilium tuum. Et maledictus, qui ponit carnem brachium ſuum. Habita igitur in adiutorio Altiſſimi, & in protectione Dei cæli commorare. Beatus enim, cuius eſt auxilium ab ipſo! Etenim benedictionem dabit legiſlator, & qui dedit aſcendendi conſiliuꝫ, dabit & auxilium; & innitentem ſibi, perducet in Regnum Patris ſui.

Cãt. 1. 4
Pſ. 83. 8
Cãt. 8. 5
Oſeæ 13. 9.
Ier. 17. 5
Pſ. 90. 1
Pſ. 83. 6.

LECTIO XI.

EMBL. 31.

CORDIS Dilatatio.

Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilataſti COR *meum.* Pſal. 118. 32.

Quàm volup' eſt, quod amare prius, COR *duxit amarum,*
Anguſtam, lato, currere, CORDE, *viam!*

CONSIDERA, Præſentem vitam hanc, quam in exilio degimus, aliud non eſſe, quàm viam quãdam ad vitam æternam; eſſe ſpirituale ſtadium, quod nobis velociter eſt decurrendum; eſſe iter ad cæleſtem Ieruſalem, ad quam continuò nos ambulare oporteat. Quàm multi verò ab hoc itinere deflectunt? quanti ſtadium hoc detrectant? Pſ. 106. 4. quot ſunt, qui errantes in ſolitudine, in inaquoſo, viam ciuitatis habitaculi non inueniunt? Quàm ſæpè parum in viâ Dei progredimur? Quoties ſubſiſtimus? quoties laſſi, ab ambulãdo in totum deſiſtimus, atque humi iacemus? Miſeri ſanè, & miſerabiles filij Adæ, Eccleſ. 10. 15. quos labor ſtultorum affligit, cùm neſciunt in vrbem pergere!

At



CORDIS DILATATIO.

Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti COR meum *Pſal. 118. 32.*

Quam volupe eſt quod amare prius COR *duxit amarum,*
Anguſtam lato currere CORDE *viam.*

31. *Pag. 360.*

ROMA

Digitized by Google

At vnde,precor, hæc miſeria? niſi quia adhæret pauimento Anima noſtra, adhæret huic pulueri & terræ; corpori ſcilicet, quod corrumpitur, & aggrauat Animam. Nam (vt inquit Bernardus) quantæuis perfe-ctionis Anima, quamdiu quidem gemit ſub corpore mortis huius, & huius ſæculi nequam,retinetur iucluſa carcere, vincta neceſſitatibus, torta ſceleribus,lentiùs,ſegniuſque aſſurgat neceſſe eſt, ad contemplanda ſublimia: nec omninò liberum habet ſequi Sponſum quocumque ierit. Hinc lacrymoſa vox illa gementis: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius! Sed & altera cauſa eſt; quia dormitat Anima noſtra, præ tædio & defatigatione laſſata. Sunt enim (ait idem Bernardus) qui in ſtudiis ſpiritualibus fatigati, *& verſi in teporem,atque in defectu quodam Spiritus poſiti,ambulant triſtes vias Domini, CORDE arente,ac tædente, accedunt ad quæque iniuncta.

Pſ. 118, 25. Sap. 9.15 S. Bern. Serm. 21 in Cant. Apoc. 14, 4. Rom. 7, 24. Pſ. 118, 28. Serm. 32 in Cant.

CONSIDERA SECVNDO, Vt malum hoc ex frigore, triſtitiâ, & anguſtiâ CORDIS oritur: ita eiuſdem remedium aptiſſimum eſſe, CORDIS dilatationem, id eſt, gaudium in Spiritu Sancto. Phyſicè enim loquendo, triſtibus comprimitur COR, in anguſtumque contrahitur, ac

Lorinus in Pſ. 4.

obruitur noxio humore : lætis ſpargitur ſanguis, ac laxantur quodammodo ſpatia CORDIS, ipſumque dilatatur. Quod indicat rubedo totius oris in ridentibus : & in affectis contrariâ perturbatione, pallor; ſanguine ad COR ſeſe cogente. Hinc
Pſal.4.1. Auguſtinus exponit illud : In tribulatione dilataſti mihi : ab anguſtiis triſtitiæ, in latitudinem gaudiorum me duxiſti. Dilatato autem CORDE, inenarrabili dulcedine curritur via mandatorum Dei. Ex-
Pſ.118. 32. pertus id teſtatur Dauid, dicens : Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dila-
In illum locum. taſti COR meum. Neque enim, inquit Ambroſius, poterat viam currere, ſi COR eius coarctaretur anguſtiis. Idem prorſus & nobis accidit : dormitante enim Animâ præ triſtitiâ, ſegnes & laſſi reſidemus, & tantùm non currimus, ſed & trahi indigemus. Quod optimè, ſuo more, exponit
Serm.21 in Cant. Bernardus : Propterea, (inquit) opus habeo extrahi, quoniam refriguit pauliſper in nobis ignis amoris tui, nec valemus à facie frigoris huius currere modò, ſicut heri & nudiuſtertius. Curremus autem poſteà
Pſal.50. 14. cùm reddideris lætitiam ſalutaris tui, cùm redierit melior temperies gratiæ, cùm Sol Iuſtitiæ incaluerit, & pertranſierit tentationis nubes, quæ hunc operire ad horam

ram cernitur, atque ad leuem flatum auræ blandioris, ſolitò cœperint vnguenta liqueſcere, & aromata fluere, & dare odorem ſuum. Tunc curremus, & in odore illo curremus. Iam verò, ſi quæras quomodo hæc CORDIS dilatatio fiat? quomodo ſpirituale hoc gaudium in CORDIBVS noſtris à Deo immittatur? audi eumdem Bernardum: Vbi contigerit tale aliquid pati (faſtidium ſcilicet & tædium viæ) ſi miſertus Dominus appropiet nobis in viâ, quâ ambulamus, & incipiat loqui de cælo, qui de cælo eſt, nec non fauorabile quippiam cantare nobis de Canticis Sion, narrare etiam de Ciuitate Dei, de pace Ciuitatis: dico vobis; erit pro vehiculo Animæ dormitanti, & pigritanti læta narratio: ita vt pellat omne faſtidium ab Animo audientis, & à Corpore fatigationē. An tibi aliud vel pati, vel petere ille videtur, qui ait: Dormitauit Anima mea præ tædio, confirma me in verbis tuis? Et nónne cùm obtinuerit, clamabit. Quomodo dilexi legem tuam, Domine! tota die meditatio mea eſt. Cogitatio igitur, & deſiderium cæleſtis patriæ, COR dilatat; quod hunc in modum explicat S. Auguſtinus: Deſiderium, ſinus eſt CORDIS noſtri. Quod autem deſideramus, nondum videmus, ſed deſiderando capaces efficimur:

Cant. 1. 3.

Serm. 32 in Cant.

Pſ. 118. 28.

Ibidem. v. 97.

Tract. 4. in Epiſt. Ioan.

cimur: vt, cùm venerit quod videamus, impleamur. Sicuti enim ſi velles implere aliquem ſinum, & noſti quàm magnum eſt, quod dabitur; extendis ſinum vel ſacci, vel vtris, vel alicuius rei: noſti quantum miſſurus es, & ſi vides quia anguſtus eſt ſinus, extendendo facis capaciorem. Sic extendat oportet Anima noſtra cupiditatem ſuam, & ſinu capaciore quærat comprehendere, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in COR hominis aſcendit. Deſiderio iſto COR dilatante, graditur Iuſtus ſemitas æquitatis, quas cùm ingreſſus fuerit, non arctantur greſſus eius, & currens non habebit offendiculum. Incipientes enim humi repunt, Proficientes ambulant, Perfecti currunt; immò vt Aquilæ volant, & non deficiunt. Quis det nobis, vt Salomoni datum fuit, latitudinem CORDIS, ſicut arenam maris, vt ſine vllo impedimento, viam mandatorum Dei tranſcurrere valeamus!

Tract. 34 in Ioan. *1. Cor. 2. 9.* *Prou. 4. 12.* *Iſaiæ 40. 31.* *Pſ. 118. 32.*

TERTIO CONSIDERANDA hîc, & expendenda eſt, non minus curioſa, quàm pia quæſtio. Cùm arcta ſit via, quæ ducit ad vitam, cur Dauid hîc dicat: Dilatatum eſſe COR, & non potiùs ipſam viam, quæ dilatanda videbatur, ſicut alibi dicit: Statuiſti in loco ſpatioſo pedes meos?

Matt. 7. 14. *Pſ. 30. 9.*

Reſpon-

Reſpondet S. Hilarius : COR dilatatum eſſe ; in quo Sacramentum Patris & Filij reſidet : in quo capaci habitatione Spiritus Sanctus dilatatur. Nec Dauidem potuiſſe antè viam Dei currere, quàm ipſe illa digna & ampla Deo efficeretur habitatio. Similiter Ambroſius : Vide denique diſtantiā: Via fit anguſtior, COR latius, vt Patris, & Filij, & Spiritus Sancti ſuſtineat manſionem : ne veniat verbum Dei, & pulſet, & videns CORDIS eius anguſtias, dedignetur habitare. Admirans porrò S. Bernardus tantam CORDIS capacitatem, exclamat : O quanta illi Animæ latitudo, quanta & meritorum prærogatiua, quæ diuinam in ſe præſentiam & digna inuenitur ſuſcipere, & ſufficiens capere ! Quid illa, cui & ſpatia ſuppetunt, & deambulatoria, ad opus quidem Maieſtatis ? Dicit enim Deus : Inhabitabo in illis, & inambulabo. Quàm autem latum eſt, vbi deambulat Deus ? in hac latitudine diffunditur charitas in CORDIBVS noſtris per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis. Dicamus ergo Deo : Anguſta eſt domus CORDIS noſtri, quò venias ad eam, dilatetur abs te. Ruinoſa eſt, refice eam.

Hilar. in Pſ. 118.

Bernard. ſerm. 27. in Cant.

2. Cor. 6. 16.

Rom. 5. 5

Aug. l. 1. Confeſſ. cap. 5.

ALTERA quæſtio hîc moueri poteſt, Quomodo dilatato CORDE, curratur via man-

mandatorum Dei, cùm multum illa habeat mœroris, atque triſtitiæ: Per multas enim tribulationes oportet nos intrare in Regnum cælorum? Multiplex ad hoc eſt reſponſio; oſtendens quomodo etiam in tribulatione COR dilatetur. Primò enim, dilatatione CORDIS, donum magnanimitatis Deus confert, quo infortunia quæque
2.Cor.4. generosè perferuntur, & qui tribulationes
8. patiuntur, non anguſtientur, ita Didymus, Chryſoſtomus, & Euthymius obſeruant, in
Pſ.4.2. illud Pſalmi: In tribulatione dilataſti mihi. Secundò, Liberiore, inquit Chryſoſtomus, campo fruitur, quem tribulatio compellit ſeſe à turpibus amoribus abſtrahere, quibus dum res ſecundæ erant, conſtringebatur, & affligebatur. Quemadmodum qui laborat febre, ſi voluptati vacet, maiores experitur dolores: ſi abſtineat, iucundam ſanitatem recuperat. Tertiò, Iuſtus, tamquam ductile aurum, tribulationis malleo percuſſus, in plures laminas diſtenditur ac dilatatur, itaque fit vas ad diuina dona recipiendum capaciſſimum. Hinc de Pau-
Act. 9. lo electionis vaſe Chriſtus dixit: Ego au-
15. tem oſtendam ei, quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Quartò, Quò pius magis coanguſtatur carne, hoc magis dilatatur Spiritu. Eſt enim veluti palma; quæ in infe-

inferiore parte anguſtior, in ſuperiore latiùs ſe diffundit. Vnde illud: Iuſtus vt palma florebit. *Pſal. 91. 13.* Quintò, Arcta & anguſta eſt via, quæ ducit ad vitam: ſed ſpatia charitatis ſunt latiſſima, lætiſſimaque; *Matt. 7. 13.* & illius lex vocatur, Mandatum latum nimis. *Pſ. 118. 96.* Eo enim complectimur vniuerſa, tranſcendimus creata, immenſo adhæremus Deo. Templum Ezechiëli oſtenſum, latius erat in ſuperioribus, *Ezech. 40.* quoniam, vt Hieronymus docet, ſemper anguſtiora ſunt quæ ſunt deorſum, in ieiuniis χαμευνίαις, & victus continentiâ, paulatimque dum ad ſumma conſcendimus (per illos veluti gradus) latior nobis aperitur via, & impletur quod ſcriptum eſt: In tribulatione dilataſti mihi. *Pſ. 4. 1.*

QVINTA

QVINTA CLASSIS.

CORDIS Perfectio, & cum Chriſto Vnio.

POST *flores fructuſq́ꝫ, & lætam vindemiam, ipſum vinum tandem deguſtandum eſt. Id verò quàm copiosè Dilecta Sulamitidi indulſerit diuinus Salomon, ipſamet gratulabunda decantat, cùm non vnum aut alterum calicem ſibi propinatum; ſed in cellam vinariam admiſſam*

Cant. 2. 4. *ſe aſſerit: Introduxit me Rex, ait, in cellam vinariam. Quænam verò hæc cella vinaria, niſi perfectorum* Via vnitiua, *in qua diuini amoris muſto potantur,*

Læti bibentes ſobriam
Ebrietatem Spiritus?

Eſſe verò charitatem vinum illud, quod in Dei vinariâ cellâ bibitur, ipſa Sponſa teſtatur, cùm ſubdit: Ordinauit in me charitatem. Atque hæc eſt ſalutaris Doctrina huius Claſsis, ſuauiſſimus huius promptuarij potus. Hic enim primò traditur, quomodo per inhabitantē Spiritum Sanctum,

Sanctum, charitas Dei in CORDIBVS *noſtris diffundatur. Quomodo per amorem* COR *noſtrum Dilecti ſignaculo obſignetur. Quid verò non facit Spiritus Sanctus, dum Animam inhabitat! Sagittis ſuis* COR *vulnerat, igne ſuo illud incendit, vt exclamare cogatur: Fulcite me floribus, ſtipate me malis; quia amore langueo. Aut vt Septuaginta legunt: Vulnerata charitate ego ſum. Quemadmodum autem languidus, & vulneratus, vix aliud quàm dolorem ſuum cogitare poſſunt, adeò vt dormientes de eo ſomnient; ita & Sponſa ait: Ego dormio, &* COR *meum vigilat. Hinc quoque moræ impatiens, ad Dilectum ſuum iugiter aſpirat; & cùm Corpore nequeat,* COR *ſuum ſurſum mittit, vbi paſcit, vbi cubat Dilectus eius in meridie. Quare nihil aliud affectat, quàm vt vnum cum Dilecto ſuo efficiatur; vt inuento eo, quem diligit Anima eius, teneat eum, nec dimittat; ſed mutuo ſemper intendat amori, quod indicant illæ voces: Dilectus meus mihi, & ego illi. Itemq;: Ego Dilecto meo, & ad me conuerſio eius. Tandem votorum hæc ſumma eſt, vt in Dilecto ſuo quieſcat, & læua eius ſub capite ſuo poſitâ, dexterâ illius amplexari mereatur. Itaq; ſic quieſcentem nulla filiarum Ieruſalem ſuſcitare, neque euigilare faciat, donec ipſa velit. Sed agedum nunc ſuauiſſimas has Lectiones ordine percurramus.*

Rom. 5. 5

Cãt. 2. 5.

Cãt. 5. 2.

Cant. 2. 16.

LECTIO XII.

Embl. 32. **Cordis Inhabitatio.**

Miſit Deus Spiritum Filij ſui in CORDA *noſtra.* Galat. 4. 6.

Spiritus, ô mea lux! Cordis, tuus, incolat ædem,
Sponſe, vt amore tuo, mî redameris, Amans.

CONSIDERA PRIMO, Immenſum amorem Dei erga
humanum genus, cui vſque
Prou. 8. 31. adeò deliciæ ſunt eſſe cum
filijs hominum, vt ad eos
Ioan. 14. 23. etiam venire, eos inhabitare, & manſionem apud eos facere non dedignetur. Hæc
autem CORDIS noſtri inhabitatio, etſi à
tribus Perſonis Sanctiſſimæ Trinitatis fiat,
potiſſimùm tamen tribuitur Spiritui Sancto, qui charitas & bonitas dicitur; ita S.
Rom. 5. 5. Paulus ait: Charitas Dei diffuſa eſt in CORDIBVS noſtris per Spiritum Sanctum, qui
datus eſt nobis. Vt autem Spiritus Sanctus
à Patre Filioque procedit: ita ab vtroque
Ioan. 14. 26. mitti dicitur. Chriſtus enim ait: Mittam
vobis à Patre Spiritum veritatis. Eumdem

verò



CORDIS INHABITATIO.

Miſit Deus ſpiritum fily ſui in

CORDA noſtra. *Ad Galat. 4. 6.*

Spiritus, ô mea lux, CORDIS, tuus, incolat ædem.

Sponſe, vt amore tuo, mî redameris, amans.

32. *Pag. 370.*

Digitized by Google

verò & Pater mittere dicitur, dicente Apoſtolo: Miſit Deus (Pater) Spiritum Filij ſui in CORDA noſtra. Expende verò, & admirare ſtupendam Dei erga nos homines miſericordiam. Planè (inquit Guarricus,) ineffabilis diuinæ circa nos dignatio charitatis! Parum erat Patri tradidiſſe Filium, vt redimeret ſeruum: niſi daret & Spiritum Sanctum, quo ſeruum adoptaret in Filium. Dedit Filium in pretium redemptionis, dedit Spiritum in priuilegium adoptionis: ſe denique totum ſeruat hereditatem adoptatis. O Deum (ſi fas eſt dici) prodigum ſui, præ deſiderio hominis! An non prodigum, qui non ſolùm ſua, ſed & ſeipſum impendit, vt hominem recuperaret, non tam ſibi, quàm homini ipſi? An non prodigum, qui ſicut proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum: ſic nec Spiritui Sancto pepercit (vt ita loquar) ſed nouâ, & mirâ largitate, ſuper omnem carnem effudit eum? Quid, quòd & luteam carnis noſtræ domum dulcis hoſpes Animæ inhabitare non grauetur? Quanta verò dignitas eſt habere in CORDIS hoſpitio aduentum Dei!

Galat.4. 6. *Serm 1. de Pent.* *Rom.8. 32.*

CONSIDERA SECVNDO, Præparandum, & exornandum eſſe CORDIS ha-

bitaculum, in quo tantus hoſpes excipiendus erit. Certè, inquit Gregorius, ſi domum noſtram quiſquam diues, aut præpotens amicus intraret, omni feſtinantiâ domus tota mundaretur, ne quid fortaſſè eſſet, quod oculos amici intrantis offenderet. Tergat ergo ſordes praui operis, qui Deo præparat domicilium Cordis:

Homil. 30. ſuper Euang.

Quoniam in maleuolam Animam non introibit ſapientia, nec habitabit in Corpore ſubdito peccatis. Spiritus enim Sanctus (qui ſapientiæ auctor eſt) effugiet fictum, & auferet ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu. Hoc eſt, teſte Hieronymo, recedet à cogitationibus ſtultis. His ergo verbis innuitur, Spiritū Sanctum, & æternam Sapientiam non habitare cum mundanis hominibus, quantumuis in oculis ſuis ſapientes eſſe videantur: quantumuis prudentes, & ſublimes ſecundùm ſæculum cogitationes in Corde foueant, quæ apud Deum non niſi ſtultitiæ & inſaniæ ſint falſæ. Sapientia enim huius mundi, ſtultitia eſt apud Deum. Spiritus Sanctus verò eruditis intereſt cogitationibus. Hinc Chriſtus Dominus dicebat: Patrem daturum Spiritum veritatis, quem mundus non poſſet accipere, quia non vidit eum, nec ſcit eum. Sic autem (vt exponit Auguſtinus)

Sap. 1. 4. *In c. 63. Iſaia.* *1. Cor. 3. 19.* *Prou. 8. 12.* *Ioan. 14 17.*

mun-

mundum dixit non poſſe accipere Spiritum Sanctum, ſicut etiam dictum eſt: Prudentia carnis inimica eſt Deo, legi enim Dei non eſt ſubiecta, nec enim poteſt: velut ſi dicamus, iniuſtitia iuſta eſſe non poteſt. Mundũ quippe ait hoc loco, mundi ſignificans dilectores, quæ dilectio non eſt à Patre; & ideò dilectioni huius mundi, de qua ſatagimus vt minuatur, & conſumatur in nobis, contraria eſt dilectio Dei, quæ diffunditur in CORDIBVS noſtris per Spiritum Sanctum. Ita Auguſtinus. Aliam porrò rationem aſſignat S. Gregorius: Quia ſicut Spiritus Sanctus inuiſibilis eſt, ita omnem quem repleuerit, ad deſideranda inuiſibilia accendit. Et quoniam mundana CORDA ſola viſibilia diligunt, hunc mundus non accepit, quia ad diligenda inuiſibilia non aſſurgit. Sæculares enim mentes quantò ſe foris per deſideria dilatant, tantò ad receptionẽ illius ſinũ mentis anguſtant. Relinquenda igitur prudentia Carnis, abiicienda ſapientia mundi; immò totus mundus deſerendus eſt, vt Spiritus Sancti tabernaculũ effici mereamur; ſed & ipſe Deus inuocandus eſt (ſine cuius numine, nihil eſt in homine) vt Sancti Spiritus nobis adſit gratia, quæ CORDA noſtra ſibi faciat habitaculũ, expulſis inde cunctis vitiis ſpiritalibus,

Tra. 70. in Ioan.
Rom. 8. 7
Rom. 5. 5
Lib. 5. Moral. ca. 19. Tom. 2.

Auguſt. Soliloq. cap. 2. Vbi enim ſunt, ô Spiritus Sancte, in homine deliciæ tuæ? vbi præparaſti in me dignum ſanctuarium maieſtatis tuæ, ad quod introiens habeas delicias delectationis tuæ? Mundum enim cœnaculum decet te mundans virtus, quæ non niſi à mundis CORDIBVS videri potes, multò magis nec haberi. In homine autem vbi eſt templum tam mundũ, vt te ſuſcipiat, qui regis mundum? Quis poteſt facere mundum, de immundo conceptum ſemine? Nónne tu qui ſolus es? Ab immundo enim quis mundabitur? Nam & ſecundùm legem, quam dediſti patribus noſtris in igne comburenti montem, & in nube tegente aquam tenebroſam; quidquid tetigerit immundus, immundum erit. Omnes autem nos quaſi pannus menſtruatæ, de maſſa corrupta & immunda venientes, maculam immunditiæ noſtræ, quam celare, præſertim tibi, qui omnia vides, non poſſumus, in frontibus portamus. Quare mundi eſſe non poſſumus, niſi tu mundaueris, qui ſolus es mundus. Ergo veni cælitus, veni *Auguſt. Medit. cap. 9.* Sancte Spiritus, Conſolator optime, dulcis hoſpes Animæ; iam CORDIS mei penetralibus potenti illabere virtute, & tenebroſa quæque neglecti laris latibula corruſci luminis tui fulgore habitator lætifica; tuique roris abundantiâ, longo ariditatis mar-

marcentia ſqualore, viſitando fœcunda. Credo enim quòd quemcumque inhabitaueris, Patris ac pariter Filij domicilium condis. Beatus, qui te merebitur hoſpitem; quoniam per te, Pater & Filius apud eum facient manſionem!

CONSIDERA TERTIO, Differentem admodum eſſe modum, quo Spiritus Sanctus fidelium CORDA ſubintrat. In quorumdam etenim CORDA (vt Gregorius loquitur) venit, & manſionem non facit: quia per compunctionem quidem Dei reſpectum percipiunt, ſed tentationis tempore hoc ipſum quod compuncti fuerant, obliuiſcuntur: ſicque ad perpetranda peccata redeunt, ac ſi hæc minimè planxiſſent. Qui ergo Deum verè diligit, qui eius mandata cuſtodit, in eius CORDE Dominus & venit, & manſionem facit: quia ſic eum diuinitatis amor penetrat, vt ab hoc amore, tentationis tempore non recedat. Magnâ igitur curâ prouidendum nobis eſt, vt Spiritum hunc Sanctum in CORDE recipiamus, & receptum ſedulò retineamus: ne vllo, quod abſit, peccato eum contriſtemus; atque ita à CORDIS noſtri habitaculo expellamus.

Hom. 30. in Euãg.

CONSIDERA QVARTO, Quæ ſint ſigna inhabitantis Spiritus Sancti. Hæc autem

in Moral. tem optimè explicat Gregorius: Habitare in Corpore Animam, probant vitales ſenſus Corporis: habitare in Anima Spiritum, probat vita ſpiritualis. Illud ex viſu, & auditu dignoſcitur; iſtud ex charitate, & humilitate, ceteriſque virtutibus, iiſque maximè, quas tamquam fructus Sancti Spiritus enumerat S. Paulus, hoc modo: Charitas, Gaudium, Pax, Patientia, Longanimitas, Bonitas, Benignitas, Manſuetudo, Fides, Modeſtia, Continentia, Caſtitas. Commoda porrò & vtilitates inhabitantis in CORDIBVS noſtris Spiritus Sancti, hoc modo exponit Bernardus: Quia mãdatum accepimus, vt declinantes à malo faciamus quod bonum eſt; vide quemadmodum Spiritus in vtroque adiuuat infirmitatem noſtram. Ad declinandum enim à malo, tria operatur in nobis: compunctionem, ſupplicationem, remiſſionem. Initium enim reuertendi ad Deum, pœnitentia eſt; quam ſine dubio Spiritus operatur, non noſter; ſed Dei. Quis enim cùm ad ignem venerit algens, & fuerit calefactus, dubitauit ab igne ei veniſſe calorem, quem habere non poterat ſine illo? Sic ergo qui priùs in iniquitate fuerat frigidus, ſi poſtmodum feruore quodam pœnitentiæ accendatur, alium ſibi Spiritum, qui ſuum arguit, & diiu-

Gal. 5. 22.

Serm. de Pentec.

diiudicat, non dubitet adueniſſe. Secundò, quia non prodeſt pœnitere de culpa, niſi ſupplices pro venia; hoc etiam Spiritus operatur, qui poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Tertiò, qui donat vt poſtulemus, idem quoque quod poſtulamus ipſe donat: & ſicut in nobis, interpellat pro nobis; ita in Patre delicta donat cum ipſo Patre, Aduocatus noſter ad Patrem in CORDIBVS noſtris, Dominus noſter, in CORDE Patris.

PORRO ad faciendum bonum, quid in nobis Spiritus bonus operatur? Profectò monet, & mouet, & docet. Monet memoriam, rationem docet, mouet voluntatem. Memoriæ ſuggerit bona in cogitationibus Sanctis, atque ita ignauiam noſtram, torporemque repellit. Propterea quoties huiuſmodi ſuggeſtionem boni ſenſeris in CORDE tuo, da honorem Deo, & age reuerentiam Spiritui Sancto, cuius vox ſonat in auribus tuis. Sed cùm multi admoniti vt benè faciant, minimè ſciant quid agendum ſit, niſi adſit denuò gratia Spiritus Sancti; & quam inſpirat cogitationem, doceat in opus proferre; vacua in nobis erit gratia Dei. Sed quid? ſcienti bonum, & non facienti, peccatum eſt illi gratia. *Iacob. 4. 17.* Propterea non ſolùm moneri, & doceri;

 verùm

verùm etiam moueri, & affici ad bonum
*Rom.*8. neceſſe eſt, ab eo vtique Spiritu, qui ad-
26. iuuat infirmitatem noſtram, & per quem
*Rom.*5.5 in CORDIBVS noſtris diffunditur chari-
tas, quæ eſt bona voluntas. Orabo igitur
*Pſal.*50. Deum, vt Spiritum rectum innouet in viſ-
12. ceribus meis, & Spiritum Sanctum ſuum
non auferat à me: ſed magis Spiritu prin-
*Gal.*5. cipali confirmet me Spirituum Pater, vt
16. Spiritu ambulans, deſideria carnis non per-
ficiam.

ROMA

Digitized by Google



OBSIGNATIO CORDIS.

Pone me, ut ſignaculum, ſuper
COR tuum. *Cant. 8. 6.*

Quod gerit inſcriptum, COR Patris Epiſtola, verbum,
Sponſa, tibi dius, molle, ſigillat amor.

33. *Pag. 379.*

Digitized by Google

LECTIO XIII.

Embl, 33.

CORDIS Obſignatio.

Pone me vt ſignaculum ſuper COR *tuum.* Cant. 8. 6.

Quod gerit inſcriptum, COR, *Patris, Epiſtola, Verbum,*
Sponſa tibi dius, molle ſigillat amor.

ATTENDE, Dilecta Deo Anima, ipſum Sponſum tuum amandi præceptum tibi tradere, atque à te expoſcere, vt iugiter eius recorderis, nec vmquam eius memoriam deponas. Præceptum illud in amoris Cantico his verbis expreſſit: Pone me vt ſignaculum ſuper COR tuum. *Cant.* 8. 6. Quæ multiplici ſenſuum varietate fœcunda, vberem meditationis & inſtructionis materiam tibi ſuggerunt.

PRIMO enim CONSIDERA, Signaculum hoc, ſiue ſigillum, accipi pro inſtrumento, quo vtimur ad obſignandum, quod Annulus Signatorius apud antiquos vocatur.

vocatur. Solebant autem in annulis exprimere effigies eorum, quos chariſſimos habebant, eoſque in digito manus ſiniſtræ, qui minimo proximus eſt, geſtabant: in hoc enim digito neruulus quidam, qui à CORDE procedit, terminatur; cui dum annulus imponitur, COR quaſi coronâ honeſtatur, ſimulque id ſignificatur, eum nobis maximè CORDI eſſe, cuius imagine pala annuli inſignita eſt; hoc ſenſu loquitur Dominus, cùm Zorobabel ſibi charum fore ſignificans, ait; Aſſumam te Zorobabel ſerue meus,
Aggæi. 2 22. & ponã te quaſi ſignaculũ, quia te elegi. Et
Ierem. 22.24. apud Ieremiam idem Dominus: Viuo ego, inquit, ſi fuerit Iechonias annulus in manu
Giſler in Cant. c. 8 dextera mea, inde euellã eum. Iuxta hunc igitur ſenſũ, quod Dilectus tuus à te requirit, ô Anima, hoc eſt, ita me charum & dilectũ habeas, quemadmodũ hominibus chara ſunt propria ſignacula; & ſic me in tuo geſtes CORDE, vt in digito deferri ſolet annulus ſignatorius, quem nullus inde eripiat.

CONSIDERA SECVNDO, Annulis hiſce obſignari ſolere litteras, vnde in Scriptura ſæpiùs legimus, nomine Achab, vel
3. Reg. 21.8. Aſſueri miſſas litteras, eiuſdẽ Regis annu-
Eſther. 3. 13. lo obſignatas: vt ſecretum ac ratum id haberetur, quod in illis continebatur. Proinde hoc ſenſu Sponſus requirit, vt Anima

ſit

ſit quaſi viua Epiſtola, in qua Verbum Patris digito Dei, qui eſt Spiritus Sanctus, exaratum ſit; vtque eadem Epiſtola Sponſi ſigillo obſignetur: nimirùm vt CORDI, tamquam emollitæ ceræ, ipſa Dilecti effigies imprimatur, atque ita agnoſcatur à quo litteræ iſtæ ſcriptæ ſint.

ANNVLO quoque obſignantur, quæ diligenter cuſtodiri volumus; ſic Scriptura ait: Regem Darium miſſo Danièle in lacum leonum, poſuiſſe lapidem ſuper os laci, quem obſignauit annulo ſuo, & annulo Optimatum ſuorum, ne quid fieret contra Danièlem. Et Clemens Alexandrinus in hunc vſum ſcribit à viris Annulum aureum dari ſolere Sponſis, non quidem ad ornatum, ſed vt ea obſignent, quæ domi digna ſunt quæ cuſtodiantur, propterea quòd ſeruandæ domus ad eas cura pertineat. Exigit ergo Sponſus hiſce verbis CORDIS cuſtodiam. COR enim receptaculum eſt cæleſtium theſaurorum, in quo gratia, charitas, ſapientia, & ipſe Spiritus Sanctus diffunditur, ac habitat. Cùm autem CORDE nihil ſit inſtabilius, maximâ indiget cuſtodiâ; ac propterea Sponſus ait: Pone me vt ſignaculum ſuper COR tuum, vt ego ipſe cuſtodiam illud, & cuncta quæ in illo habes; ne hoſtes audeant illud contingere, quod

Dan. 6. 16.

Lib. 3. Pædag. 9. cap. 2.

Cant. 8. 6.

quod tanto vident munitum ſigillo. Id-
Lib.1.2. circò (inquit D. Gregorius) ſignaculum re-
Mor.c.4 bus ponitur, nè quâ diripientium præſum-
ptione temerentur. Sponſi ergo in COR-
DE ſignaculum ponitur, quando fidei eius
myſterium in cuſtodiam noſtræ cogitatio-
nis imprimitur; vt ille infidelis ſeruus, ni-
mirùm noſter Aduerſarius, cùm ſignata
CORDA fide conſiderat, tentando in ea
irrumpere non præſumat.

CONSIDERA TERTIO, Morem eſſe quarumdam gentium, eorum quos diligunt notas, & ſigna quædam ſibi imprimere, vel ſuper COR, vel ſuper brachia; vt eos licet abſentes, quoquo modo habeant præſentes, nullaque illos ex ipſorum CORDE deleat obliuio. Ita Sponſus nobis portandus in CORDE eſt, & quaſi cælo inſculpendus; vt cum Paulo dicere poſſi-
Galat.6. mus: Ego enim Stigmata Ieſu in Corpore
17. meo porto; id eſt, mancipium Chriſti
Lud.de ſum, miles, & vehemens illius amator
Pont.in ſum: & ideò eius Stigmata inuſta, vel in-
Cant. ſculpta in Corpore meo gero, vt omnes
ſciant interiùs, & exteriùs; CORDE, &
opere, non meum iam eſſe, ſed Chriſti; &
Gal.2.19 illum viuere in me vt Crucifixum, quia
2.Cor.4 Chriſto confixus ſum Cruci, & ſemper
10. mortificationem Chriſti Ieſu in Corpore
meo

meo porto, vt vita illius manifeſtetur in meipſo. Quemadmodum igitur Antichriſti ſerui habituri dicuntur characterem beſtiæ in dextera manu, aut in frontibus ſuis: ita Animæ Chriſto deſponſatæ, ſignum Dei viui non tantùm in frontibus, non tantùm in manibus, aut aliis Corporis membris, ſed in intimo CORDE geſtare debent infixum; vt ſicut portauimus imaginẽ terreni hominis, ita portemus & cæleſtis. Optimè in hunc ſenſum dixit Ambroſius: Signaculum Chriſtus in fronte eſt, ſignaculum in CORDE. In fronte, vt ſemper confiteamur; in CORDE, vt ſemper diligamus; ſignaculum in brachio, vt ſemper operemur. Luceat ergo imago eius in confeſſione noſtrâ, luceat in dilectione, luceat in operibus & factis, vt ſi fieri poteſt, tota eius ſpecies exprimatur in nobis.

Apoc. 13. 16. *Apoc.* 7. 3. 1. *Cor.* 15. 47. *Lib. de Iſa. c.* 8. *Tom.* 1. *Cant.* 6.

CONSIDERA QVARTO, Oportere COR noſtrum eſſe velut numiſma ſummi Regis: gerens impreſſam illius imaginem. Vult Saluator noſter (ait Theodoretus) vt eum pro ſignaculo in contemplationibus, & in actionibus noſtris habeamus, & notam ipſius tum dictis, tum factis imprimamus. Sic enim erunt numiſmata regia, non adulterina, ſed regiam imaginem præferentia. Quemadmodum ergo num-

mi,

mi, valorem ſuum habent à Regis effigie: ita opera & cogitationes, quæ ex CORDE prodeunt, meritum omne à Chriſto habent;& in quantũ COR eſt conforme CORDI eius, cuius imaginem gerit; in tantum erit Deo acceptum. Agnoſce quoque, Ani-
*Pſ.*4.7. ma, te Dei denarium eſſe, ſignatum lumine vultus eius;atque ideò te non tuiipſius eſſe, ſed illius cuius imaginem & ſuperſcriptionem geris. Dominus enim, viſo Cæ-
Matth. ſaris nummo, dicens: Reddite ergo quæ
22.21. ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo, tantum dicere voluit, vt Auguſti-
*In Pſ.*4. nus exponit: Quemadmodum Cæſar à vobis exigit impreſſionem imaginis ſuæ, ſic & Deus: vt quemadmodum illi redditur nummus, ſic Deo Anima lumine
*Lib.*1.*de* vultus eius illuſtrata, atque ſignata. Non
virginib. immeritò nos monet Ambroſius, vt ima-
*Tom.*4. ginem hanc nitidam & ſplendentem conſeruare ſtudeamus: Apoſtolus, inquit, in
*Epheſ.*4. Spiritu nos dicit eſſe ſignatos: quoniam
30. Patris imaginem habemus in Filio, ſigillum Filij habemus in Spiritu. Hac Trinitate ſignati, caueamus diligentiùs, ne quod accepimus pignus in CORDIBVS noſtris, aut morũ leuitas, aut vllius adulterij fraus reſignet. Sed quia, niſi Dominus cuſtodierit COR, in vanum laborant, qui cuſtodiunt illud:

illud: rogandus eſt Deus Cordis, vt illius ſplendorem conſeruare dignetur. Illumina Domine vultum tuum ſuper nos. Impreſſiſti nobis vultum tuum, feciſti nos ad imaginem & ſimilitudinem tuam, feciſti nos nummum tuum, ſed non debet imago tua in tenebris remanere. Mitte radium ſapientiæ tuæ, repellat tenebras noſtras, & fulgeat in nobis imago tua. *Aug. in Pſal. 66.*

Considera Qvinto, Praxim & fructum huius exercitij. Praxis enim eius conſiſtit in continuâ memoriâ præſentiæ Dei in Corde noſtro exiſtentis, & velut Templum ſuum inhabitantis. Templum enim Dei Sanctum eſt, inquit Apoſtolus, quod eſtis vos. *1. Cor. 3. 17.* Commendat hoc exercitium S. Baſilius: Agendum aſſiduè, vt ex perpetuâ ac puriſſimâ recordatione, impreſſam in Corde noſtro de Deo cogitationem, veluti indelebile aliquod ſignum circumferamus. *In Reg. fuſe diſp.* Idemque rurſus: *Epiſt. 1.* Eſt verò Dei inhabitatio, inſidentem intùs Deum memoriâ complecti; hacque nos ratione Templum Deī efficimur, quando nec terrenis curis perpetuus tenor memoriæ interpellatur, nec improuiſis perturbationibus intellectus tumultuatur: ſed hæc omnia effugiens vir amore Dei præditus, ad Deum ipſe ſecedit. Sed de hoc

exercitio alij fuſiùs. Fructus autem vt multiplex eſt, ita cum primis eminet gaudium in Spiritu Sancto, quo abundè perfunduntur illi, qui Dei memoriam CORDI ſuo altiſſimè imprimunt. Expertus id teſtatur
Pſ.76.4 Regius Propheta, dicens: Memor fui Dei,
2.Mach. & delectatus ſum. Et Iudas Machabæus,
15.26. & qui cum eo erant, manu quidem pugnantes, ſed Dominum CORDIBVS orantes, ſcribuntur proſtraſſe non minus triginta quinque millia, præſentiâ Dei magnificè delectati. Gaudebant hi, & exultabant infeſtiſſimorum hoſtium agmine circumdati, ob ſolam præſentis Dei memoriam. Nam

Ex Iubilo S. Bern.

Ieſu dulcis memoria
Dat vera CORDIS *gaudia;*
Sed ſuper mel, & omnia,
Eius dulcis præſentia.
Nil canitur ſuauius,
Auditur nil iucundius,
Nil cogitatur dulcius,
Quàm Ieſus Dei Filius.

Etenim eſt ipſe benigniſſimus Dominus

Ieſus decus Angelicum,
In aure dulce canticum,
In ore mel mirificum,
In CORDE *nectar calicum.*

Exem-

Exempla quædam huc ſpectantia.

VISVM eſt hanc Meditationem exemplis quibuſdam illuſtrare, quibus admirando modo diuina bonitas oſtendit, quàm gratum ſibi ſit, per piam memoriam in humano CORDE commorari. Primum autem ſit, quod Angelicus Doctor in hunc modum enarrat: Beatus Ignatius in tantum nomen Chriſti dilexit, vt cùm Traianus requireret ab eo, vt nomen Chriſti negaret, reſpondit: Quòd de ore eius remoueri non poſſet; & cùm ille minaretur, ipſi caput abſcindere, & Chriſtum de eius ore remouere, dixit: Etſi de ore abſtuleris, numquam tamen de CORDE abripere poteris. Hoc enim nomen CORDI inſcriptum habeo, & ideò ab eius inuocatione ceſſare non valeo. Quod audiens Traianus, & probare cupiens, ſerui Dei abſciſſo capite, COR eius extrahi iuſſit, & inuentum eſt habens nomen Chriſti in ſe ſcriptum litteris aureis. Poſuerat enim ſuper COR ſuum hoc nomen quaſi ſignaculum. *B. Thom. in opuſc. de expoſ. orat. Domin. ſecutus Adonem Treuir. in Martyrol.*

AFFINE huic eſt, quod de Beata Margarita de Caſtello Ludouicus Granatenſis refert: Cùm enim frequentiſſimè in Natiuitatis *Granat. Conc. 3. de Nat. Dom. n. 3*

tiuitatis Domini noſtri myſterij contemplatione verſaretur, maximiſque in eo deliciis frueretur, ac poſt mortem inteſtina ab eius Corpore extraherentur, vbi COR eius ab eâ, quâ pendebat inteſtinorum parte, abſciſſum fuit, vnio quidam inſigni magnitudine & pulchritudine, non ſine ingenti miraculo inde erupit: in qua, velut in tabula quadam, Dominicæ Natiuitatis imago ſculpta erat, eademque Virgo genibus flexis ibidem ante Dominicum Præſepe collocata. Qui quidem vnio ad hunc vſque diem in Sacrario domus Beati Dominici (cuius illa tertium Ordinem profeſ-

Lib. 15. *de ſign. Eccl. c.* 3. *Tom.* 2.

ſa erat) ſeruatur. Aliud exemplum Thomas Bozius recenſet, & aſſerit ſe vidiſſe Corpus Claræ Virginis de monte Falco, & COR eius, in quo inſculptus eſt Chriſtus Cruci affixus, ex eadem carne flagra, quibus eſt cæſus; columnam cui alligatus, omnia deniqueſimulachra, quibus eius perpeſſiones referuntur.

Lib. 1. *Apum cap.* 15. *part.* 8.

CANTIPRATANVS aliud nobis ſuppeditat, & ait: De quodam Martyre, prope noſtra tempora, veridicâ relatione ſuſcepi: cùm captus quidam gentili tyranno ſeruiret, & ille eum honeſtiſſimè tractaret, Martyr autem gemebundus incederet, miratus Tyrannus cauſam triſtitiæ, quærit, &

& quare cum ſeruis aliis non gauderet? cui Martyr: Cum aliis,inquit,gaudeo; ſed ſemper triſtis incedo, quia mortis Dei mei memor, continuè in CORDE meo Paſſionis eius ſtigmata porto. Hæc mox vt Tyrannus audiuit,grauiter indignatus; Et ego,inquit,experiar quæ dixiſti. Nec mora, exemptore vocato, iubet aperto pectore Martyris, COR eius euelli, & per medium cultro ſecari. Vbi ſtatim, mirante Tyranno cum ſuis,res miranda conſpicitur; quia pro ſigillo, pars vna CORDIS Crucifixi Chriſti imaginem continens, reperitur. Quo viſo, Tyrannus mox credidit, & cum omnibus ſuis ſacrum Baptiſma ſuſcepit.

CVIDAM perſonæ Deus reuelare dignatus eſt; quanto amore S.Gertrudem Iſlebienſem Ordinis S.P.N. Benedicti proſequeretur: ei enim inter cetera dixit: Nuſquam optatiori,congruentiorive modo me inuenire potes, quàm aut in Sacramento Altaris;aut in huius meæ Dilectæ CORDE, ac Anima. Paria de eiuſdem ſorore S.Mechtilde referuntur, quæ Chriſtum Dominum in CORDE ſuo, velut in vineâ quadam pulcherrimâ deambulantem vidit.

Inſinuat. diuin. piet. l. 1. cap. 4.

Mechtil. lib. 1. de grat. ſpir. cap. 41.

LECTIO XIV.

Embl. 34.

CORDIS Vulneratio.

Tetendit arcum ſuum, & poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam.
Thren. 3. 12.

Mille COR *hoc validis, mea lux, transfige ſagittis,*
Pharmaca ſunt, tua quæ, vulnera, dextra facit.

Pſ 44. 1. Pet. 1. 12. SPECIOSVS ille formâ præ filiis hominum, in cuius vultum etiam deſiderant Angeli proſpicere, CORDIS noſtri regnum ſibi vendicare delectatur; dum amore nos poſſidere, vnus nobiſcum fieri, & verus Emmanuël, id eſt, nobiſcum Deus eſſe concupiſcit. At quibus armis hoc regnum ſibi obtinet? iis proculdubiò, de quibus Dauid ad eum ait:
Pſ. 44. 5. Specie tuâ & pulchritudine tuâ intende, proſperè procede, & regna, ac ſi diceret: Inſignis illa ſpecies & pulchritudo, inſtrumenta ſunt, quibus pacificus Rex intendit, ſiue pergit in victoriâ, proſperè procedit,

regio



CORDIS VVLNERATIO.

Tetendit arcum ſuum, et poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam. *Thren. 3. 12.*

Mille COR hoc validis, mea lux, transfige ſagittis,
Pharmaca ſunt tua quę vulnera dextra facit.

34. *Pag. 390.*

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

regio & triumphali more equum vel quadrigam aſcendit; & glorioſiſſimè regnat. Ipſe enim eſt imago Dei inuiſibilis, Primogenitus omnis creaturæ, in omnibus primatum tenens; quia in ipſo complacuit omnem pulchritudinem inhabitare. Quare non immeritò bis ſpecioſus à Dilectâ Sullamite prædicatur, dum ait: Ecce tu pulcher es, Dilecte mi, & decorus. Diuina ergo illa pulchritudo eſt, quæ CORDA noſtra domat, ſibique ſubiicit, vt in iis regnare delitioſiſſimè poſſit. Quod pulcherrimè declarat Magnus Baſilius: Cùm præceptum nobis ſit, vt charitatem in Deum habeamus, in ipſo confeſtim ortus noſtri initio vim quamdam nanciſcimur, per quam noſtrapte ſponte ad ipſum diligendum impellamur; nam rerum pulchrarum naturâ appetentes ſumus. Verùm, quid eſt, quæſo, pulchritudine diuinâ admirabilius? quæ notio Dei maieſtate excogitari gratioſior poteſt? quod eiuſmodi deſiderium, quis ſecum cominiſci queat, cuiuſmodi eſt illud, quod Animæ vitiis omnibus perpurgatæ diuinitus ingeneratur adeò vehemens, adeo ve intolerandum? quæ verè, ſincereque dicere illud poſſit: Ego amore langueo. Et: Vulnerata charitate ego ſum. Inexplicabiles prorſus, nec vlli pro

Coloſſ. 1. 15.

Cant. 1. 15.

In Reg. fuſ. diſp. quæſt. 2.

Cant. 2. 5.

 digni-

dignitate enarrabiles, quæ è fulgurantiſſimo fonte illo diuinæ pulchritudinis intermicant, ac proſiliunt fulgetræ. Ex hac pulchritudine, velut è pharetrâ quadam, ſagittæ illę procedunt, de quibus Dauid: Sagittæ
Pſ.44,7. tuæ acutæ, in CORDA inimicorum Regis. Exiuit enim Rex noſter cum arcu & corona, vt populos ſibi ſubiiceret & vinceret, ſed vicit ſagittis, quas infixit in CORDA inimicorum Regis. Quos enim inimicos inuenit, iaculis transfixit amoris, & amicos
Prou.27.6. ſibi fecit. Hæc ſunt vulnera diligentis; quæ, Salomone teſte, meliora ſunt, quàm oſcula odientis.

CONSIDERA SECVNDO, Sagittam hîc & ſagittarium eumdem eſſe: ſagitta
Ioan.4.16. enim charitas eſt, ſagittarius Deus: Deus autem eſt charitas. Quiſquis diligit Deum, ſagitta hæc in CORDE eius hæret, & ſagittarius ſagittam ſequitur, & ambo manent
Ibid. cum amante. Qui enim manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Sed
Nyſſen. orat.4. in Cant. audi Nyſſenum eleganti oratione hoc explicantem: Sagittarius, ait, eiaculatus hoc telum, eſt ipſa dilectio; & Deum eſſe dilectionem, ſacris è Litteris didicimus, qui quidem telum electum, Deum illum vnigenam ad eos mittit qui ſeruantur, Spiritu vitæ triplicem cuſpidis aciem inungens,

gens, vt eum in quem immiſſa fuerit, vnà cum telo & ipſo ſagittario in vnum colligat. Itaque videt iam Anima, per diuinos gradus in ſublime deducta, dulcedinem dilectionis, tamquam telum in ſeſe, quo vulnerata eſt. O præclarum vulnus! ô dulcem plagam, per quam vita ad interiora penetrat, quaſi quoddam oſtium & ianuam ſibi aperiens ipſâ diuiſione! Quàm pulchrum eſt, inquit Origenes, quàm decorum, vulnus è charitate accipere! Alius iaculum carnei amoris accepit, alius terreno cupidine vulneratus eſt; tu nuda membra tua, & præbe te iaculo formoſo; ſiquidem Deus ſagittarius eſt. Audi Scripturam de hoc eodem iaculo, immò vt ampliùs admireris, audi ipſum iaculum quid loquatur: Poſuit me in ſagittam electam, & in pharetra ſua ſeruauit me, & dixit mihi: Magnum eſt tibi hoc vocari puerum meum. Intellige ſagittam, quid dicat, & quomodo à Deo ſit electa. Quàm beatum eſt, hoc iaculo vulnerari! *Hom. 2. in Cant.* *Iſa. 49. 2*

CONSIDERA TERTIO, Quàm neceſſarium ſit, vt COR noſtrum hâc ſagittâ transfigatur. Hæc eſt enim ſagitta ſalutis Domini. Hæc ſagitta, cùm adducat ipſum ſagittarium Ieſum, veram quoque adfert ſalutem. Hoc vulnus, inquit Auguſtinus, *4. Reg. 13. 17.* *In Pſ. 37*

 ad

ad veram ſalutem rapit ; & qui hoc vulnere non fuerit vulneratus , ad veram ſanitatem non poterit peruenire. Magis verò id

Lib.6. Moral. cap.14. explicat Gregorius , dum ait : CORDA noſtra malè ſana ſunt , cùm nullo Dei amore ſauciantur , cùm peregrinationis ſuæ ærumnam non ſentiunt , cùm erga infirmitatem proximi nec minimo affectu langueſcunt. Sed vulnerantur , vt ſanentur ; quia amoris ſui ſpiculis mentes Deus inſenſibiles percutit , moxque eas ſenſibiles per ardorem charitatis reddit. Vnde &

Cant. 2. 5. Sponſa dicit : Vulnerata charitate ego ſum. Malè enim ſana Anima , atque in huius exilij ſtatu cæcâ ſecuritate proſtrata, nec videbat Deum, nec videre requirebat : percuſſa autem charitatis eius ſpiculis, vulneratur in intimis affectu pietatis , ardet deſiderio contemplationis , & miro modo viuificatur ex vulnere, quæ priùs mortua jacebat in ſalute. Transfige ergo, ô Diuine ſagittarie, tam ſalutaribus , tamque efficacibus ſagittis COR meum , vt tui amore & deſiderio langueat.

CONSIDERA QVARTO , Effectus piæ huius ſagittationis. Vt enim penetrante ſagittâ COR noſtrum , cum ſanguine ſimul exit & vita : ita intrante charitate & ſagitta amoris Dei, exit à nobis amor proprius.

prius. Teſtatur id ſaucia Sponſa, dum non ſemel ait: Amore langueo, ac ſi diceret: Sagitta illa electa, quâ me Dilectus meus vulnerauit, ignita eſt, æſtum inducit, & languorem: languorem ſalubrem, languorem vitalem, quo quis ſibi moritur, vt Chriſto viuat. Nam (vt benè Guilielmus Abbas) languor iſte intelligitur etiam defectus ſuimet ad ſe. Quantum quis proficit in amore Dei, & quantò quis propiùs accedit ad Deum; tantò plus deficit in amore ſui, & tantò longiùs à ſe diuellitur: ideò quò quis in Deo validior, in ſe eſt languidior; quò quis plus amat Deum, hoc ſeipſum magis contemnit. Alios porrò effectus exponens Gregorius, ait: Mens quæ iam talis eſt, nullam præſentis ſæculi conſolationem recipit; ſed ad illam quam diligit, medullitùs ſuſpirat, feruet, anhelat, anxiatur: vilis ei fit ipſa ſalus ſui Corporis, quia transfixa eſt vulnere amoris. Mala autem eſt ſalus CORDIS, quæ dolorem huius vulneris neſcit. Cùm verò anhelare iam in cæleſti deſiderio, & ſentire vulnus amoris cœperit, fit Anima ſalubrior ex vulnere, quæ priùs ægrotabat ex ſalute.

Cant. 2. 5.

Apud Delrio in cap. 2. Cant.

Hom. 15 ſuper Ezechiel.

CONSIDERA QVINTO, Salutares hos effectus in Sanctis apparere, quorum pectora Dei amor penetrauit, de quibus

Quæſt. 2. in Reg. fuſ. diſp. bus Baſilius : Si quando Sanctorum virorum quempiam Dei pulchritudo circumfulſit, intolerabilem illorum in Animis defixum deſiderij aculeum reliquit : quippe qui, cùm vehementer eos vitæ huius tæderet, in voces illas erumpere ſoliti eſſent:
Pſ. 119. 5 Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus
Pſ. 41. 3. eſt ! Et : Quando veniam & apparebo ante
Ph. 1. 23 faciem Dei? Et: Diſſolui, & eſſe cum Chri-
Pſ. 41. 3. ſto melius eſt. Et : Sitiuit Anima mea ad
Luc. 2. 29. Deum fortem viuum. Et : Nunc dimittis ſeruum tuum Domine. Vehementer enim vitam hanc, veluti tetrum quemdam carcerem abhorrebant; vſque adeò difficiles ad cohibendum Animis erant ij, quorum men-
Pſ. 119. 4 tes Dei amor perſtrinxerat. Ecce hæ ſunt
Ep. 140. ad Princ. ſagittæ potentis acutæ. His ſagittis, ait Hieronymus, & Cleophas in itinere, cum alte-
Luc. 24. 32. ro vulneratus aiebat : Nónne COR noſtrum ardens erat in nobis ? & in alio loco legi-
Pſ. 126. 4. mus: Sicut ſagittæ in manu potentis, ita filij excuſſorum. His ſagittis totus mundus vulneratus & captus eſt. His ſagittis vulnerata
Luc. 7. 37. Magdalena ad Chriſtum in domo Phariſæi accumbentem cucurrit, vt peccatorum veniam obtineret. Quàm verò charitate vulnerata eſſet, exteriora eius quæ faciebat opera, facilè declarabant, de quibus canit Eccleſia:

Amore

Amore currit ſaucia *Breuiar. Rom.*
Pedes beatos vngere,
Lauare fletu, tergere
Comis, & ore lambere.

Nec ſpe ſuâ fruſtrata eſt; quæ enim venerat ægra, reuerſa eſt ſana. Tactus & hiſce iaculis fuit B. Auguſtinus, cùm de ſe aiebat: Inſaniebam ſalubriter, & moriebar vitaliter; gnarus quid mali eſſem, & ignarus quid boni poſt paululum futurus eſſem. Fremebam ego Spiritu, indignans turbulentiſſimâ indignatione; quòd non irem in placitum & pactum tecum Deus meus, eò quò eundum eſſe omnia oſſa clamabant. Sagittaueras tu COR noſtrum charitate tuâ; & geſtabamus verba tua transfixa viſceribus: & exempla ſeruorum tuorum, quos de nigris lucidos, & de mortuis viuos feceras. Congeſta in ſinum cogitationis noſtræ vrebant, & abſumebant grauem torporem, ne in ima vergeremur, & accendebant nos validè. Sed ſtupendum prorſus eſt, quod hoc in genere Sanctiſſimæ Virgini Thereſæ accidit: Aſtantem quippe ad latus ſiniſtrum ſibi vidit Angelum, formâ corporeâ indutum, quem de Seraphinorum numero fuiſſe ex miro oris ſplendore Sancta Mater credidit. Hic aureum manu iaculum oblongum, *Lib. 8. Confeſſ. cap. 8.* *Lib. 9. Confeſſ. cap. 2.* *Ribera l. 1. c. 11. eius vitæ*

& loco cuſpidis flammulâ obarmatum vibrabat, quod ipſe CORDI illius, vt videbatur, infixum cùm educeret, ipſa ſimul euelli præcordia credebat, & ingenti diuini amoris æſtu COR penitus flammeſcere. Sed & longè antè S. Gertrudis idem charitatis beneficium à diuino amore conſecuta eſt; vt enim ipſa refert, perſonam quamdam obligauerat, vt ſingulis diebus ante Imaginem Crucifixi hæc verba diceret: Per tuum tranſuulneratum COR, transfige amantiſſime Domine, COR eius iaculis amoris tui; in tantum, vt nihil terreni continere poſſit; ſed à ſola efficacia tuæ diuinitatis contineatur. Cuius precibus confidebat ſe aſſecutam, quod poſteà ei euenit. Die enim Dominicâ ſenſit ſe appropinquaſſe diuino CORDI Chriſti Domini, idque tam per interioris gratiæ infuſionem, quàm per euidentis ſigni in Imagine Crucifixi demonſtrationem. Videbatur enim ei de vulnere dextri lateris Crucifixi prodire tamquam radius Solis, in modum ſagittæ acutus, qui affectum eius blandè allexit. Sed non ita ſatisfactum fuit deſiderio amantis Sponſæ, donec alio quodam die Chriſtus Dominus ei adfuit, velut ex improuiſo infigens vulnus CORDI eius, cum his

Lib. 2. Inſinuat. diuin. piet. c. 5.

his verbis : Hîc confluat tumor omnium affectionum tuarum. Alio quodam tempore dum quidam Frater in Capella prædicans inter cetera dixit : Amor eſt aurea ſagitta, quâ ſi quid ſagittauerit homo, hoc ſibi quodammodo vendicat : ergo ſtultus eſt, qui amorem ſuum terrenis occupat, cæleſtia negligendo. Ad hæc verba eadem Sancta Gertrudis inardeſcens, dixit ad Dominum : O vtinam ego haberem hanc ſagittam! quia abſque dilatione te vnicum Dilectum Animæ meæ transfigere vellem, vt te ſemper retinerem. Quod cùm diceret, vidit Dominum verſus eam tenentem auream ſagittam, & ſic reſpondentem : Tu proponis me vulnerare, ſi auream ſagittam haberes; ergo, cùm ego hanc habeam, volo te transfigere in tantum, quòd numquam ampliùs ad priorem redibis ſanitatem. Iam dicta ergo ſagitta videbatur tripliciter reflexa, ſcilicet in prima parte, in media, & prope finem. Per quod dabatur intelligi triplex vis amoris, quam in Anima effecit eam vulnerando. Prima enim reflexio, cùm pertranſierit Animam, eo modo ipſam vulnerat, vt more languentis, omnia tranſitoria penitus ſibi reddat inſipida; in tantum, vt de cetero in nullo talium valeat delectari, aut conſolari. Secunda

Lib. 5. inſinuat. diuin. piet. cap. 27.

cunda autem pertranſiens, facit Animam more febricitantis (qui ex acerbitate doloris cum maxima impatientia expetit medicinam) ſupra modum impatienti deſiderio æſtuare, ad hærendum Deo : cùm omninò ſibi impoſſibile videatur, citra ipſum aliquo modo poſſe reſpirare. Tertia deinde pertranſiens, Animam ad tam inæſtimabilia perducit, quòd nulla alia ſimilitudo dici poteſt, quàm quòd Animam quaſi à Corpore ſeparando, nectareis torrentibus diuinitatis facit iucundè ingurgitare.

Lib. 2. grat. Spirit. cap. 20. EIVSDEM gratiæ quoque conſors fuit germana S. Gertrudis ſoror Mechtildis, quæ è medio Crucis auream ſagittam probè acutàm exilientem vidit, quæ amantiſſimè COR eius transfixit. In ipſa verò CORDIS ſui vulneratione, Dilectum Animæ ſuæ hæc dicentem audiuit : Dilecta mea, tota huius mundi ſubſtantia impar eſt, vt oblectare poſſit vnicam Animã, cuius ſuprema gloria & ſalus in eo conſiſtit, vt pœnas, & tribulationes ſuſtineat. Quis mihi det, Domine Deus, vt cum his Sanctis tuis ſalubriter vul-*Aug. in Meditat. cap. 9.* nerari merear ! Saucia, quæſo Domine, interioris hominis arcana tui amoris iaculo; & tẽpentis iecoris medullas ſagittis ſalutaribus penetrando ſuccende, atque amore tuo intima mentis & Corporis vniuerſa depaſce.

depaſce. Pone me vt ſignum ad ſagittam, *Thren. 3.*
& percute obſecro duriſſimam petram 12.
CORDIS mei, piâ & validâ cuſpide dilectionis tuæ; & altiùs ad ima potenti virtute penetra, vt lugeam, & langueam deſiderio amoris & pulchritudinis tuæ; quam oſtendes mihi cùm apparuerit gloria tua.



LECTIO XV.

Embl. 35. CORDIS Inflammatio.

Concaluit COR *meum intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis.* Pſal. 38. 4.

Perge Amor, & ſuccende mei penetralia CORDIS;
Viuat vt in patrio, ceu Salamandra, rogo.

CONSIDERA PRIMO, CORDIS noſtri amator Deus noſter, ignis deuorans atque cõſumens eſt: deuôrat enim peccata, & cõſumit veterem vitam, inuocatque totum hominem. Quare etiam flagrantia, ardentia, atq; ignita CORDA deſiderat; vt his ſe coniungat, ac vniat. Vniri enim non poſſunt niſi ea, quæ aliquo modo ſunt ſimilia. Cùm autem humana CORDA multo gelu conſtricta, & prorſus algida eſſent, adeoque à Deo maximè diſtarent, miſſus eſt Vnigenitus Dei Patris, vt CORDA hominũ præpararet, quò Auctori ſuo coniungi poſſent. Teſtatur id ipſe Chriſtus, cùm ait: Ignem veni mittere in terram, &

Deut. 9. 3.

Luc. 12. 49.



CORDIS INFLAMMATIO.

Concaluit COR meum intra me, et in meditatione meâ exardeſcet ignis. *Pſal. 38. 4.*

Perge Amor et ſuccende meá penetralia CORDIS;
Viuat vt in patrio, ceu Salamandra, rogo.

35. *Pag. 402.*

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

& quid volo niſi vt accendatur? Hæc terra, COR noſtrum eſt: quemadmodum enim frigidum, & infimum terræ elementum, in media eſt mundi ſede conglobatum; ſic COR humanum in medio Corporis eſt conſtitutum, terram amans, & terrena ſapiens. Terra, ait Gregorius, vocata ſunt CORDA terrena, quæ dum ſemper in ſe infimas cogitationes congerunt, à malignis ſpiritibus conculcantur. Sed ignem Dominus in terrã mittit, cùm afflatu Sancti Spiritus CORDA carnalium incendit. Et terra ardet, cùm COR carnale, in ſuis prauis voluptatibus frigidũ, relinquit concupiſcentias præſentis ſæculi, & incenditur ad amorem Dei. De hoc igne præclarè Ambroſius: Dominus ignem Nouo ſparſit Teſtamento, qui ſecretos mentium diuinæ ardore cognitionis inflammaret affectus; qui vaporem fidei, & deuotionis adoleret; qui cupiditatem virtutis accenderet. Hoc igne cælefactus dicit Ieremias: Et erat ignis flammigerans in oſſibus meis. Hoc ſermonum igne cæleſtiũ vaporati Cleophas, & ille alius qui ſimul cum Domino ab Ieruſalem vſque ad caſtellũ confecerant iter, dicebant: Nónne COR noſtrum ardens erat in nobis, cùm aperiret nobis Scripturas? Vis etiam accendi diuino hoc igne? inuoca eum qui ſolus

Hom. 30 in Euãg.

In Pſal. 118.

Thren. 1. 13.

Luc. 24. 32.

dare poteſt, & cum Eccleſiâ ſupplici voce
Miſſal. Rom. clama: Veni Sancte Spiritus, reple tuorum CORDA fidelium, & tui amoris in eis ignem accende.

CONSIDERA SECVNDO, Nefas olim fuiſſe ſummo Sacerdoti Aaron, ingredi in Sancta Sanctorum, niſi priùs aſſumpto thuribulo, quod de prunis Altaris impleſſet, compoſitum thymiama in incenſum obtuliſſet. Quid autem hoc ſignificat, niſi quòd CORDA noſtra, tamquam aurea quædam thuribula, igne Spiritus Sancti replenda ſunt, quibus thymiama variarum virtutum, & ſuffitus Orationum imponantur, atque ita ad cæleſtium promiſſorum beatitudinem deſideria noſtra extendantur? Quantum verò ſcelus ſit, thuribulum CORDIS noſtri alieno igne implere, ſtupendo exemplo Nadab & Abiu filij
Leuit. 10 *1.* Aaron demonſtrarunt. Qui alienum ignem thuribulis ſuis imponentes, vt eum coram Domino offerrent, egreſſus ignis à Domino deuorauit eos, & mortui ſunt. Ignis hic alienus, eſt quæſtûs cupiditas, quæ
Radulph. in Leuit. igni ſacro, id eſt, charitati eſt contraria. Charitas enim eſt ignis è cælo miſſus, & Animæ à Deo inditus; ignis verò alienus eſt, cùm Anima ardet irâ, auaritiâ, luxuriâ, inquit Radulphus. Hæc enim non Deus,

ſed

ſed caro, vel dæmon Animæ ſuggerit & indit. Habet enim, vt Bernardus loquitur, etiam Aduerſarius noſter (vtpote peruerſus diuinorum operum æmulator) habet, inquam, ignem ſuum & ipſe? ignem concupiſcentiæ carnalis; ignem inuidiæ & ambitionis; quem Saluator in nobis non accendere, ſed extinguere venit. Denique ſi quis alienum hunc ignem in diuino offerre præſumpſerit ſacrificio, etiamſi Patrem habeat Aaron, morietur in iniquitate ſuâ. Auertat benigniſſimus Deus, ne alienus hic ignis in nobis ſuccendatur, ſed potiùs ignē ſui amoris accendat Deus in CORDIBVS noſtris. Dulcis Chriſte, bone Ieſu, charitas, Deus meus, accende me totum igne tuo, amore tui, ſuauitate & dulcedine tuâ, iucunditate & exultatione tua, voluptate & concupiſcentia tuâ; vt totus dulcedine amoris tui plenus, totus flammâ charitatis tuæ ſuccenſus, diligam te Deum meum ex toto CORDE meo, totiſque medullis præcordiorum meorum, habens te in CORDE, in ore, & præ oculis meis ſemper, & vbique: ita vt nullus pateat in me locus adulterinis amoribus.

Serm. 2. in Purif. B. Mariæ.

CONSIDERA TERTIO, Præcepiſſe olim Deum, vt ignis in Altari ſuo ſemper arderet, quem nutriret Sacerdos, ſubiiciens

Leuit. 6. 12.

ciens ligna manè per ſingulos dies. Præ-
*Lib.*27. ceptum hoc accommodatiſſimè ad no-
Moral. ſtrum propoſitum ita explicat S. Grego-
*cap.*7. rius: Altare Dei, inquit, Cor noſtrum eſt, in quo iubetur ignis ſemper ardere: quia neceſſe eſt, ex illo ad Dominum charitatis flammam indeſinenter accendere. Sacerdos ligna ſubiiciens, eſt fidelis quiſque, qui, ne in eo charitatis flamma deficiat, debet in excitationem amoris exempla Patrum, vel præcepta Dominica miniſtrare. Debetque hoc fieri manè, quia manè prima diei pars eſt: poſtpoſitis cogitationibus vitæ præſentis, hoc priori loco quiſque fidelium cogitet, vt quibus valeat niſibus, ſtudium charitatis inflammet. De hoc igne ibidem Dominus ait: Ignis iſte perpetuus erit, qui numquam deficiet in Altari. Numquam enim charitas à Corde noſtro abeſſe debet, quæ, niſi ipſi nos extinguamus, durabit in omnem mo-
1 Cor. ninò æternitatem; ſiue enim Prophetiæ
13.8. euacuabuntur, ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur, charitas numquam excidit. Caue igitur, Anima mea, perpetuum hunc ignem extinguere; ne in
Vbi ſupr. perpetuas detrudaris tenebras. Ignis autem iſte, vt idem Gregorius ait, in Corde noſtro citiùs extinguitur, niſi adhibitis exem-

exemplis Patrum, & Dominicis teſtimoniis reparetur. Amplectere igitur, Anima mea, Sacerdotale hoc miniſterium; & per ſingulos dies manè per aliquod tempus ignem hunc nutrias, & nunc ligna Dominicæ Crucis, nunc diuinorum beneficiorum materiam Altari ſubiicias; vt in eo diuini amoris flamma exardeſcat: nam vir perfectus, vt Radulphus ait, totâ nocte huius ſæculi, & præſentis vitæ, ignis ſui, id eſt, charitatis & feruoris flammam illuſtrem ſeruare debet: vt vero manè (æternæ gloriæ) illuceſcente, ſub Dei præſentiâ in æternum fulgeat. Succende ergo, Domine, COR meum, ſuccende mentem meam igne illo tuo, quem miſiſti in terram, & voluiſti vehementer accendi, vt Sacrificium Spiritus contribulati, & CORDIS contriti obortis lacrymis quotidie offeram tibi Dulcis Chriſte, bone Ieſu, reple ſemper COR meum inextinguibili dilectione tui, continuâ recordatione, adeò vt ſicut flamma vrens, totus ardeam in tui amoris dulcedine; quem & aquæ multæ in me numquam poſſint extinguere. *In Leuit.* *Aug. in Medit. cap. 36.* *Ibid. cap. 35.*

CONSIDERA QVARTO, Varias ignis proprietates, ex quibus facilè cognoſces, num in thuribulo & Altari CORDIS tui,

 diuini

ciens ligna manè per ſingulos dies. Præceptum hoc accommodatiſſimè ad noſtrum propoſitum ita explicat S. Gregorius: Altare Dei, inquit, Cor noſtrum eſt, in quo iubetur ignis ſemper ardere: quia neceſſe eſt, ex illo ad Dominum charitatis flammam indeſinenter accendere. Sacerdos ligna ſubiiciens, eſt fidelis quiſque, qui, ne in eo charitatis flamma deficiat, debet in excitationem amoris exempla Patrum, vel præcepta Dominica miniſtrare. Debetque hoc fieri manè, quia manè prima diei pars eſt: poſtpoſitis cogitationibus vitæ præſentis, hoc priori loco quiſque fidelium cogitet, vt quibus valeat niſibus, ſtudium charitatis inflammet. De hoc igne ibidem Dominus ait: Ignis iſte perpetuus erit, qui numquam deficiet in Altari. Numquam enim charitas à CORDE noſtro abeſſe debet, quæ, niſi ipſi nos extinguamus, durabit in omnem omninò æternitatem; ſiue enim Prophetiæ euacuabuntur, ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur, charitas numquam excidit. Caue igitur, Anima mea, perpetuum hunc ignem extinguere; ne in perpetuas detrudaris tenebras. Ignis autem iſte, vt idem Gregorius ait, in CORDE noſtro citiùs extinguitur, niſi adhibitis exem-

Lib. 27. Moral. cap. 7.

1 Cor. 13. 8.

Vbi ſupr.

exemplis Patrum, & Dominicis teſtimoniis reparetur. Amplectere igitur, Anima mea, Sacerdotale hoc miniſterium; & per ſingulos dies manè per aliquod tempus ignem hunc nutrias, & nunc ligna Dominicæ Crucis, nunc diuinorum beneficiorum materiam Altari ſubiicias; vt in eo diuini amoris flamma exardeſcat: nam vir perfectus, vt Radulphus ait, totâ nocte huius ſæculi, & præſentis vitæ, ignis ſui, id eſt, charitatis & feruoris flammam illuſtrem ſeruare debet: vt vero manè (æternæ gloriæ) illuceſcente, ſub Dei præſentiâ in æternum fulgeat. Succende ergo, Domine, Cor meum, ſuccende mentem meam igne illo tuo, quem miſiſti in terram, & voluiſti vehementer accendi, vt Sacrificium Spiritus contribulati, & Cordis contriti obortis lacrymis quotidie offeram tibi Dulcis Chriſte, bone Ieſu, reple ſemper Cor meum inextinguibili dilectione tui, continuâ recordatione, adeò vt ſicut flamma vrens, totus ardeam in tui amoris dulcedine; quem & aquæ multæ in me numquam poſſint extinguere.

In Leuit.

Aug. in Medit. cap. 36.

Ibid. cap. 35.

Considera Qvarto, Varias ignis proprietates, ex quibus facilè cognoſces, num in thuribulo & Altari Cordis tui,

diuini amoris ignis impoſitus ſit. Plurimas enumerat S. Dionyſius Areopagita, ex quibus paucas hîc adferemus, Primò enim cùm lucidiſſimus ſit, ipſe tamen non admotâ materiâ, in qua ſuam vim, ſuumque oſtendat officium, in ſeipſo occultus atque incognitus manet: ita ignis diuini amoris, non niſi in benè compoſitâ Animâ relucet, non niſi in moribus cæleſtis conuerſationis apparet, vt videant homines & glorificent Patrem, qui in cælis eſt, tanti ignis Auctorem. Secundò, ignis omnia ſuperat, & ea quibus inſederit, in ſuum traducit officium. CORDA etiam charitas accendit, eaque lucida atque ardentia efficit. Conſidera ferrum, quid illo durius? quid frigidius? & tamen ſi ignem concipiat; nõ tantùm in ſe molleſcit, & ardet; verumetiam alia incendere poteſt. Idipſum in duro & frigido CORDE Dei charitas efficere valet. Tertiò, & ignis, & Amor, omnibus ſibi appropinquantibus ſui conſortium tradit: cùm enim

Lib. de cæleſti Hierarc. cap. 15.

Matt. 5. 6.

Flammeſcit igne charitas,
Accendit ardor proximos:

nec tamen propterea mutuati luminis, aut ardoris detrimenta ſentit: Quartò, ignis renouat omnia calore vitali, fulgoribus apertis illuminat, teneri miſcerique

non

non poteſt: Diuinus Amor COR renouat, mentem illuminat, nec terrenis miſcetur affectibus. Quintò, ignis ſuperiora ſemper petit, nullaque vi ad inferiora adigi poteſt: ita quos Amor Dei tetigit, quæ ſurſum *Col. 3. 1.* ſunt ſapiunt, quæ ſurſum ſunt quærunt; & Corpore in terris poſiti, CORDE verſantur in cælis. Sextò, in qualibet ſuſcipiente materia, ſuæ maieſtatis potentiam ignis indicat, efficax, potens, omnibus inuiſibiliter præſens. Quàm aptè verò hæc in charitatem quadrant: charitas enim pa- *1. Cor.* tiens eſt, benigna eſt, non æmulatur, non *13. 4.* agit perperàm, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, ipſiſque operibus oſtendit, quid in hominum CORDIBVS efficiat. Septimò, ignis ſi negligatur, non eſſe videtur; attritu autem veluti irritatione quadam, continuò lucentem excitatur in flammam: quid hoc aliud eſt, quàm quòd diuina beneficia, & fidei noſtræ myſteria, quæ huius ignis ligna & materia ſunt, niſi confricentur, & aſſiduâ meditatione ac vehementi deſiderio atterantur, flamma huius ignis minimè apparet? O igitur, Deus meus, ignis qui ſemper *Auguſt.* ardes, & numquam extingueris, accende *Solil. 34.* me! ô lux quæ ſemper luces, & numquam

obfuſcaris, illumina me! ô vtinam arderem ex te! Ignis Sancte, quàm dulciter ardes, quàm ſecretè luces, quàm deſideranter aduris! Væ iis, qui non ardent ex te! væ illis, qui non illuminantur ex te?

ROMA

Digitized by Google



CORDIS VIGILIA.

Ego dormio, et COR meum uigilat. *Cant. 5. 2.*

Te vigil exquirit COR, *dum ſopor occupat artus,*
Nec ſine te noctu, nec potis eſſe die.

36. *Pag. 411.*

LECTIO XVI.

EMBL. 36.

CORDIS Vigilia.

Ego dormio,& COR meum vigilat.
Cant.5.2.

Te vigil exquirit COR, dum ſopor occupat artus,
Nec ſine te noctu,nec potis eſſe die.

CONSIDERA, ô fidelis Anima, quid diuinus amor in eorum CORDIBVS operetur,quos ſemel occupauit: id enim efficit, vt etiam dum dormiũt,mens tamen eorum vinculis Corporeis ſoluta, ſuique iuris Animus, ſolitas ſuas cogitationes voluere non deſinat, Nam,vt ait Chryſoſtomus,cõſueuit Anima, quæ interdiu cogitat, eadem in ſomnis per phantaſiam cernere. Teſtatur id Dilecta Deo Sponſa, cùm in ſacro Epithalamio ita canit: Ego dormio, & COR meum vigilat. Quod Iuſto Orgelitano exponente: Ego à temporalibus delectationibus, conſopitis quodammodo ſenſibus, conquieſco; ſed futura deſidero, æternaque

Hom. 10 de pænitent.

Cãt.5.2 Iuſt. Orgel.

que conquiro, ſic dormio, ſic vigilo. Hunc verò Sponſæ ſomnium, & CORDIS vigiliam non vno modo SS. Patres exponunt, omnes tamen ad CORDIS inſtructionem maximè conducunt. Quare

CONSIDERA PRIMO, Intelligi hîc dormitionem illam, quâ iuſtus dormit vitiis, & concupiſcentiis carnis, vigilet verò virtutibus. Eſt enim ſomnus Sanctorum, ait Ambroſius, feriatus ab omnibus Corporis voluptatibus, ab omni Animi perturbatione tranquillitatem menti inuehens, & placiditatem Animæ; vt tamquam ſoluta nexu Corporis, ſe ableuet, & Chriſto adhæreat. Quare idem Antiſtes alibi ſic exhortatur: Cùm Chriſtus venerit, vigilantem te inueniat, vt paratus ſis; dormiat caro tua, vigilet fides; dormiant illecebræ Corporis, vigilet CORDIS prudentia; membra tua redoleant Crucē Chriſti, & ſepulturæ odorē, vt nihil iis ſomnus caloris infundat, nullos excitet motus: ipſa eſt Anima, quæ ſe Chriſto aperit, quam nulli vapores carnis exagitant.

Epiſt. 21. ad Aniſiū l. 3. Epiſtolarū.

Tom. 3. in exhortat. ad Virg.

CONSIDERA SECVNDO, Quomodo S. Auguſtinus Sponſæ ſomnum intelligat ceſſationem ab operibus externis, bonis etiam, & licitis, à quibus abſtineat, vt mens internæ vacet ſapientiæ; quod eleganter ſic explicat: Tutiùs, inquit, veritas auditur,

Tract. 57 in Ioan.

quàm

quàm prædicatur; vix non ſubrepit cuiuis hominum quantulacumque iactantia, in qua vtique coinquinantur pedes. Et paulò poſt: Proinde in iis qui libenter & humiliter audire nouerunt, & vitam quietam in ſtudiis dulcibus & ſalubribus agunt, ſancta deliciatur Eccleſia, & dicit: Ego dormio, & Cor meum vigilat. Quid eſt hoc? niſi ita quieſco, vt audiam; otium meum non impeditur nutriendæ deſidiæ, ſed percipiendæ ſapientiæ. Ego dormio, & Cor meum vigilat; vaco, & video quoniam tu es Dominus, quoniam ſapientiam ſcribo tempore otij, & qui minoratur actu, ipſe percipiet eam. Ego dormio, & Cor meum vigilat; ego requieſco à negotioſis actibus, & Animus meus diuinis ſe intendit affectibus.

Pſal. 45. 11. *Eccl. 38. 25.*

Considera iam Tertio, Vt affinis ſit huic S. Auguſtini explicationi, ea quæ ſomnum explicat per quietẽ ab exterioribus Marthæ operibus, Cordis verò vigiliam meliorem Mariæ partem, ſtudium Orationis intelligit: quo ſenſu S. Petrus monet: Vigilate in Orationibus. Quin & ipſum Petrum, & dormientes cum eò Apoſtolos Chriſtus Dominus hortatur: Sic non potuiſtis vnâ horâ vigilare mecum? Vigilate, & orate; vt non intretis in tentationem. Clarè inſinuans, ſe Apoſtolis

Luc. 10. 42. *1. Pet. 4. 17.* *Matt. 26. 40.*

ſtolis eam vigiliam commendare, quæ fit non ſolùm oculis corporeis, ſed mentis.

In Orat. Domin. Quare S. Cyprianus ait: Alienari & rapi ineptis cogitationibus inter orandum; eſſe vigilare oculis, & CORDE dormire: cùm debeat Chriſtianus, & cùm dormit oculis, CORDE vigilare; ſicut ſcriptum eſt ex perſona Eccleſiæ loquentis in Cantico Canticorum: Ego dormio, & COR meum vigilat. *Cāt.5.2* Quapropter ſollicitè, & cautè Apoſtolus admonet, dicens: *Col.4.2.* Inſtate Orationi, vigilantes in eâ, docens ſcilicet & oſtendens, eos impetrare quod poſtulant de Deo poſſe, quos Deus videat in Oratione vigilare. Cùm ergo ad orandum te contuleris, ô Anima mea; intra in cubiculum tuum, dicito Corpori & ſenſibus, ac omnibus terrenis curis & cogitationibus: Manete foris ad oſtium, & requieſcite ibi donec ego orem, & COR meum coram Deo vigilet.

Intenta (enim) ſupplicatio
Dormire COR *mundum vetat.*

Sed & meditatio CORDIS, quæ in conſpectu Dei fit, ſomnum ab oculis mentis, *Pſ.131.4.* & à palpebris CORDIS dormitationem excludit. *Grad.19 ad fin.* Vt enim Climachus aſſeruit: Anima quæ verbum Domini quotidie ſine intermiſſione meditatur, ſolet per ſoporem

rem quoque in eodem immorari. Somni ipſi(inquit Baſilius)pietatis exercendæ meditationes quædam ſint; quæ enim nobis ſopore depreſſis occurſant imaginationes, conſueuerunt vt plurimum contingere ceu extremus quidam tenor ſuſurri lenis, aut ſoni editi, idque ex curis quas tecum agitaueris interdiu. Tantiſper enim dum viuitur, cuiuſmodi fuerint ſtudia, exercitationeſque noſtræ, iſtiuſmodi neceſſe ſit in ſomnia ſe dormientibus nobis ingerere. Sanè ad eum modum indiuulsè, & continenter oraueris. Talis ſomnus fuit Sacratiſſimæ Virginis Genitricis Dei Mariæ, de qua hæc ait Ambroſius: Dormire non priùs cupiditas, quàm neceſſitas fuit. Et tamen cùm quieſceret Corpus, vigilaret Animus, qui frequenter in ſomnis aut lecta repetit, aut ſomno interrupta continuat, aut diſpoſita gerit, aut gerenda prænuntiat. *Hom. ad Iulitt.* *Lib. 7. de virgin.*

CONSIDERA QVARTO, Sublimiorem CORDIS vigiliam, quæ per contemplationem fit, ſopitis Corporis ſenſibus, SS. Patres hîc agnoſcere. Gregorius Papa ait: Sancti viri, dum terrena omnia deſpiciunt, dum tumultus mundi omninò fugiunt, dum otium in via Dei aſſumunt, nequaquam vt torpori vacent ea dimittunt: ſed interiùs laborantes, quæ ſint illa, ad quæ *In Cant.*

ſtolis eam vigiliam commendare, quæ fit non ſolùm oculis corporeis, ſed mentis.
In Orat. Domin. Quare S. Cyprianus ait: Alienari & rapi ineptis cogitationibus inter orandum; eſſe vigilare oculis, & CORDE dormire: cùm debeat Chriſtianus, & cùm dormit oculis, CORDE vigilare; ſicut ſcriptum eſt ex perſona Eccleſiæ loquentis in Cantico Canticorum: *Cãt.5.2* Ego dormio, & COR meum vigilat. Quapropter ſollicitè, & cautè Apoſtolus admonet, dicens: *Col.4.2.* Inſtate Orationi, vigilantes in eâ, docens ſcilicet & oſtendens, eos impetrare quod poſtulant de Deo poſſe, quos Deus videat in Oratione vigilare. Cùm ergo ad orandum te contuleris, ô Anima mea; intra in cubiculum tuum, dicito Corpori & ſenſibus, ac omnibus terrenis curis & cogitationibus: Manete foris ad oſtium, & requieſcite ibi donec ego orem, & COR meum coram Deo vigilet.

Intenta (enim) ſupplicatio
Dormire COR *mundum vetat.*

Sed & meditatio CORDIS, quæ in conſpectu Dei fit, ſomnum ab oculis mentis, *Pſ.131.4.* & à palpebris CORDIS dormitationem excludit. *Grad.19 ad fin.* Vt enim Climachus aſſeruit: Anima quæ verbum Domini quotidie ſine intermiſſione meditatur, ſolet per ſoporem

rem quoque in eodem immorari. Somni ipſi (inquit Baſilius) pietatis exercendæ meditationes quædam ſint; quæ enim nobis ſopore depreſſis occurſant imaginationes, conſueuerunt vt plurimum contingere ceu extremus quidam tenor ſuſurri lenis, aut ſoni editi, idque ex curis quas tecum agitaueris interdiu. Tantiſper enim dum viuitur, cuiuſmodi fuerint ſtudia, exercitationeſque noſtræ, iſtiuſmodi neceſſe ſit in ſomnia ſe dormientibus nobis ingerere. Sanè ad eum modum indiuulsè, & continenter oraueris. Talis ſomnus fuit Sacratiſſimæ Virginis Genitricis Dei Mariæ, de qua hæc ait Ambroſius: Dormire non priùs cupiditas, quàm neceſſitas fuit. Et tamen cùm quieſceret Corpus, vigilaret Animus, qui frequenter in ſomnis aut lecta repetit, aut ſomno interrupta continuat, aut diſpoſita gerit, aut gerenda prænuntiat.

Hom. ad Iulitt.

Lib. 7. de virgin.

CONSIDERA QVARTO, Sublimiorem CORDIS vigiliam, quæ per contemplationem fit, ſopitis Corporis ſenſibus, SS. Patres hîc agnoſcere. Gregorius Papa ait: Sancti viri, dum terrena omnia deſpiciunt, dum tumultus mundi omninò fugiunt, dum otium in via Dei aſſumunt, nequaquam vt torpori vacent ea dimittunt: ſed interiùs laborantes, quæ ſint illa, ad quæ

In Cant.

facti

facti ſunt, in CORDE aſpicere contendunt. Neque enim vt torpeant dormiunt, ſed vt liberiùs æterna contēplentur, à tranſitoriis rebus quieſcunt. Pulchrè autē hunc ſomnū & vigiliam contēplationis explicauit Gregorius Nyſſenus: Somnus ſimulachrū mortis eſt; nam per ſomnum omnis ſenſuum affectio in Corporibus remittitur, & Corporis ipſius velut omnis intenſio laxatur, & curarum in homine velut obliuio inducitur, & metus ſopitur, & ira mitigatur, & malorū omnium ſenſus adimitur. Hinc diſcimus, eam quæ ſe iactat Corpore dormire, ac mētę vigilare, ipſam ſeipsâ ſublimiorem eſſe redditam. Reuerà enim in illo, in quo mens ſola ſibi viuit, à nullo ſenſu moleſtata, quaſi quodam ſomno Corporea natura libratur, vereq́ue viſio tranquillitate quâdam ſopitur. Nimirùm tunc oculus Animæ liber, ac ſolutus eſt; nec patitur ſe deorſum trahi, intuens dumtaxat ea, quæ celſiora ſunt rebus ſub aſpectū cadentibus: tunc auditus, velut amiſſis effectionibus ſuis, mortuus iacet, occupatâ mente rebus iis quæ rationem omnem longè ſuperant. Reliqui ſenſus, qui ad brutorum naturam aliquantò propiùs accedunt, ne recenſeri quidem hîc debent. Ætenim cadauerosi cuiuſdam fœtoris inſtar, longè tum ab Animo

Hom. 10. *in Cant.*

mo remouentur, & odoratus ſagaciter odores perueſtigans, & guſtatus obſequio gulæ deſtinatus,& præter hos etiam tactus, organum illud ſentiendi ſeruile & cæcum, quod fortaſsè tantùm cæcorum causâ natura condidit. Atque his omnibus quaſi in quodam ſomno quieſcentibus, effectio CORDIS pura eſt, & ſurſum ſpectat ratio, nullo eam motu ſenſus circumſtrepente. Eam ob cauſam Anima, quotieſcumque ſe ſolâ veri boni contemplatione oblectat. omni rei voluptuariæ dormit: & omni motu Corporeo ſopito, nudâ puraq; mente, quaſi per diuinam quamdam vigiliam, Dei patefactionem recipit. Hactenus Nyſſenus. Cuius vltima verba de arcanorum reuelatione confirmans Ambroſius, ait: Secundùm hoc S. Iacob diuina dormiens videbat myſteria, quæ vigilans non viderat, de cælo ad terras aërem peruium Sanctis Angelis, reſpicientem Dominum,& pollicentem terræ eius poſſeſſionē, itaque breui ſomnio dormiens impetrauit, quod magno labore poſteà acquiſiuit. Felix profectò Anima, quæ ita in pace, in idipſum dormit & requieſcit! cui nox illuminatio in deliciis eius! quàm meritò hæc dicere poterit: Conſolabitur me lectulus meus, & releuabor loquens mecum in ſtratu meo. Felix

Epiſt.60 ad Aniſium.

Pſal.4.9

Pſ.138.11.

Iob.7.13

Pſal. 15. 11. Sponſa, quæ vacat, & videt, quàm ſuauis eſt Dominus; cuius ſanè ſomnum ipſe Sponſus interturbari vetat, dum ait: Adiuro vos filiæ Ieruſalem, per capreas ceruoſque camporum, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis Dilectam, quoadusque ipſa velit. Quis mihi det ſuaui hoc ſopore ita obdormire, ita CORDE vigilare, vt cùm venerit Dominus, inueniat vigilantem: & cum ſapientibus Virginibus introducat ad nuptias. Tribue mihi, ô Dilecte votorum meorum.

Cant. 2. 7.

Luc. 12. 37.

Ambr. in hymn.

Vt cùm, profunda, clauſerit
Diem, caligo noctium;
Fides tenebras neſciat,
Et nox fidei luceat.
Dormire mentem ne ſinas,
Dormire culpa nouerit;
Caſtos fides refrigerans,
Somni vaporem temperet.
Exuta ſenſu lubrico,
Te CORDIS *alta ſomnient:*
Nec hoſtis inuidi dolo
Pauor quietos ſuſcitet.

LE-

Digitized by Google



CORDIS VOLATVS.

Quæ ſurſum ſunt quærite, quæ ſurſum ſunt ſapite. *coloſſ. 3.1.*

Quis mihi Chaonij geminas dabit alitis alas,
Pertæſum terre quo is COR ad aſtra volet.

37. *Pag. 419.*

LECTIO XVII.

CORDIS Volatus. EMBL. 37.

Quæ ſurſum ſunt quærite, quæ ſurſum ſunt ſapite. Coloſſ. 3. 1.

Quis mihi Chaonij geminas dabit alitis alas,
Pertæſum terræ, queis COR, *ad aſtra volet?*

QVAM diu ſumus in hoc Cor- *2. Cor. 5.*
pore, peregrinamur à Domino. *6.*
Exules, eheu! filij Euæ in hac
lacrymarum valle erramus, &
vagamur inſtabiles, longè remoti à patriâ:
non enim hîc habemus manentem ciuita-
tem, ſed futuram inquirimus. Quænam ve- *Hebr. 13.*
rò hæc, niſi illa quæ ſurſum eſt Ieruſalem *14.*
mater noſtra? Aſcendit in illam, qui de *Galat. 4.*
cælis deſcendit Mediator Dei & homi- *26.*
num, homo Chriſtus Ieſus; vt & nos ad *Tim. 2. 5*
illam ſuſpirare, & aſcendere doceret.
Quò enim præceſſit gloria Capitis, eò *Leo Ser.*
ſpes vocatur & Corporis. Liberos igitur *de Aſcēſ.*
CORDIS oculos ad illam altitudinem, in
qua Chriſtus eſt, erigamus. Surſum vocatos *Idem*
Animos, deſideria terrena non deprimant; *Serm. 2.*

ad æterna præelectos, peritura non occupent; viam veritatis ingreſſos, fallaces illecebræ non retardent. Non diſcordet COR noſtrum à facie noſtrâ; non habeamus faciem ſurſum, & COR deorſum; non ſtemus recti Corpore, & CORDE repamus in terrâ: & ſi peregrini ſimus in viâ, leuemus CORDA in cælum, vt imitemur eum qui ait: Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt. Surſum ergo COR, ſurſum cogitatiоnẽ, ſurſum amorem, ſurſum ſpem ne putreſcat. Quia laboraſti & meſſuiſti, trituraſti & ventilaſti: quæris locum tritico tuo, & non quæris locum CORDI tuo? & non quæris locum thaſauro tuo? Ecce Dominus Deus dat tibi conſilium de CORDE tuo: Vbi enim, inquit, fuerit theſaurus tuus, illic erit & COR tuum. Leua, inquit, COR in cælo, ne putreſcat in terra. Conſilium eſt eius, qui te vult ſaluare, non perdere. Sequere, Anima mea, conſilium hoc; & ſtans in terrâ, COR affige cælo. Vis ſciri quomodo? Deum diligendo. Machina enim CORDIS (vt inquit Gregorius) eſt vis amoris, quæ dum COR à mundo extrahit, in alta ſuſtollit.

Bernard. in Cant. *Philip. 3. 20.* *Aug. in Pſal. 85. poſt prin.* *Idem Serm. 50 de temp.* *Lib. 6. Moral. cap. 17.*

CONSIDERA verò, hanc CORDIS eleuationem, quæ per amorem fit, ipsâ CORDIS figurâ & qualitatibus nobis inſinuari.

nuari. Primò enim conſtat, COR eſſe pyramidale, cuius orificium cælum ſpectet, conus verò terram. Quid autem hoc aliud deſignat, niſi nos CORDE, id eſt, amore & affectu cælum reſpicere debere: terram verò, & terrena, puncto tantùm tangi oportere. Heliotropium herba eſt Solaris, ita dicta, quòd ſe circum agat cum Sole, ad illum folia ſua conuertens, eius curſum ſequitur; verùm, radicem numquam mutat, ſemper eam in terrâ defixam habet. Ita multi Solem iuſtitiæ, Chriſtum Deum noſtrum ſequi videntur; ſed foliis tantùm & externâ apparentiâ, cùm radicem, & CORDIS intentionem terræ inhærentem habeant. Contrà verò vapores graues, qui virtute Solis à terra extolluntur, quaſi quærentes ipſum Solem, ſurſum petunt, ſeque condenſantes in nubes lucidas, volitant poſt illum: ita oportet COR noſtrum à terrenis affectibus eleuare, Chriſtum totâ intentione quærere, vt fulgidæ nubes efficiamur, de quibus aiebat Iſaias: Qui ſunt hi, qui vt nubes volant? *Iſaiæ 60 8.*

CONSIDERA deinde, COR eſſe valdè calidum, quam quidem qualitatem leuitas conſequitur; quare etiam ſurſum moueri appetit, indeque fit, vt latior & craſſior

eius pars ſuperiorem occupet locum. Quò ſanè innuitur, amorem Dei in CORDIBVS noſtris diffuſum, COR ad ſuperna dilatare, & quaſi additis alis ad ſublimia, cælumque euehere. COR igitur, quod Dei amore ardet, rectà cælum petit; quod autem non
Coloſſ. 3. 2. amat, nec ſapit ea quæ ſurſum ſunt, ad terram vergit, & luto infigitur: idque totum inde accidit, quòd frigidum ſit, & ſuperabundante iniquitate refrixerit charitas, atque hinc COR graue efficitur, quod pondere ſuo deorſum tendit. Magna ſanè eſt eius, qui talis eſt, miſeria: COR enim habet inuerſum, & ſuperiori parte acutum, inferiori dilatatum; cælum vnico puncto vix tangens, ad infima verò latiſſimè diffuſum. Contra naturam igitur facit, qui CORDE in terrâ hæret, quod ad cæleſtia bona natum, & deſtinatum eſt. Quis dabit CORDI
Pſal. 54. 7. meo pennas ſicut columbæ, & volabo, & quieſcam? Volabo ad patriam illam ſupernam, patriam cæleſtem, in qua requies & pax ſumma eſt: in terrâ autem hac non eſt
Eccli. 1. 17. CORDI requies, ſed labor, & dolor, & afflictio Spiritus. Da igitur, ô Deus CORDIS
Auguſt. in medit. cap. 37. mei, da, quæſo, toto deſiderio, & omni ſtudio cependere quò te aſcẽdiſſe credimus, vt in præſenti quidem miſeriâ ſolo tenear Corpore, tecum autem ſim cogitatione ſemper

&

& auiditate; vt ibi ſit COR meum, vbi tu es theſaurus meus deſiderabilis, & incomparabilis, multumque amabilis. Aſſumat, Domine, aſſumat, rogo, Spiritus meus pennas, & volitet, & non deficiat; volet, & perueniat vſque ad decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Requieſcat in te, Deus meus, COR meum. Præbe mihi, rogo, contemplationis pennas, quibus indutus, ad te volitem ſurſum; & quia omne ſiniſtrum deorſum iacet, tene COR meum, ne ad ima tenebroſæ vallis corruat; ne interueniente vmbrâ terræ, à te vero iuſtitiæ Sole ſeparetur, & obductâ tenebrarum nebulâ, prohibeatur alta reſpicere. Idcircò ſurſum tendo ad pacis gaudia, lucisque delectabilem & sereniſſimum ſtatum. Tene COR meum manu tuâ, quia ſine te ad altiora non rapitur. Illuc feſtino, vbi ſumma pax regnat, & iugis tranquillitas rutilat. Tene, & rege Spiritum meum, & aſſume illum ſecundùm voluntatem tuam, vt te duce, aſcendat in illam regionem vbertatis, vbi paſcis Iſraël in æternum pabulo veritatis.

Pſ. 25. 8.

LECTIO XVIII.

EMBL. 38.

CORDIVM Vnio.

Dabo eis COR *vnum.*
Ezech. 11.19.

Vnanimes Animæ, concordia viuite CORDA,
Vnum queis velle, & nolle, dat vnus Amor.

CONSIDERA PRIMO, Inter præclaros illos, & prorſus eximios fauores, quos Animarum noſtrarum Sponſus Dilectis ſuis exhibet, principem facilè locum inſignis illa prærogatiua obtinet, quòd per amorem CORDI noſtro intimè coniungatur, & quodammodo vniatur. Amor enim ſtrictiſſimo vinculo CORDA connectit; eſt enim, vt Auguſtinus dixit, quaſi iunctura quædam duo aliqua copulans, vel copulare appetens, amantem ſcilicet, & quod amatur. Hoc eſt quod S. Dionyſius refert de Sancto Paulo: Amor, inquit, vim habet vniendi res inter ſe; nec ſinit, vt qui amat, ſit Dominus ſuiipſius; ſed tranſit in rem amatam; idcircò magnus ille Amator dicebat: Viuo, iam non

Lib.8. de Trinit.

Dionyſ.

Gal.2. 20.



CORDIS VNIO.

Dabo eis COR unum. *Ezech. 11. 19.*

Vnanimes animę, concordia viuite CORDA,

Vnum queis velle, et nolle dat vnus amor

38. *Pag. 424.*

Digitized by Google

ROMA

non ego, viuit autem in me Chriſtus. Vt autem quàm arctum ſit hoc vinculum, quo amantium CORDA inuicem colligantur, Scriptura declaret, aſſimilat illud vnioni iſti, quâ glutino res coniungi ſolent. Ita explicare volens amorem, quo Sichem Dinam filiam Iacob deperibat, ait: Conglutinata eſt Anima eius cum eâ. Et de Deo ipſo Moyſes ait: En Domini Dei tui cælum eſt, & cælum cæli, terra, & omnia quæ in eâ ſunt: & tamen patribus tuis conglutinatus eſt Dominus, & amauit eos, elegitque ſemẽ eorum. Sic de duobus amantiſſimis illis legitur: Anima Ionathæ conglutinata eſt Animæ Dauid, & dilexit eum Ionathas quaſi Animam ſuam. Quibus verbis ſignificatur, Animas illas, quaſi glutino quodam amoris inter ſe ſtrictiſſimè coniunctas fuiſſe. Hæc enim eſt natura amoris, quam pulchrè explicat Hugo de S. Victore: Verus amor, inquit, ſiue charitas, nullũ patitur medium inter ſe, & obiectum; quòd Deus, ſed vehemẽter tendit in ipſum immediatè, & ideò numquam quieſcit, donec omnia tranſeat, & ad ipſum Dilectum, & in ipſum veniat. Vnde ſubdit ibidem: Dilectio ſiue amor, impetum ſequens ardentis deſiderij ſui, nec diſſimulare valens, donec ad amatum peruenerit, amato appropinquat quan-

Gen. 34. 3.

Deut. 10. 15.

1. *Reg.* 18. 1.

Super Dionyſ. cap. 7. *de Angel. Hierarc.*

tum poteſt; & eò ampliùs ſitiens intrare ipſum, cupit eſſe cum ipſo, & eſſe tam propè, vt ſi fieri poſſet, hoc idem ipſum ſit quod ipſe. Nihil enim velocius, nihil acutius, nihil ſubtilius amore aut penetrabilius: quia naturâ ſuâ non quieſcit, donec naturaliter amabilis totam penetrauerit virtutem, & profunditatem, & totalitatem quantum poteſt. Quantum autem geſtiebat illa Dei amatrix S. Thereſa, amoris funibus Deo intimè connexa, dum ita caneret:

B. Thereſ. in Cant.

Illa Diæ charitatis
Vincla, quæ me implicant,
Deum meæ poteſtatis
Et captiuum indicant.
Indicant captiuum Deum,
Et in libertatem, meum
COR *ligando, vindicant.*
Sed dum video captiuum,
Me tenente, Deum viuum,
Præ dolore morior!
Morior, dum ceſſo mori,
Tacta ſpe ſublimiori
Vitæ de qua glorior.

CONSIDERA SECVNDO, CORDIVM hanc coniunctionem ita ab aliquibus explicari, quaſi duæ Animæ conflarentur in vnam. Ita Auguſtinus dicebat: Amicos, & ſe inuicem diligentes, ſignis illis à CORDE aman-

L. 4. cōf. cap. 8.

amantium & redamantium procedentibus, per os, per linguam, per oculos, & per mille motus gratiſſimos, quaſi fomitibus Animos conflare, & ex pluribus vnum facere. Huc ſpectat Platonis commentum: Olim Vulcanus, inquit, obuius fuit duobus coniunctiſſimè amicis, quibus cùm plurima beneuolentiæ ſigna oſtendiſſet, iuſſit eos rogare aliquid, præſertim quod in officinâ eis ſuâ placere poſſet. Illi cùm præſentem occaſionem prehendere vellent, ſupplices rogarunt, vt (cùm faber Deorum eſſet, cui non difficile eſt artis ſuæ potentiâ, inſtrumentorumque vſu accommodo, quiduis efficere) colliquaret eos, vnumque ex duobus redderet: atque ita conſequerentur amoris ſui finem, qui eſt Animæ Corporiſque vnitas. Votum hoc amantium homines explere non poſſunt: at ſpirituali quodam modo hominum Conditor Sanctis Animabus id largiri ſolet. Non ſemel enim legitur Chriſtus COR ſuum vniuiſſe CORDI S. Mechtildis: Cùm enim hæc Sancta à communione Deo gratias egiſſet, multumque cum illo collocuta fuiſſet, viſum ei fuit Chriſtum Dominum COR eius aſſumere, effundere, liquefacere, & in diuinum COR ſuum illud exprimere, ita vt duo illa CORDA in vnum coaleſcerent.

Chriſtop. Fonſeca lib. de amore cap. 7.

Lib. 1. grat. Spirit. c. 1. c. 42. & l. 2. c. 14.

Lib. 3. *cap.* 27. rent. Illique dixit: Dilecta mea, id vnicè volui, & deſideraui, vt per flagrantia deſideria hominum CORDA ita mihi vnirentur, nihil vt ipſi proprio voto expetant, ſed omnia ſua deſideria ſecundùm COR meum diſponant: non ſecus ac duo venti ſimul ſpirantes, non niſi vnicum & eumdem aërem impellunt. Propiùs porrò ad Platonis figmentum accedit, quod reuerâ Deus cum S. Gertrude egit, de qua Bloſius refert Dominum de hac ſua Sponſa cuidam dixiſſe: Ego totus ſum illius, & iam per amorem inſeparabiliter mihi vniui, ſicut argentum & aurum per ignem in vnum metallum conflantur. Quàm felix Anima eſt, quæ taliter Dilecto ſuo adhæret! quàm dulcis vnio, quâ Sponſum ſuum Dilecta ſtrictiſſimè tenet, nec dimittit, ſed in ipſum quodammodo mutatur! Pulchris verò ſimilitudinibus hanc coniunctionem Nazianzenus explicat: Quomodo, inquit, ſtilla aquæ modica, multo infuſa vino, deficere à ſe tota videtur, dum & ſaporem vini induit, & colorem; & quomodo ferrum ignitum & candens, igni ſimillimum fit, priſtinâ propriaque formâ exutum; & quomodo Solis luce perfuſus aër, in eamdem tranſformatur luminis claritatem, adeò vt non tam illuminatus, quàm ipſum lumen

In appẽd. monil. Spirit.

Orat. 21.

lumen eſſe videatur: ſic omnem tunc (id eſt, eo tempore, quo Anima Deo eſt intimè vnita) in Sanctis humanam affectionem quodam ineffabili modo neceſſa erit à ſeipſâ liqueſcere, atque in Dei penitùs tranſfundi voluntatem.

CONSIDERA TERTIO, Amorem non tantùm Amantium CORDA vnire, in vnum conflare; ſed vnum quodammodo alterum ſe efficere: amans enim velut in amatum transformatur. Si terram amaueris, inquit Auguſtinus, fies terra; ſi dilexeris cælum, cælum eris; ſi Deum, audeo dicere, Deus quoque fies. Immò id ipſum Propheta inſinuauit, dicens: Facti ſunt abominabiles, ſicut ea quæ dilexerunt: quaſi hoc vellet, mutari amantem in amoris obiectum. Hanc ob cauſam Ariſtoteli, amicus dicitur alter ego. Marſilius Ficinus dicit, amorem eſſe amici Speculum, in quo ſui imaginem atque veram effigiem ſpeculari queat: & ſi amor reciprocus ſit, reciprocum quoque eſſe eius effectum. Videndum igitur in quem ſcopum CORDIS noſtri deſideria tendant; ſi enim ea in Deum ferantur, Deo coniungemur, & diuinæ efficiemur participes naturæ. Quo ſanè nihil dignius, nihil excellentius excogitari poteſt. Quantæ, quæſo, nobilitatis, quantæ dignitatis

In Canonic. Ioan.

Oſea 9. 10.

In comment. ad Platon.

tatis

1.Cor.6. 17. tatis eſt, Deo vniri? qui enim adhæret Deo, vnus Spiritus eſt.

CONSIDERA QVARTO, Vnionem, ac transformationem hanc non eſſe naturalem, ſed ſpiritualem; non enim mutatur natura vnius rei in aliam, ſed mutantur CORDA, affectus, deſideria, & tota vita. Ita mater, quæ impensè filium diligit, ſui oblita, id agit quod filio ſuo vtile nouerit; flet cum flente, arridet ridenti, cum infirmo infirmatur, omniſque eius cura & cogitatio in illo, & pro illo eſt: adeò quidem, vt quemadmodum vmbra Corporis imitatur omne id quod facit Corpus, & ſequitur eius motus atque figuras; ſic etiam, ſi videre poſſemus duo illa CORDA, cerneremus quale vnum eſt, tale & alterum eſſe, accidentiaque & motus, quæ in vno mutantur, in illo quoque mutari. Anima igitur, quæ ſic Deum amat, transformatur in illum, ita vt quidquid ille vult, & ipſa velit; & quidquid Deo diſplicet, & Animæ diſpliceat: quidquid ille vel amat vel odit, idem & illa amet atque oderit; nec rationem habet ſui, ſed ſolius Dei, eiuſdemque gloriæ. Itaque in omnibus, & per omnia, eſt ipſi & Deo,

Lud. Gran. de perfect. amoris Dei. c. 1.

Velle duobus idem, nolle duobus idem.

Mutatâ porrò voluntate propriâ in volun-

luntatem Dei, confeſtim mutatur & vita, & omnia opera, quæ ab illa procedunt. Quemadmodum enim cùm reſecatur ab arbore ramus, & ſurculus illi inſeritur, fructus qui in illo ſurculo naſcuntur, non iam ampliùs ſunt naturæ illius reſecati rami, ſed inſerti ſurculi: ſic abſciſſâ voluntate hominis, & inſertâ illâ Dei, fructus verborum, operum, & cogitationum, quæ ab illâ procedunt, non ſapiunt iam ampliùs voluntatem hominis antiquam, ſed Dei nouam. Vis ergo cognoſcere, ô Anima, an COR tuum vnitum ſit CORDI Dilecti tui, vide an amet ea, quæ ille diligit; oderit, quæ illi ſunt aduerſa; & in omnibus cum eius voluntate conſentiat.

CONSIDERA QVINTO, Cùm vnio fieri non poſſit, niſi inter res quodammodò ſimiles (neque enim aqua vniri poteſt igni, nec oleo; neque ferrum cretæ, eò quòd hæc diſſimilia ſint) debet COR Deo vniendum aliquam illius gerere ſimilitudinem, quæ quò maior erit, eò etiam perfectior erit cum Deo coniunctio. Tres autem proprietates in Deo obſeruauit Plotinus Philoſophus, quas homo habere debeat, ſi Deo vniri deſideret: Deus enim eſt vnus, & ſummus, & bonus. Proinde, inquit, qui vniri vult bono, eique

Lud granaten. de perfect. amor. Dei c. 10.

ſimilis

ſimilis effici, debet abſtinere ab omnibus malis; qui ſummo, ab omnibus inferioribus; qui vni, à multis. Quo loco, paucis verbis tres gradus tradit ad hanc vnionem neceſſarios. Primus, & maximè neceſſarius eſt, abſtinere ab omnibus rebus malis: hoc eſt, ab omnibus peccatis. Secundus, & perfectior eſt, abſtinere ab omnibus rebus inferioribus, vilibus, & abiectis; etiamſi malæ non ſint: vt vacare negotiis ſæcularibus, contractibus, commerciiſque & negotiationibus; etſi enim hæc illicita non ſint, tamen exercitia ſunt vilia, abiecta, & ſeruo Dei indigna: niſi fortè aut obedientia, aut charitas aliud poſtulent. Tertius eſt perfectiſſimus, abſtinere ſcilicet à πολυπραγμοσύνη, hoc eſt ab occupationum multitudine: etiamſi nec malæ ſint, nec viles; ſed bonæ, dummodo ſint ſuperfluæ, hoc eſt, quando occupationes plures ſunt & grauiores, quàm vt debilitas Spiritus & Corporis noſtri ferre queat. Víſne igitur, Dilecta Deo
Pſal. 36. 27. Anima, vniri bono? declina à malo, & quaſi à facie Colubri fuge peccatum. Vis
Ecc. 21. 2 coniungi ſummo? quæ ſurſum ſunt quære;
Col. 3. 1. quæ ſurſum ſunt ſapias, non quæ ſuper
Luc. 10. 41. terram. Vis vnico adhærere? noli turbari erga

erga plurima, neque in multis ſint actus tui; *Eccli.* 11,
ſed vnum pete, vnum require, vni intende, 10.
qui tibi intendit, vnico Dilecto CORDIS *Cant.* 2.
tui; vt illi dicere queas: Dilectus meus 16.
mihi, & ego illi. Et rurſus: Ego Dilecto *Ibid.* 7.
meo, & ad me conuerſio eius. 10.

LECTIO XIX.

EMBL. 39.

CORDIS Quies.

Conuertere Anima mea in requiem tuam. Pſal. 114.7.

Mobile COR, *nullâ potis eſt requieſcere ſede,*
Vnus ei centrum nam Deus, vna quies.

CONSIDERA PRIMO, Omnia quæ à Deo Optimo Maximo creata ſunt, certum locum & terminum habere, in quo, tamquam in ſuo centro & fine, permaneant ac requieſcant. Creauit Deus cælum, & Angelis impleuit. Creauit terram, & animantibus, reptilibus, fructibus, ac plantis eam impleuit. Creauit mare, & piſcibus impleuit. Quis homini locus proprius reſtat? aut quid nunc homini Deus dabit, in quo quieſcat? cetera omnia præoccupata ſunt. Nam ignis elementum homini conuenire non poterat facilè, quo ad Corpus corruptibili, & quo ad Animam variis cupiditatibus per peccatum plus ſatis accenſo & inflammato. Cùm nihil ergo donandum ſu-



CORDIS QVIES.

Conuertere anima mea, in requiem tuam. *Pſal. 114. 7.*

Mobile COR nullâ potis eſt requieſcere ſede,

Unus ei centrum nam Deus vna quies.

39. *Pag. 434.*

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

ſupereſſet, Deus homini ſeipſum dedit, ſolus Deus hominis hereditas eſſe voluit.
Dominus pars hereditatis meæ; & portio *Pſ. 15.5.*
mea in terra viuentium. Hinc quàm diu *Pſ. 141.*
homo peregrinatur à Domino, irrequie- *6.*
tum eſt Cor eius, vt teſtatur Auguſtinus: *In Ma-*
Cor humanum, inquit, in deſiderio æter- *nu. cap.*
nitatis non fixum, numquam ſtabile poteſt *25.*
eſſe: ſed omni volubilitate volubilius, de alio in aliud tranſit, quærens requiem vbi non eſt. In his autem caducis & tranſitoriis, in quibus eius affectus captiui tenentur, veram requiem inuenire non valet, quoniam tantæ eſt dignitatis, vt nullum bonum, præter ſummum bonum ei ſufficere poſſit. Ab hoc vero bono dum elongatur, per multa diſpergitur, & prorſus diffluit in varias ineptias. Conqueritur de
hoc grauiter S. Bernardus: Cor meum *In Me-*
Cor vanum, vagum, & inſtabile, dum ſuo *dit. cap.*
ducitur arbitrio, & diuino caret conſilio, *9.*
in ſeipſo non poteſt conſiſtere; ſed omni mobili mobilius, per infinita diſtrahitur, & hac atque illac per innumera diſcurrit. Et dum per diuerſa requiem quærit, non inuenit; ſed in labore miſerum, à requie vacuum manet. Cauſam verò huius Hipponenſis Præſul aſſignans, ait: *Aug. l. 1.*
Quia feciſti nos Domine ad te; & in- *conf. c. 1.*

quietum eſt COR noſtrum, donec requieſcat in te.

CONSIDERA SECVNDO, Omne ſtudium in eo te ponere debere, vt relictis omnibus, COR tuum redeat ad Deum, in quo ſolo Animæ quies, & tranquillitas inueniri poteſt. Meritò enim monet Pro-
Mich. 2. pheta: Surgite, & ite, quia non habetis hîc
10. requiem. In vniuerſis enim quæ fiunt ſub
Eccleſ. 1. Sole, labor, & dolor, & afflictio Spiritus
18. eſt. Hinc COR impij, qui Deum non quæ-
Iſaiæ 57. rit, ab Iſaia dicitur, quaſi mare feruens,
27. quod quieſcere non poteſt. COR enim noſtrum in hoc Corpore, quaſi in carcere compeditum detinetur, vnde in eo mini-
Stapl. in prompt. moral. Dom. 12. poſt Pet. mè quieſcere poteſt. Auicula caueâ incluſa, etſi optimis cibis abundè nutriatur, numquam tamen quieſcit, ſed perpetuò ſaltitat, exitum è caueâ quærens; vt malit foris ſimplici herbâ ſuſtentari, quàm in caueâ delicatiſſimè ali. Sic Anima, ergaſtulo Corporis incluſa, vtcumque falſis cupiditatibus obſequatur, requiem tamen & ſatietatem, niſi in ſolo Deo non inuenit. Feſtinemus igitur appropinquare Deo, feſtinemus ingredi in requiem Domini.
Gen. 8. Columba emiſſa ex Arcâ Noë, cùm
9. non inueniſſet vbi requieſceret pes eius, reuerſa eſt ad eum in Arcam. COR

noſtrum,

noſtrum, in diluuio aquarum multarum, quibus hic mundus vndique inundatur, nullam prorſus inuenire requiem poteſt; reuertatur ergo ad Noë, cuius nomen requiem ſignificat: reuertatur ad Deum, vnde exiuit; Deus enim refugium, & requies Animarum noſtrarum. Audi Chriſtum ad requiem inuitantem: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos, & inuenietis requiem Animabus veſtris. Audi & ſeruum Chriſti increpantem, & tantùm non compellentem: Redite præuaricatores ad COR, & inhærete illi qui fecit COR. State cum eo, & ſtabitis. Requieſcite in eo, & quieti eritis. Quò itis in aſpera? quò itis? bonum quod amatis, ab illo eſt: ſed quantum eſt ad illum, bonum eſt & ſuaue. Sed amarum erit iuſtè, quia iniuſtè amatur deſerto illo, quicquid ab illo eſt. Quò vobis adhuc & adhuc ambulare vias difficiles & laborioſas? non eſt requies, vbi quæritis eam. Quærite quod quæritis, ſed ibi non eſt, vbi quæritis. Beatam vitam quæritis in regione mortis, non eſt illic. Quomodo enim beata vita, vbi nec vita? Sed qui ita vitam & requiem quærendam monet, doceat idem quænam ſit vera CORDIS quies. Reuerà hæc eſt (inquit) vera CORDIS requies,

Matth. 11.28.

Aug. l. 4. conf. cap. 12.

Idem in Manu. cap. 29.

quies, cùm totum in amorem Dei per deſiderium figitur, nec quidquam aliud appetit; ſed in eo quod tenet, felici quadam dulcedine delectatur, delectando iucundatur. Si verò vanâ aliquâ cogitatione, vel rerum occupatione inde aliquantulum abſtractum fuerit, ſummâ cum feſtinatione illuc redire feſtinat, exilium reputans, alibi quàm ibi moram facere. Sed hoc ſcio, Domine Deus meus, quia vbicumque ſum ſine te, malè eſt mihi præter te, non ſolùm extra me, ſed etiam in me; quia omnis copia quæ non eſt Deus meus, mihi eſt egeſtas. Satiabor tunc, cùm apparuerit gloria tua.

Idem Solil. c. 13.

Pſal. 16. 15.

CONSIDERA TERTIO, Quanto deſiderio Sancti viri ad hanc CORDIS requiem aſpirarint, quàm grauiter conqueſti fuerint ſe adhuc Corporeo carcere concluſos, ab illâ requie præpediri. Audi Dauidis ſuſpiria: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt! habitaui cum habitantibus Cedar, multum incola fuit Anima mea. Iterumque: Educ de cuſtodia Animam meam, ad confitendum nomini tuo. Et: Quemadmodum deſiderat Ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat Anima mea ad te Deus. Ac ſi diceret: O fons vitæ, vena aquarum viuentium, quando veniam ad aquas dulcedinis tuæ, de terrâ deſertâ, inuiâ & inaquoſâ,

Pſ. 119. 5.

Pſ. 141. 8.

Pſ. 41. 2.

Aug. Solil. c. 35.

Pſ. 62. 3.

quoſâ, vt videam virtutem tuam & gloriam tuam, & ſatiem ex aquis miſericordiæ ſitim meam? Sitio, Domine, fons vitæ es, ſatia me. Sitio, Domine, ſitio te Deum viuum. Sitiuit in te Anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea. O quando veniam, & apparebo ante faciem Dei! Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ? & volabo, & requieſcam. Nihil, ait Auguſtinus, mihi tam dulce, quàm cum Domino meo eſſe: præbe mihi rogo, pennas, quibus indutus, ad te volitem ſurſum. Non minoribus æſtuabat deſideriis vas illud electionis S. Paulus, qui coarctatum ſe ſcribit, deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Quàm grauiter alibi exclamat: Infelix ego homo! quis me liberabit de corpore mortis huius? Quorſum autem liberari optabat, niſi quia ſuſpirabat ad patriam, & requiem Domini ſui? Quis non ſimiliter cum his Sanctiſſimis viris ſuſpiret, & anhelet ad Deum finem ſuum, & centrũ Animæ ſuæ? Si enim aues quærunt aërem, piſces aquam, ignis terræ ignem elementarem (cuius locus eſt ſpatium inter conuexum aëris & concauum lunæ) ſi omnia denique quærunt ſuum locum & centrum, & illuc tendunt; cur nos non quæremus Deum, qui eſt quies noſtra, noſtrum centrum, & ſummum bonum?

Pſal. 62. 2.
Pſ. 41. 3.
In Medit. cap. 27.
Philip. 1. 25.
Rom. 7. 24.
Hector. Pint. in cap. 23. Ezech.

Eccle. 1. 7. Si flumina magno impetu tendunt in mare, quia, vt ait Salomon, exeunt è mari; cur nos non amabimus, non aſpirabimus, non tendemus omni conatu amoris in Deum, in illud immenſum mare bonitatis diuinæ, vnde proceſſimus?

CONSIDERA QVARTO, Quanta ſit lætitia illius CORDIS, quod in ſummo bono quieſcens, inebriatur ab vbertate Domus Dei! quæ voluptas illius Animæ, quæ poſtquam in omnibus requiem quæſiuit, in hereditate Domini moratur. COR humanum (inquit S. Auguſtinus) COR indigens, COR expertum ærumnas & miſerias, immò obrutum miſeriis, quantũ gauderes, ſi in his omnibus abundares? Interrogo vltima intima tua, ſi capere poſſent gaudium ſuum, de tantâ beatitudine ſuâ. In hac enim beatitudine inuenit homo quem diligit Anima ſua. Inuenit poſt longam peregrinationem, ciuitatem habitationis; poſt nauigationem, portum; poſt exilium, patriam; poſt diurnum opus, lectulum quietis; poſt laborem, mercedem; poſt pugnam, præmium. Hedera, arborem quâ ſuſtentatur, & in altum ſurrigitur, mille ramis quaſi brachiis ſtringit, eamque amplexatur; quia ſuam ab illâ perfectionem & erectionem accipit. Quis

Pſ. 35. 9.

Eccl. 24. 11.

In Man. cap. 35.

Quis mihi det, ô Dilecte mi, gaudium & felicitas CORDIS mei, vt inueniam te, vt requieſcam in te! apprehendam te, & innitar ſuper te, nec dimittam te in æternum: Mihi enim adhærere Deo bonũ eſt. Quòd ſi torpida ſit Anima mea, & tantæ bonitatis intuitu non moueatur, trahe me poſt te, ô Magnes CORDIS mei, vt poſt te expeditè in odorem vnguentorum tuorum currens, vſque ad tuæ pulchritudinis viſionem efficaciter ſatiandus quantocius, te quoque duce merear peruenire. Factus ſum Domine ad videndum te, & nondum feci propter quod feciſti me. Miſerere mei, & exaudi me. Tibi enim dixit COR meum; exquiſiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram. Eia nunc ergo tu Domine Deus meus, doce COR meum, vbi & quomodo te quærat? vbi & quomodo te inueniat? vbi & quomodo in te requieſcat? Tu es enim Animæ meæ centrum, Tu CORDIS mei requies, Tu cupiditatis meæ ſatietas, Tu votorum ſumma meorum, Tu deſideriorum omnium conſummatio.

Pſal. 72. 28. *Aug. in Medit. cap. 35.* *Cãt. 1. 3* *Pſ. 26. 8* *Anſel. in proſolog. cap. 1.*

Tu requies tranquilla piis, te cernere Finis,
Principiũ, Rector, Dux, Semita, Terminus idem.

Boët. l. 3. Metro. 9.

FINIS LIBRI TERTII.

SCHOLÆ CORDIS LIBER QVARTVS.

Exercitatio CORDIS *in Chriſti Paſſione.*

PRÆFATIO.

De vtilitate meditandi Paſſionem Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Faſciculus Myrrhæ Dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Cant. 1. 12.

CONFECIMVS Diuinâ adiuti gratiâ, trium dierum iter; & auerſum olim à Deo COR, per triplicis viæ ſpiritualis ſemitas ad feliciſſimum, cũ benigniſſimo Animarum Spōſo, vnionem

nem adduximus: adeò quidem, vt ad conſummatam huius Scholæ perfectionem, nihil iam ampliùs ſupereſſe videri poſſet. Verùm, cùm inter omnia pietatis exercitia, nihil ſit quod efficaciùs COR à peccatis auertat, ad omnem vehementiùs virtutem impellat, & diuini amoris flammis ardentiùs ſuccendat, quàm ſedula Meditatio acerbiſsimæ Paſsionis Domini noſtri IESV Chriſti; vtile omninò, immò penè neceſſarium eſt, vt in ea quoque COR noſtrum frequentiſsimè exerceatur, & maximo ſtudio illi incumbat. Certum enim eſt (vt Origenes dixit) quia vbi mors Chriſti Animo circumfertur, non poteſt regnare peccatum. Eſt enim tanta vis Crucis Chriſti, vt ſi ante oculos ponatur, & in mente fideliter retineatur, nulla concupiſcentia, nulla libido, nullus furor, nulla ſuperare poſsit inuidia; ſed continuè ad eius præſentiam, totus ille peccati, & carnis

Orig. in c. 6. ad Rom.

carnis fugatur exercitus. Hæc Origenes. Cui conſonat melliſluus Bernardus, dicens: Mirabilis Paſſio tua Domine Ieſu, quæ paſſiones omnium noſtrûm propulſauit, propitiata eſt omnibus iniquitatibus noſtris, & nulli vmquam peſti noſtræ inuenitur inefficax. Quid enim tam ad mortem, quod non tuâ morte ſaluetur? Iam verò quis explicet, quot & quàm eximiæ virtutes in ſacra Domini Paſſione reſplendent? Quamuis enim in omni vitâ ſuâ Saluator noſter omnium virtutum Magiſtrum ſe exhibuerit, multò tamen perfectiùs, ac luculentiùs in morte ſua eas toti mundo ſpectandas propoſuit. Non ita elucet candidum Lilium inter ſpinas, quàm pulcherrimæ Chriſti virtutes in medio atrociſſimarum pœnarum coruſcāt. Optimè proinde dixit Apoſtolus: Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Tota enim Chriſti Paſſio

Bern. ſer. in Fer. 4. Hebdom. Pen.

1. Pet. 2. 21.

Paſſio nihil aliud fuit, quàm Schola virtutum, in qua (vt Auguſtini verbis vtar) lignum, cui affixa ſunt membra patientis, cathedra fuit Magiſtri docentis. Quid verò de diuino amore dicam, cùm hîc non tam ſcintillæ quædam, aut flammæ erũpant; ſed maximi incendij fornax ſuccenſa videatur. Quis enim cum Bernardo nõ obſtupeſcat exceſſum diuini amoris, quem Chriſtus in Paſſione oſtendit? Propter nimiam charitatem ſuam, quâ dilexit nos Deus, vt ſeruum redimeret, nec Pater Filio, nec ſibi Filius ipſe pepercit. Verè nimiam, quia menſuram excedit, modum ſuperat, planè ſupereminens vniuerſis. Maiorem, inquit, charitatem nemo habet, quàm vt Animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Tu maiorem habuiſti, Domine, ponens eam etiam pro inimicis. Cùm enim adhuc inimici eſſemus, per mortem tuam, & tibi reconciliati ſumus, & Patri. Quænam alia

Auguſt. Tract. 119. in Ioan.

Vbi ſupr.

Eph. 2. 4

Ioan. 15. 13.

Rom. 5. 10.

alia videbitur eſſe, vel fuiſſe, vel fore
Rom.5.7 huic ſimilis charitati? Vix pro iuſto
quis moritur,tu pro impiis paſſus es;
moriens propter delicta noſtra, qui
veniſti iuſtificare gratis peccatores;
ſeruos facere fratres; captiuos, coheredes; exules, reges. Hæc tanta
charitas planè digna eſt cuius Meditatio ſiç mentem occupet, ſic totam
ſibi vendicet Animam, vt omninò
vitium curioſitatis exſufflet. Ita Bernardus. Ob hos tam eximios fru-
Tract.de ctus, Alberto etiam Magno iudice,
Miſſa. ſimplex recordatio, vel Meditatio
Paſſionis Chriſti, pluris æſtimanda,
Et B. Henric. Suſo apud Blo-ſium in Concla-ui animæ pag 224 à tergo. quàm ſextâ qualibet Feriâ ieiunare,
vel ſe verberare, vel dietim Pſalterium integrum recitare. Meritò proinde aure CORDIS excipienda eſt
Lib.de breuis illa quidem,ſed optima S.Au-
S.Vir- guſtini ad Virgines exhortatio: To-
gin.c.54 tus, inquit, vobis figatur in CORDE,
St. Ber. Tract. de vita myst. cap. 31. n. 130. qui pro vobis fixus eſt in Cruce. Fecit id amans & amata cæleſti Spon-
Cat.1.12 ſo Anima, quæ dicebat: Faſciculus
Myr-

Myrrhæ Dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Id eſt: Sponſus meus, ob Paſſionis aſperitatem, & mortis amaritudinem, eſt mihi velut Myrrhæ faſciculus, quem in medio CORDIS mei geſtabo, vt eius odore recreer. Quàm prudenter verò hic monet Bernardus: Tu quoque ſi ſapis, imitaberis Sponſæ prudentiam, atque hunc Myrrhæ tam charum faſciculum, de Principali tui pectoris (nec ad horam) patieris auelli; amara illa omnia quæ pro te pertulit, ſemper in memoria retinens, & aſsiduâ meditatione reuoluens, quò poſſis dicere & tu: Faſciculus Myrrhæ Dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Quod vt omninò perſuadeat, proprium ſubiungit exemplum. Sed & ego, inquit, Fratres, ab ineunte meâ conuerſatione, pro aceruo meritorum, quæ mihi deeſſe ſciebam, hunc mihi faſciculum colligare, & inter vbera mea collocare curaui, colle-

Ser. 43. in Cant.

Ibidem.

ctum

ctum ex omnibus anxietatibus, & amaritudinibus Domini mei. Primùm videlicet infantilium illarum neceſſitatum, deinde laborum quos pertulit in prædicando; fatigationũ in diſcurrendo, vigiliarum in orando, tentationum in ieiunando, lacrymarum in compatiendo, inſidiarum in colloquendo, poſtremò periculorum in falſis fratribus, conuitiorum, ſputorum, colaphorum, ſubſannationum, exprobrationum, clauorum, horumque ſimilium, quæ in ſalutem noſtri generis ſylua Euangelica copioſiſſimè noſcitur protuliſſe. Hæc meditari dixi Sapientiam, in his iuſtitiæ mihi perfectionem conſtitui, in his plenitudinem ſcientiæ, in his diuitias ſalutis, in his copias meritorum. Ex his mihi interdum potus ſalutaris amaritudinis, ex his rurſum ſuauis vnctio conſolationis. Propterea hæc mihi in ore frequenter, ſicut vos ſcitis: hæc in CORDE ſemper, ſicut Deus ſcit: hæc ſtylo meo admo-

modum familiaria, ſicut apparet: hæc mea ſublimior interim Philoſophia, ſcire Ieſum, & hunc crucifixum. Hunc & vos dilectiſſimi tam dilectum faſciculum colligite vobis; hunc medullis inſerite CORDIS, & hoc munite aditum pectoris, vt & vobis inter vbera commoretur. Hactenus Bernardus, more ſuo ſuauiſſimè. Cuius quidem tam Sancti Patris vt monitis obtemperaremus, extremo hoc Libro præcipua Dominicæ Paſſionis myſteria & inſtrumenta CORDI meditanda proponimus; vt illa in Myrrhæ quemdam faſciculum colligata, in medio vberum, in meditullio, inquam, CORDIS collocari queant. Vt autem (quod maximè hîc ſpectandum eſt) affectus magis inardeſceret, Soliloquiorum ſtylo vſi ſumus: quòd omninò confideremus id Lectoribus, huiuſque Scholæ Diſcipulis fore gratius. Venite igitur ad menſam hanc, & comedite, & inebriamini chariſ-

1. Cor. 2. 2.

Cant. 5. 1.

ſimi. Comedite, hîc, coctum in ligno
Pſ. 103. 16. Crucis, panem, qui COR hominis confirmat. Bibite, de calcato à Dilecto votorum veſtrorum torculari,
Ibid. v. 15. vinum COR hominis lætificans. Quotidie aliquam Libri huius Le-
Hier. in Epiſt. ad Euſtoch. ctionem diſcite, quotidie huius Lectionis ſumite bolum; hunc non tranſglutiendo, ſed magnâ moroſitate maſticando, hinc inde tranſferte per ora, vt ſentire dulcedinem valeatis. Audite denique quid vnicuique veſtrûm magnus Romanæ
Lib. 6. Eccleſiæ Præſul dicat Gregorius:
Mor. c. 6. Compatere, inquit, Saluatori noſtro Ieſu, memoriam Paſſionis & vulnerum eius, in CORDE tuo, habendo: certiſſimè confidens, quòd eius conſolationis ſocius in futuro efficieris, ſi eius tribulationis in præſenti ſocius inueniris: nec enim pro ipſo piè lugentibus, gloriam ſuam negabit; qui
Ioan. 20. 15. nec Magdalenæ dolenti, & ipſum quærenti, reſurrectionem ſuam occultari voluit.

RHYT-

RHYTMICA
S. BONAVENTVRÆ
CARDINALIS
PARÆNESIS,
Ad Dominicæ Paſsionis meditanda Myſteria.

Recordare, frater pie,
Septem vicibus in die,
Paſsionis Domini:
Per quam ſumus liberati,
Et æternæ vitæ dati,
Et ſupremo lumini.
Quando ſedes, ſtas, & iaces,
Quando loqueris, & taces,
Feſſus cùm quieueris:
Chriſtum quæras, in quo ſperas:
Crucifixum CORDE *geras,*
Vbicumque fueris.

Diligenter pone mentem,
Super Chriſtum patientem,
Vt ei condoleas.
Chriſti mortem, Chriſtiane,
Plange ſerò, plange manè,
Et in planctu gaudeas.
Quàm deſpectus, quàm deiectus
Rex cælorum eſt effectus,
Vt ſaluaret ſæculum!
Eſuriuit, & ſitiuit,
Pauper, & egenus iuit
Vſque ad patibulum.
Recordare paupertatis,
Et extremæ vilitatis,
Et grauis ſupplicij.
Si es compos rationis,
Eſto memor Paſsionis,
Fellis, & abſynthij.
Cogitans hæc ingemiſce,
Et in iſtis planctum miſce,
Et CORDIS *mæſtitias.*
Corpus ange, CORDE *plange,*
Mentem frange, manu tange,
Chriſti mortis ſemitas.

Virum

Virum reſpice dolorum,
Et nouiſſimum virorum,
Fortem ad ſupplicia.
Tibi gratum ſit & æquum,
Iam in Cruce mori ſecum,
Compati cōuitia.
Quando vides te afflictum,
Deſolatum, ita victum,
Vt quaſi deficias;
Chriſti cogites dolores,
Graues pœnas, & mœrores,
Sputa, contumelias.
Bone frater, quidquid agas,
Crucifixi vide plagas,
Et ei compatere.
Omni tempore ſint tibi
Quaſi ſpiritales cibi,
His gaudenter fruere.

SEXTA CLASSIS.

Peregrinatio CORDIS cum Chriſto patiente.

QVAM ignominioſa Diſcipulis, tam Chriſto triſtis admodum fuit, fuga illa, quâ Apoſtoli omnes
Luc. 14. relicto eo, iam Iudæorum manibus
50. comprehenſo, turpiter fugerunt. Tantum verò hæc deſertio Saluatori noſtro dolorem attulit, vt de ea non ſemel in Sacra Scriptura conqueſtus
Iob. 19. ſit. Noti mei, ait apud Iob, quaſi alienì receſſe-
13. runt à me. Iterumq́; : Fratres mei præterierunt
Iob. 6. me, ſicut torrens, qui raptim tranſit in conuallı-
15. bus. Et per Pſalmiſtam : Qui iuxta me erant de
Pſ. 37. longè ſteterunt. Contrà verò, eximiam laudem
13. merentur illæ Mulieres, quæ ſecutæ fuerunt Ie-
Matt. 27. ſum à Galilæa, & baiulantem ſibi Crucem co-
55. mitabantur, plangentes & lamentantes eum, quarum etiam lacrymæ Chriſto Domino non ingratæ fuerunt. Piæ hæ feminæ, SEXTÆ huius CLASSIS Hypodidaſcalæ erunt, ſuoq́; exemplo

emplo fidelem Animam docebunt, vt toto COR-
DE *ſequatur Dilectum ſuum, non tantùm vſque ad nuptias Cana Galilææ, vbi bonum vinum ex aquâ factum fuit; vel in deſertũ, vbi panes multiplicauit; aut ad montem Thabor, in quo bonum videbatur Petro eſſe; vel hortum tandem Gethſemani, in quo ille dormiebat: ſed vſque ad ipſum montem Caluariæ. Maxima enim hominis gloria eſt, cum Deo ambulare, Chriſtum ſequi, & eius veſtigia imitari. Cùm Rex Dauid rebellis filij perſecutionem declinans, nudis pedibus Olíueti montem aſcenderet, ſuamq́; calamitatem, calentibus lacrymis, aſpectu lamentabili defleret, plangens & eiulans; vniuerſus populus, & ipſe colacrymando ſequebatur. Sequere & tu, Anima mea, Dilectum tuum, à Diſcipulo venditum, trans torrentem Cedron hortum Gethſemani ſubeuntem. Sequere ligatum, per vicos & plateas immaniter protractum, ſequere diuerſa tribunalia ſubeuntem, ſequere ad Pilati prætorium, in quo duriſſimè flagellis cæditur, ſpinis coronatur, & tandem morti adiudicatur. Vade cum illo Cruce onuſto vſque in Caluariæ montem; & ibi cum eodem te, &* COR *tuum crucifige, vt cum Apoſtolo dicere poſſis: Chriſto confixus ſum Cruci, & mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Hæc eſt enim ſalutaris peregrinatio, quam Lectiones huius Claßis te docebunt, hæc eſt digna Chriſti Sponsâ fide-*

Matt. 17. 4. Idem 26. 40. 2. Reg. 15. 30. Gal. 2. 19. Ibid. 6. 14.

Apoc.14. *fidelitas, vt ſequatur Agnum quocumque ierit.*
4. *Sequere ergo audacter & generoſè, quia vt*
Ioan.8. *Sponſus tuus ait: Qui ſequitur me, non ambulat*
12. *in tenebris, ſed habebit lumen vitæ.*

LE-

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE



BALNEVM CORDIS, EX SVDORE SANGVINEO.

Multo labore ſudatum eſt, et non exiuit de eâ nimia rubigo eius. *Ezech. 24. 12.*

Balnea, ſanguinei ſponſi ſudata cruore,

40. *COR ægrum hic tibi quæ dat Paradiſus, adi.*

Pag. 457.

Digitized by Google

LECTIO I.

Balneum CORDIS, ex ſudore Sanguineo. EMBL. 40.

Multò labore ſudatum eſt, & non exiuit de ea nimia rubigo eius.
Ezech. 24. 12.

Balnea ſanguinei Sponſi ſudata cruore
COR *ægrum, hîc tibi quæ dat Paradiſus, adi.*

AVSCVLTA, ô Anima mea, vocem Dilecti tui, ad Paradiſum ſuum te inuitantis: Veni in hortum meum, ſoror mea Sponſa, meſſui *Cant. 5. 1.*
myrrham meam cum aromatibus. Non *Iudith.*
vereatur bona puella introire in Paradi- *12. 12.*
ſum Dilecti ſui, vt honorificetur ante faciem eius. Quia enim primus parens tuus *Gen. 3. 7.*
in Paradiſo peccauit, vbi & ſub arbore *Cant. 8.*
malo corrupta eſt mater tua, vbi violata eſt *5.*
genitrix tua: Ingreſſus eſt Sponſus tuus alium hortum, vt ibi progenitorum tuorum, tibique congenitum delictum expia- *Miſſale*
ret; vt vnde mors oriebatur, inde vita re- *Rom.*

ſurgeret.In horto, propter vetiti cibi eſum,
primus parens in lethalem morbum inci-
derat : venit ſecundus Adam in hortum,
vt peſtiferum humorem, quem in eo prior
ſuxerat,per ſudorem foras expelleret;
Breuiar. *Et medelam ferret inde,*
Rom ex *Hoſtis vnde læſerat.*
Fortun. Ingredere & tu coinquinata Anima, in
*Ier.*4.14 hortum Sponſi tui, ſanguineo eius ſudore
irriguum, ingredere vt laues à malitia COR
Dan. 13 tuum. Ingreſſa eſt aliquando Suſanna in
15. pomarium ſuum, vt lauaretur; at depre-
henſa ab impuris ſenibus, in anguſtias in-
cidit longè maximas, & graue mortis pe-
riculum. Ad Sponſi verò tui hortum ſi la-
uanda acceſſeris, nullum adibis diſcrimen;
ſed magis lauaberis ab iniquitate tua, &
*Pſ.*50.8 ſuper niuem dealbaberis. Vt enim in vete-
*Gen.*2.6 ri illó Paradiſo fons aſcendebat de terra,
irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ: ita
& in nouo hoc Dilecti tui Paradiſo, de
ſacro eius Corpore fons ſcaturit aquæ vi-
tæ, vt irriget ſuperficiem terræ CORDIS
tui.Hic eſt ille fons, qui de domo Domini
egreditur, irrigans torrentem ſpinarum.
*Ioël.*3. Sanguineus, inquam, de Domini Corpore
18. profluit fons,vt ſpinas CORDIS noſtri, vi-
Hier. in tia & peccata, quæ nullam frugem habuêre
Ioël. iuſtitiæ, commutet in Domini noualia;
&

& ariditatem noſtram riget aquis largiſſimis; & pro ſpinis ac vepribus, flores multiplices virtutum germinemus, & lilia caſtitatis, & roſæ pudoris ac virginitatis exuberent : vt in terra CORDIS noſtri appareant flores roſarum, fuſi cruoris colore vernantes. Hic eſt, ô Sponſa, fons patens domui Dauid, & habitantibus Ieruſalem, in ablutionem Peccatoris & menſtruatæ. Hîc igitur lauâre, & mundaberis. Benedictus ſis tu Domine Deus meus, qui in ſudore vultus tui præparaſti lauacrum immundo CORDI meo. Temperaſti mihi, ô Sponſe ſanguinum pretioſiſſimum balneum, de cruore tuo calidum, de admixtis lacrymis tuis temperatū. Intermiſerit, cæleſti conſilio, Imperator Conſtantinus immane balneum, ex innocentium ſanguine lepræ curandæ causâ præparatum: ego ſanè in innocentiſſimi Sanguinis tui balneo, in horto tuo præparato, COR meum abluam, & dealbabo illud in Sanguine Agni. Languet prorſus ægrum COR meum; at ſanum efficietur, ſi hoc lacrymarum, ſudorum, ſanguiniſque tui balneo innatare poſſit. Verè enim effuſus hic ſanguis Medici, factum eſt medicamentum phrenetici; & infirmitas tua, Domine Ieſu, noſtra facta eſt fortitudo. Fortitudo tua

Zachar. 13.1.

Surius. Tom 6. in vita S. Silueſtri c.9.

Auguſt. Tract. 15 in Ioan.

nos

nos creauit, infirmitas recreauit. Fortitudo fecit, vt quod non erat eſſet; infirmitas tua fecit, vt quod erat non periret. Cùm enim COR meum ſicut aquam bibiſſet iniquitatem, & inde in hydropiſin,
Matt. 4. 23. paralyſin, varioſque morbos incidiſſet, tu, ô cæleſtis Medice, ſanans omnem languorem & omnem infirmitatem, miſericordiâ motus; languores noſtros ipſe tuliſti,
Iſa. 53.4 & dolores noſtros ipſe portaſti. In te omnem medicamentorum vim, quâ COR meum egebat, expertus es; atque ita, cùm ego noxios humores deſudare debe-
Luc. 22. 44. rem, tu pro me Sanguinē ſudaſti, tu apertis vndique venis cruorem tuum effluere permiſiſti, tu expurgantē fellis & aceti potionem pro me admiſiſti, vt mihi ſanitatem tribueres. Væ vobis crudeliſſima peccata
Iſa. 7.13 mea, quibus parum viſum eſt moleſta fuiſſe hominibus, niſi moleſta fuiſſetis & Deo meo! Gratiæ verò tibi, Domine Ieſu, qui in Sanguine tuo incircumciſo CORDI meo præparaſti balneum ſimul, & lauacrum. Complaceat, obſecro, tibi, vt in eodem abluas me, & ſanitati reſtituas infirmum COR meum. Liqueſcet illud tantæ charitatis ardore. Si enim duriſſimus Adamas hirci ſanguine molleſcit, quomodo non duritia CORDIS mei ſicut cera liquefiet attactu San-

Sanguinis Agni immaculati? Repurga Domine, COR hoc lixiuio Sanguinis tui, & emunda ab omni inquinamento, ab omni ſcoria & rubigine. Non contingat mihi, vt de ingrato CORDE meo, nimiumque obdurato, veterem illam querelam iterare cogaris: Multo labore ſudatum eſt, & non exiuit de eo nimia rubigo eius. Immunditia tua execrabilis: quia mundare te volui, & non es mundata à ſordibus tuis. Ampliùs igitur laua me Domine, ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me. Iterùm ergo, iterumque rogabo

Ezech. 24. 12. 13.

Pſ. 50. 4.

Te iuſte Iudex CORDIVM,
Vt auferas piacula,
Sordeſq; CORDIS *abluas,*
Doneſq; Chriſte gratiam,
Vt arceantur crimina.

Breuiar. Rom.

Laua Domine in Sanguine tuo,
Laua COR *hoc ſordidum,*
Riga COR *hoc aridum,*
Sana COR *hoc ſaucium,*
Flecte COR *hoc rigidum,*
Foue COR *hoc frigidum,*
Rege COR *hoc deuium.*

Miſſale Rom.

LE-

LECTIO II.

EMBL. 41.

Vinculum CORDIS, ex Funibus Chriſti.

Traham eos in funiculis Adam, & in vinculis charitatis.
Oſeæ. 11.4.

Crimina, te duro, fateor, mea, fune ligarunt.
Dulcior aſtringat COR *tibi funis amor.*

CONCVPIVIT Animą mea frequenter ſequi te, ô bone Ieſu, quocumque ires; ſed eheu! funes peccatorum circumplexi ſunt me, & aggrauati ſunt compedes mei, vt incedere non valeam. Traxi, proh dolor! iniquitatem in funiculis vanitatis, & quaſi vinculum plauſtri peccatum. Dicere & ego cum Manaſſe poſſum: Incuruatus ſum multo vinculo ferreo, vt non poſſim attollere caput meum: & non eſt reſpiratio mihi. Ita ſcilicet, ita iniquitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorum conſtringitur; ita ergo vinctus, & compeditus, non poſſum

Pſ. 118. 6. *Thren.* 3. 7. *Iſaiæ* 5. 18. 2. *Paralip.* 36. *Prou.* 5. 22.



VINCVLVM CORDIS EX
FVNIBVS CHRISTI.

Traham eos in funiculis Adam, et
in uinculis charitatis. *Oseæ. 11.*

Crimina, te, duro, fateor, mea, fune ligarunt,
Dulcior, aſtringat COR tibi, funis, amor.

41. *Pag. 462.*

ROMA

poſſum currere, immò ne ambulare quidem poſt veſtigia pedum tuorum. Neque verò ignoranti hunc morbum, & languorem meum commemoro: Imperfectum *Pſ.* 138. enim meum viderunt oculi tui. An non 16. enim, ô Domine Ieſu, Spiritus oris noſtri, captus es in peccatis noſtris, cui diximus: *Thren.* 4. In vmbrâ tuâ viuemus. Propter manus 20. meas operantes iniquitatem, traditus es in manus peccatorum: & quia nimiâ libertate primus Adam pater meus extendit manus ſuas ad Arborem vetitam, manus tuæ *Pſ.* 118. ligatæ fuerunt: & quia à via mala non prohibui pedes meos, ideò pedes tui compe- 101. dibus aggrauati ſunt. Non igitur neſcis, 2. *Reg.* 3. Domine, quàm parum expeditus ſum ad 34. currendam viam tuam. COR meum, quod igneæ naturæ, atque admodum mobile creaſti, multo torpore ſaucium, graui catenâ deuinctum iacet, adeoque per ſe ire non poteſt, quo tantoperè tamen affectat. Quid igitur faciam, ô deſiderium CORDIS mei? obſecro te per funes & vincula, quibus propter me alligari dignatus es, aſtringe COR meum tibi, & trahe illud poſt te; primùm quidem ad Crucem, inde *Ioan.* 12. verò vſque ad cælum. Tu enim dixiſti: 23. Cùm exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum. Benedictum ſit eloquium 1. *Reg.* 25. 33.
Domini

Luc. 1. 38. Domini mei! Fiat mihi ſecundùm verbum tuum, ô Verbum æternum. Trahe me ad te, qui exaltatus es in Cruce pro me; *Oſeæ* 11. 4. trahe me in funiculis Adam, & in vinculis charitatis. Vincula enim dolorum tuorum, vincula charitatis nobis effecta ſunt; quibus nos tibi alligare dignaris. *Gilbert. in Cant. hom.* 19. Tenax enim funiculus amor: amor affectuoſè trahit, cui eſt idipſum alloqui, quod eſt allicere; nihil amoris tenacius vinculo, nihil trahentius. *Cant.* 1. 3. Dicam ergo cum Sponſâ tuâ: Trahe me, poſt te curremus in odorem vnguẽtorum tuorum. *Bern. ſer.* 21. *in Cant.* Feſſa ſum, deficio; noli me deſerere, ſed trahe me poſt te, ne incipiam vagari poſt amatores alios, nec curram quaſi in incertum. Trahe me quodammodo inuitam, vt facias voluntariam: trahe torpentem, vt reddas currentem. Tu quidem, ô Domine, *Pſ.* 18. 6. exultaſti vt Gigas ad currendam viam ſalutis noſtræ; ſed quis mihi det, *Luc.* 1. 74. vt ſine timore de manu inimicorum meorum liberatus curram poſt te, & ſequar te: niſi enim ſequar te, numquam dabitur aſſequi te, numquam conſequi te. Trahe me igitur poſt te, trahe COR meum vinculo perfectionis, vt ſequatur te, & alligetur tibi.

Eccle. 4. 12. QVAM verò glorioſa ſunt CORDI meo hæc vincula tua, hi funiculi tui, qui diffi-culter

culter rumpuntur. Meritò de iis cum Dauide exultabundus canam: Funes ceciderunt mihi in præclaris. Præclara enim ſunt vincula, quæ me tibi, teque mihi deuinciunt. Dicam & de illis, quod de Sapientia ſcriptum eſt: Erunt mihi compedes tui in protectionem fortitudinis, & baſes virtutis, & torques tui in ſtolam gloriæ: decor enim vitæ eſt in illis, & vincula tua alligatura ſalutaris. Quàm libenter igitur iniiciam pedes meos in compedes tuos, & COR meum dabo ligandum vinculis dulciſſimæ charitatis tuæ! Quis mihi hoc tribuat, vt cum Paulo gloriari poſſim in vinculis meis, & vocari vinctus Ieſu Chriſti: qui ideò gaudio repletus eſt, quòd vincula eius manifeſta fierent in Chriſto, in omni prætorio, & in ceteris omnibus. Vinctum enim eſſe propter te, Domine Ieſu, illuſtrius eſt, quàm ſiue Apoſtolum, ſiue Doctorem, ſiue Euangeliſtam eſſe. Magna dignitas hæc, & Regno quouis ac Conſulatu maior; qui diligit & ardet Chriſtum, eligit potiùs vincula ferre propter Chriſtum, quàm cælos inhabitare: non enim caput ita ſplendidum reddit impoſita corona margaritis conſpicua, vt catena ferrea quæ propter Chriſtum fertur. Quid autem? ſi tam glorioſum eſt pro Chriſto

Pſ. 15. 6.

Eccli. 6. 30.

Phil. 1. 13.

Chryſoſt. hom. 8. in Epiſt. ad Epheſ.

alligari, quid erit cum Chriſto colligari,
Pſal.72. illique aſtringi? Mihi certè adhærere Deo
28. bonum eſt, & abſolutum à vinculis peccatorum vinculis perpetuæ charitatis alligari Amori meo, pro me alligato, vincto, &
Ambroſ. crucifixo. Ita quæſo mihi contingat, Do-
lib.3. mine Ieſu! Quis enim refugiat vincula
Epiſt.25. tua, quæ ſoluunt, & non alligant? vincula tua, vincula charitatis; glorioſiùs ab his aſtringimur, quàm ab aliis abſoluimur
Hieron. & relaxamur. Vincula tua voluntaria
Ep.127 ſunt, & vertuntur in amplexus: quique his
Manſ.27 fuerit colligatus, dicet: Siniſtra eius ſub
Cant.8. capite meo, & dextera eius complectetur
3. me. Fruar, obſecro, his vinculis tuis Amor meus, & innoda COR meum CORDI tuo, vt vnus tecum efficiar ſpiritus, vt vnus eſſe poſſim de numero eorum, de quibus Pro-
Iſaia.45 pheta tuus dixit: Poſt te ambulabunt, vin-
14. cti manicis pergent, & te adorabunt, teque deprecabuntur.

LE-

ROMA

Digitized by Google



FVLCRVM CORDIS,

CHRISTI COLVMNA.

Confirmate CORDA ueſtra. *Jacob. 5. 8.*

Non flores, non poma, meum COR debile poſcit,

Fulcit hęc tua me, chriſte, columna ſatis.

42. *Pag. 467.*

LECTIO III.

Fulcrum Cordis, Chriſti columna. Embl. 42.

Confirmate Corda *veſtra.* Iacob. 5. 8.

Non flores, non poma meum Cor *debile poſcit,*
Fulciet hac tua me Chriſte columna ſatis.

QVam inſtabile, & labile eſt Cor noſtrum! Quaſi mare feruens, quieſcere non poteſt, *Iſaiæ 57. 20.* huc atque illuc fluctuat, & numquam in eodem ſtatu *Iob 14. 2.* permanet. Dignè penſare, & ſufficienter æſtimare non valeo; quæ ſit illa tam multiplex cogitationum Cordis mei volubilitas, & tam inquieta & infatigabilis velocitas, quæ per tam multa, tam varia, tam infinita diſcurrere me facit. *Bern. de interiori domo c. 64.* Nullâ enim horâ, & nullo temporis momento quieſcere poſſum; ſed per infinita ſpatia locorum, & volumina temporum, mirâ feſtinatione pertranſeo. Faciliùs atomos mundi poſſem dinumerare, quàm motus Cor- *Cap. 62.*

DIS mei. Velocitas animalium & volatilium meis motibus æquiparari non poteſt. Deſideriorum meorum non eſt modus, quæ diſcurrunt per innumerabiles formas creaturarum tuarum. Cogitationes CORDIS mei in vnum figere non poſſum, quia valdè diſſipatæ ſunt, torquentes COR
Iob 17. meum, & rapientes illud in diuerſa.
11. Quis mihi det, ô deſiderata tranquillitas mea, vt procella mea mutetur in auram,
*Pſ.*106. & ſileant omnes fluctus eius? Vtinam,
29. Domine, opponeres mari huic turbido vectem columnam tuam,& diceres: Vſque huc venies, & non procedes ampliùs; &
Iob. 38. hîc confringes tumentes fluctus tuos. Non
11. poſſum, Domine, conqueri ſatis inſtabilitatem & inconſtantiam CORDIS mei,
Iſaiæ 7. quod ſubitò mouetur, ſicut mouentur ligna
2. ſyluarum à facie venti. Fluctuat etiam ſicut nauis in medio mari. Eſto tu,Domine, anchora huius nauiculæ, & alliga eam ſolidiſſimæ columnæ tuæ, ad quam pro me
*Ephes.*4. alligatus es, vt non ampliùs circumferatur
14. omni vento. Sentio, Domine,quàm debile & infirmum ſit COR meum, quàm crebro timore vacillet, quàm ſæpè deiiciatur
*Pſ.*54.9. à puſillanimitate Spiritus & tempeſtate, quàm frequenter deficiat atque deſperet. Neſcio ſanè,an hoc non ipſa figura CORDIS mei

mei me admoneat: ſuperius enim latum, infernè in conum deſinit, adeoque puncto inſiſtere nequit, niſi ab alio ſuſtentetur, aut eidem fortè alligetur. Quare, ô Domine, firmamentum meum, & refugium meum, oro te, ſuppone labanti CORDI meo columnam tuam, quæ ſuffulciat me: niſi enim adhibueris manum tuam, citò ſubuertetur domus CORDIS mei. Creatoris enim omnitenentis omnipotentia cauſa eſt ſubſiſtendi omni creaturæ. Corrobora igitur, Domine, COR meum, & ſuſtenta me; confirma columnas eius, vt non corruat. *Pſ. 17. 3.* *Eccli. 27. 4.* *Proſper in ſententiis.*

DILECTA illa Sponſa tua, ô Rex pacifice, defectionem CORDIS patiens, exclamabat: Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo. Ego verò præ delitioſis illis fulcimentis, eligo mihi fortiſſimam columnam tuam, quam brachia tua circumplexa ſunt, & cui te alligatum credo, non vt ab ea firmitatem acciperes, ſed vt illam tu fortior fulcires. In hac columnâ ego ſperabo, per hanc ſuſtentabor, & erit mihi columna, vt requies. Neque verò marmori innitor, dum hac columnâ fulcio COR meum; ſed tibi ipſi fortitudo mea. Non enim diuido te à columnâ illâ, ad quam amore mei alligari dignatus es, Deus meus, coram quo columnæ cæli contremiſcunt. *Cant. 2. 5.* *Pſ. 26. 3.* *Eccli. 36. 26.* *Iob. 26. 11.*

 Tu

Pſ.70.3 Tu ergo ipſe es columna mea, & firmamen-
Heb.1.3. tum meum, qui portas omnia verbo virtu-
tis tuæ. In te ergo recumbet debile COR
meum, vt incedens per vias huius vitæ, &
ſenſim aſcendens de deſerto, cum Sponſa tua
Cãt.8.5 innitar ſuper Dilectum meum. Veniãt ven-
ti, excitentur tempeſtates, inſurgant fluctus
Iudæ.1. feri maris, firmiter ſtabit COR meum, firmiſ-
13. ſimâ hac columnâ ſuſtentatum. Si conſiſtant
aduerſum me caſtra, non timebit COR
Pſ.26.6 meum. Si exurgat aduerſum me prælium, in
hoc ego ſperabo. Quis mihi det, ô Dilecte
mi, vt tecum alliger ad columnam, & ſtrin-
gam te, & fortior efficiar alligatus, quàm
ſolutus? Nónne enim vitis, dum ſuis flagellis
palum cui alligatur amplectitur, ab ipſo ſu-
ſtentatur? Ita & quiſquis tibi innititur, ſta-
bilis & conſtans permanebit, nec vacillabit
vmquam, quia ſcriptum ſcit: Confirmatum
Pſ.111. eſt COR eius, non commouebitur, donec
7. deſpiciat inimicos ſuos. Stabilire igitur dig-
Hebr.13 neris gratiâ tuâ COR meum, tu qui es fragi-
9. litatis humanæ ſingulare præſidium; & con-
Miſſale cede, vt, qui ſine te ſubſiſtere non valeo, co-
Roman. lumnæ Paſſionis tuæ ſubnixus, inueniar
ſemper in fide tua ſtabilis, & in amore tuo
conſtans.

LE-

Digitized by Google



STIMVLVS CORDIS CHRISTI FLAGELLA.

Virga in dorſo eius, qui indiget CORDE. *prou. 10. 13.*

Ceſſat iners, ceſſant tua cum vigilare flagella:
Coge, Amor, inuitum COR meliora ſequi.

43.

Pag. 471.

LECTIO IV.

EMBL. 43.

Stimulus CORDIS, Chriſti Flagella.

Virga in dorſo eius, qui indiget CORDE. Prouerb. 10.13.

Ceſſat iners, ceſſant tua cum vigilare flagella,
Coge Amor inuitum COR *meliora ſequi.*

CONTREMVIT COR meum intra me, & conturbatum eſt vehementer; dum conſidero te, mitiſſime Agne, planè nudum, & columnæ crudeliter alligatum, flagellis duriſſimè cædi, ac laniari. Quis credidiſſet, Domine, eò vſque progreſſuram iniquitatem filiorum hominum quos creaſti, vt ſupra dorſum Creatoris ſui fabricarent pecca- *Pſ.*128.
tores, & prolongarent iniquitatem ſuam? 3.
Obſtupeſcite cæli ſuper hoc, & portæ *Ier.*2.12
eius deſolamini: Angeli pacis flete, & *Iſa* 33.7
omnes habitatores terræ vlulate; quia *Idē* 47.2
ille, de quo ſcriptum eſt: Flagellum *Pſal.*90.
non appropinquabit tabernaculo tuo, 10.

nunc non vno flagello, ſed innumeris cin-
Pſ.45.5 gitur, pectuſque Dei capax, tabernaculum
quod ſanctificauit Altiſſimus, impiâ mili-
tum manu laceratur. Rabidi illi canes, qui
Pſ.21.17 circumdederunt te, manſuetiſſimè Ieſu,
Iob.16. conciderunt te vulnere ſuper vulnus, &
15. nullâ commiſeratione moti, nullo ſangui-
Pſal.68. ne ſatiati, ſupra dolorem vulnerum tuo-
27. rum addiderunt. Sed mirandum magis
eſt, quòd ad hoc ſpectaculum non com-
moueantur CORDA noſtra, quæ certiſſi-
Iſa.33.8 mâ fide credunt, quòd propter ſcelus po-
puli tui percuſſus ſis, quodque diſciplina
pacis noſtræ ſuper te ſit. Digniſſimum qui-
Luc.12. dem eſt, vt ſeruus ſciens voluntatem Do-
47. mini, & non faciens, plagis vapulet mul-
Ioan.4. tis; ſed quòd tu Vnigenite Fili Dei, cuius
34. cibus fuit vt faceres voluntatem Patris, fla-
Pſ.72. gellatus fueris totâ die, vt quæ non rapuiſti
14. exolueres, indigniſſimum omninò, atque
Pſ.68.5 ab omni ſenſu alienum eſt. Verùm hoc
conſilium æterni Patris tui fuit, vt liuore
Iſaiæ 53 tuo ſanaremur. Omnes enim nos quaſi
5. oues errraueramus, vnuſquiſque in viam
ſuam declinauerat; at Pater miſericordia-
rum poſuit in te iniquitatem omnium no-
ſtrûm, atque ideò percuſſus à Deo, & hu-
miliatus, vulneratus es proprer iniquitates
noſtras, attritus propter ſcelera noſtra.
Gratiæ

Gratiæ tibi, Domine Ieſu, qui propter flagitia CORDIS noſtri, in flagellis paratus *Pſal.* 37.
fuiſti, & irã Patris tui caſtigatus mitigaſti. 18.

SED iam reuertere ad COR tuum, ô Anima mea, & vide quid hîc diſcere debeas, & facere CORDI tuo. Si enim COR filij habes, non debet reſpuere flagella, quibus enim Deus tamquam filiis loquitur,
dicit: Fili mi noli negligere diſciplinam *Prou.* 3.
Domini, neq; fatigeris dum ab eo argueris; 11.
quem enim diligit Dominus caſtigat, flagellat autem omnẽ filium quem recipit. Fla- *Heb.* 12.
gellatio ergo, filij Dei nota eſt. Ne te ergo 6.
ſine flagello ſperes futurum, niſi fortè co- *Aug. in*
gites exheredari: nullus enim filius ſine *Pſal.* 31.
flagello, etiam vnicus Dei Filius licet ſine peccato, non tamen ſine flagello. Audi porrò, ô Anima mea, loquentem deinceps Apoſtolum ad COR tuum, & flagellla velut filiorum Dei characterem commen-
dantem auſculta: Tamquam filiis vobis *Heb.* 12.
offert ſe Deus. Quis enim filius, quem 7.
non corripit Pater? Quòd ſi extra diſciplinam eſtis cuius participes facti ſunt omnes, ergo adulteri, & non filij eſtis. Multiplicentur ergo, Domine, ſuper me flagella, vt he-
reditatem filiorum tuorum poſſim acci- *Rom.* 8.
pere, & conformis fieri imaginis Filij tui, 29.
pro me flagellati.

SED quæ vtilitas CORDI meo, quæve
Rom.3.2 neceſſitas illud flagellandi? multa per omnem modum. Primùm quidem vt caſtigatione voluntariâ, & CORDIS afflictione, peccata per ipſam commiſſa expientur, atque ita ab æterno damnationis flagello liberetur. Ideò enim flagella tua peccantibus nobis immittis Domine, vt miſericorditer parcas; ſic enim de poſteris Da-
Pſal.88. uid dixiſti: Si iuſtitias meas profanaue-
32. rint, & mandata mea non cuſtodierint, viſitabo in virgâ iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum: miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo, neque nocebo in veritate mea. Clementiæ ergo
2.Reg.7 tuæ eſt, Domine, quòd iniqua gerentes ar-
14. guas in virgâ virorum, & in plagis filiorum hominum. Væ autem iis qui cum ho-
Pſ.72.5 minibus non flagellàbuntur, cum dæmonibus enim poſteà flagellabuntur; tales ſunt
Iob.21. impij illi, de quibus Iob: Domus eorum
9. ſecuræ ſunt & pacatæ, & non eſt virga Dei ſuper illos; ſed qualis virga eos maneat, mox aperit, dicens: Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Corripe me igitur, Domine, in virgâ filiorum hominum, ne in æternum proiicias me. Deinde COR hoc meum vecors, tardum, ac pigrum ſtimulo indiget ac ſcuticâ, quâ

quâ excitetur ad currendam viam mandatorum tuorum. Flagellum equo, & chamus asino, (dixit Sapiens) & virga in dorſo imprudentium. COR meum, velut equus refractarius reſtitat, vnde flagello & calcaribus eget. Pigrum eſt inſtar Aſini, nec greſſum promouet niſi flagelletur. Stultum eſt, & viam prudentiæ ignorat, nec ingreditur eam, niſi virgâ coactum.

Pſ. 118. 32. *Prou.* 26 3.

ASSIDVA ergo ei, Domine, flagella tua, ne in inſipientia pereat. Inſtar trochi eſt COR meum, conſiſtere in cono non poteſt nec moueri, niſi flagris impellatur: tam parum ſcilicet, Domine, amat te, tam parum currit poſt te, vt niſi tribulatione & flagellis adigi non poſſit ad quærendam faciem tuam; in eorum nempe numero eſt, de quibus Regius Vates dixit: Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſteà accelerauerunt. Gratulabor mihi igitur, Domine, in tuis flagellis, quæ ad meliora, immò ad te Optimum COR meum impellunt.

Eccli. 30. 1. *Pſ.* 15. 4

SED quid vltrà boni latet in his flagellis? erudiunt ſanè imprudens COR, & Sapientiam ei tribuunt. Stultitia enim colligata eſt in CORDE pueri, & virga diſciplinæ fugabit eam, vt inquit Sapiens; qui alibi quoque ait: Virga,

Prou. 22. 15. *Prou.* 29 15.

atque

SED quæ vtilitas CORDI meo, quæve
Rom. 3. 2 neceſſitas illud flagellandi? multa per omnem modum. Primùm quidem vt caſtigatione voluntariâ, & CORDIS afflictione, peccata per ipſam commiſſa expientur, atque ita ab æterno damnationis flagello liberetur. Ideò enim flagella tua peccantibus nobis immittis Domine, vt miſericorditer parcas; ſic enim de poſteris Da-
Pſal. 88. 32. uid dixiſti: Si iuſtitias meas profanauerint, & mandata mea non cuſtodierint, viſitabo in virgâ iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum: miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo, neque nocebo in veritate mea. Clementiæ ergo
2. *Reg.* 7. 14. tuæ eſt, Domine, quòd iniqua gerentes arguas in virgâ virorum, & in plagis filiorum hominum. Væ autem iis qui cum ho-
Pſ. 72. 5 minibus non flagellabuntur, cum dæmonibus enim poſteà flagellabuntur; tales ſunt
Iob. 21. 9. impij illi, de quibus Iob: Domus eorum ſecuræ ſunt & pacatæ, & non eſt virga Dei ſuper illos; ſed qualis virga eos maneat, mox aperit, dicens: Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Corripe me igitur, Domine, in virgâ filiorum hominum, ne in æternum proiicias me. Deinde COR hoc meum vecors, tardum, ac pigrum ſtimulo indiget ac ſcuticâ,

quâ

quâ excitetur ad currendam viam mandatorum tuorum. Flagellum equo, & chamus aſino, (dixit Sapiens) & virga in dorſo imprudentium. COR meum, velut equus refractarius reſtitat, vnde flagello & calcaribus eget. Pigrum eſt inſtar Aſini, nec greſſum promouet niſi flagelletur. Stultum eſt, & viam prudentiæ ignorat, nec ingreditur eam, niſi virgâ coactum. *Pſ. 118. 32.* *Prou. 26 3.*

ASSIDVA ergo ei, Domine, flagella tua, ne in inſipientia pereat. Inſtar trochi eſt COR meum, conſiſtere in cono non poteſt nec moueri, niſi flagris impellatur: tam parum ſcilicet, Domine, amat te, tam parum currit poſt te, vt niſi tribulatione & flagellis adigi non poſſit ad quærendam faciem tuam; in eorum nempe numero eſt, de quibus Regius Vates dixit: Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſteà accelerauerunt. Gratulabor mihi igitur, Domine, in tuis flagellis, quæ ad meliora, immò ad te Optimum COR meum impellunt. *Eccli. 30 1.* *Pſ. 15. 4*

SED quid vltrà boni latet in his flagellis? erudiunt ſanè imprudens COR, & Sapientiam ei tribuunt. Stultitia enim colligata eſt in CORDE pueri, & virga diſciplinæ fugabit eam, vt inquit Sapiens; qui alibi quoque ait: Virga, *Prou. 22. 15.* *Prou. 29 15.*

atque

atque correptio tribuit ſapientiam. Et
Prou. 23 Virga in dorſo eius, qui indiget CORDE.
2. Quàm multi inſipientes, ſocordes, immò
ſine CORDE redierunt ad COR, poſt-
quam flagellis Domini afflicti ſunt, Teſtis
Ierem. Ephraim tranſmigrans, & dicens: Caſti-
31. 18. gaſti me,& eruditus ſum, quaſi iuuenculus
Eccli. 23. indomitus. Quis igitur ſuperponet in co-
2. gitatu meo flagella, & in CORDE meo
doctrinam ſapientiæ, ne increſcant igno-
rantiæ meæ, & multiplicentur delicta
mea, & peccata mea abundent? Domine
Eccl. 23. Pater, & Dominator vitæ meæ, per Vni-
1. genitum Filium tuum pro me flagellatum,
Miſſale te humiliter rogo, vt flagella tuæ iracun-
Roman. diæ, quæ pro peccatis meis mereor, auer-
tas: & pro iis flagella aduerſitatis de pa-
ternâ tuâ manu patienter ſuſcipiam; vt iis
eruditus, diſcam ſicut Filius tuus ambula-
uit, & ipſe ambulare; & adoptionem filio-
rum Dei merear recipere.



LE-

ROMA

Digitized by Google



SEPIMENTVM CORDIS CORONA
SPINEA.

Sepiam uiam tuam ſpinis. *Oſeæ*. 2. 8.

Ne careat tua ſpina roſis, COR *concolor armet*,

Horto arcet ſtygias, ſcps diadema feras.

44.

Pag. 477.

LECTIO V.

EMBL. 44.

Sepimentum CORDIS, Corona Spinea.

Sepiam viam tuam ſpinis. Oſeæ. 2.6.

Ne careat tua ſpina roſis, COR *concolor armet:*
Horto arcet ſtygias, ſeps Diadema, feras.

BENIGNISSIME Domine, cui deliciæ ſunt eſſe cum filiis hominum, voluiſti COR meum fieri quaſi Paradiſum deliciarum, & hortum voluptatis, quem ipſe cæleſtis Hortulanus plantaſti, & aquis gratiæ tuæ rigaſti, vt vnus eſſem de numero eorum, de quibus Proheta tuus dixit: Eritque Anima eorum quaſi hortus irriguus. Spiritualem autem hunc hortum, ô cæleſtis Sponſe, ſæpè viſitas & ingrederis, ſiue vt deambules in Paradiſo ad auram poſt meridiem, ſiue vt conſideres num quid in culturâ eius deſit, videaſque ſi floruit vinea,

Prou. 8. 31.

Ierem. 31. 12.

Gen. 3. 8

Cant. 7. vinea, ſi flores fructus parturiunt, ſi floruerunt
13. mala punica. Quin & deſcendis in
Cãt. 6. 1 hortum nucum, ad areolam aromatum, vt
paſcaris in hortis, & lilia colligas, come-
Cãt. 5. 1. daſque fructum pomorum tuorum. Quare,
cùm tanta ſit tibi horti CORDIS mei
cura, tamque frequens ad eum acceſſus,
ſeriò mihi procurandum eſt, vt talis omninò
ſit, qualem deſiderat Anima tua. Quid
autem inter cetera de horto tuo, vnicam
Columbam tuam deprædicans, dixiſti?
Cant. 4. Hortus concluſus, ſoror mea Sponſa, hor-
14. tus concluſus; iteraſti autem verbum iſtud,
vt deſignares duplici munitione COR
noſtrum egere: vna enim ei ſatis non eſt
maceria. Omnimodis igitur mihi hoc curandum
eſt, vt ſepem horto meo circum-
Pſal. 79. ducam, ne fortè Aper de ſylua exterminet
14. eum, aut ſingularis ferus depaſcatur eum.
Cant. 2. Timendum quoque ei eſt à vulpibus par-
15. uulis, quæ demoliuntur vineam, quam &
Pſal. 79. deſtructâ materiâ vindemiant omnes qui
13. prætergrediuntur viam. Tanti igitur re-
Eccleſ. fert hortum hunc eſſe benè concluſum, &
36. 29. ſepe circumdatum; vbi enim non eſt ſepes,
Iſaia 58. diripietur poſſeſſio. Vt igitur fiam ædifi-
12. cator ſepium, vnde mihi earum materiam
conquiram? vbi inueniam rubum aut du-
mum, vepres, & textiles ramos, è quibus
hanc

hanc mihi ſepem plectam? Liceat mihi, ô Rex pacifice, ad hoc vti ſpineo diademate, quo coronauit te impia mater Synagoga in die lætitiæ CORDIS tui, & deſponſationis cum Anima mea. Terra enim noſtra, quam ſudore vultus tui irrigaſti, ſentes & ſpinas protulit tibi. Tu verò, ô Domine, qui factus es velut colonus, agrum hominis pigri, quem totum repleuerant vrticæ & ſpinæ, expurgaſti, atque ideò vineæ tuæ pampinis, & agri tui ſpicis (vt meſſis tempore Agricolæ ſolent) coronari voluiſti: *Cant.* 3. 11. *Ierem.* 14. 8. *Prou.* 24. 30.

Omnia noſtrorum accipiens ſpineta malorum. **Sedul.** *l.* 4. *car.*

Redimitus es igitur ſpinis, vt terræ CORDIS noſtri ſpinas extirpares, & peccati aculeos in tui capitis tolerantiâ obtunderes. *Tertul. de corona milit.*

SERTVM ergo hoc ſpineum erit ſepes CORDIS mei, quæ facilè illud tutabitur ab incurſantium beſtiarum iniuriâ. Coronent ſe alij roſis, ego ad honorem ſpinis coronati pro me Capitis mei, ſpineam coronam CORDI meo circumplectam; in huiuſmodi lætabor, & eſſe ſub ſentibus delicias computabo: hîc, velut lilium inter ſpinas, COR meum à vellicantium manibus liberum permanebit. Armat ſpina roſas, armabunt hæ ſpinæ hortum *Iob* 30. 7 *Cãt.* 2. 2

COR-

CORDIS mei contra omnes aduerſarios. Hoc enim Diadema inimicum iis, qui inſidiantur, eos prohibet: iis autem, qui in Eccleſiâ ſimul verſantur, amicum; eos circumſepit & munit. Hæc corona eſt flos eorum, qui crediderunt in eum, qui fuit glorificatus; cruentat autem & caſtigat eos, qui non crediderunt. Meritò ſanè ſepem CORDIS ex ſpinis tuis contexam. An non enim conſilium tuum illud eſt, ô Sponſe ſuauiſſime? Numquid non per os Eccleſiaſtici dixiſti: Sepi aures tuas ſpinis? Cùm enim aures, oculi, reliquaque ſenſuum organa, portæ velut CORDIS ſint, per quas omnia ſenſibilia in ipſum CORDIS penetrale intrant, optimè omninò iubes, vt ſi COR velimus habere munitum, oſtia illius ſpinis obturemus, atque vndique hortum noſtrum ſpinis ſepiamus. Aliud porrò beneficiũ, dilectiſſime Sponſe CORDIS mei, in ſpinis tuis mihi prouidiſti. Videns enim multiplices fornicationes CORDIS mei, quamque ſæpè currat ad virum alterum, dixiſti per Prophetam tuum: Ecce ergo ſepiam viam tuam ſpinis, & ſepiam eam maceriâ, & ſemitas ſuas non inueniet; & dicet: Vadam, & reuertar ad virum meum priorem: quia benè mihi erat tunc, magis quàm nunc. Spinæ enim

Clem. Alexand. l. 2. pæd. c. 8.

Eccli. 28 28.

Oſea. 2. 6. 7.

enim tribulationum, quas miſericorditer ſæuiens ſæpiùs immittis, CORDA noſtra ita concludunt, vt non liceat eis ire quò deſiderabant, ſed reuertantur ad te virum ſuum priorem: ſicut olim Iſraëlitæ; cum occideres eos, quærebant te & reuertebantur, & diluculò veniebant ad te. Sed & ſpinea corona tua, Domine, & conſideratio dolorum, quos ea tibi inflixit, ſepiet viam CORDIS mei ſpinis, ne excurrere velit & vagari poſt greges ſodalium ſuorum, ne ſectari velit delectabilia & vanitates ſenſuum; ſed maneat in horto tuo tecum; conſors ſpinarum & tormentorum tuorum. Eligam ergo, cùm Lectiſſima Sponſa tua Catharina Senenſi, ſpineam coronam præ aureâ; illaque COR meum circumcingam, timens, multumque reformidans, ſub capite ſpinato membrum eſſe delicatum. Muniat, oro Domine, COR meum ſpinea corona capitis tui, vt per medios tribulationum aculeos, ad immarceſſibilem coronam gloriæ tandem pertingere merear. Amen.

Pſal. 77. 34.

Cant. 1. 6

LECTIO VI.

EMBL. 45. Pictura CORDIS, ex Sindone Veronicæ expreſſa.

Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, dediſti lætitiam in CORDE *meo.* Pſal. 4. 7.

Inſpice prototypon, tenſiq́; in ſindone CORDIS *Dilecti faciem ſpinea pingat acus.*

QVAM felix, Domine, munere tuo, quàm fortunata fuit illa Beronice, ſiue Veronica; quæ tibi ſub trabali Cruce gementi, præque laboris, itinerisq́ue moleſtiis extremè fatigato, & tantum non fatiſcenti ſudarium obtendit, quo vultum tuum benedictum, ſanguine, ſudoreq́ue conſperſum abſtergeres. Recepit verò Mnemoſynon omni veneratione digniſſimum; velum ſiquidem illud venerandæ faciei tuæ applicatum, viuam eiuſdem effigiem impreſſam retinuit, magno piæ illius menti ſolatio. Deſi-
Pſ. 44. 3. deraui & ego ſæpiſſimè, ô ſpecioſe formâ præ



PICTVRA CORDIS EX SINDONE.

VERONICÆ EXPRESSA.

Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, dediſti lætitiam in CORDE meo. *Pſal. 4. 7.*

Inſpice prototypon, tenſiq; in ſindone CORDIS
Dilecti faciem ſpinea pingat acus.

45. *Pag. 482.*

ROMA

Digitized by Google

præ filiis hominum, faciem illam tuam decoram, & plenam gratiarum, faciem illam, in quam deſiderant Angeli reſpicere, imprimi CORDI meo, tamquam molliſſimæ ceræ, vt perpetuam tui retineret imaginem. Quoties optaui, vt celte ſculperetur in ſilice CORDIS mei viua effigies sereniſſimi vultus tui! Noſti Domine, quàm ſæpè concupiui, vt claui illi, qui cæli fabricatrices manus tuas, & beatiſſimos pedes terebrarunt, efficerentur mihi cælum, quo profundiſſimâ exararem, inciderémque te in lamina CORDIS mei! O quoties tibi dixit COR meum: Exquiſiuit te facies mea! faciem tuam Domine requiram. Ne auertas faciem tuam à me! Quoties dixi: Oſtende mihi faciem tuam, & decorem vultus tui, quem deprecantur omnes diuites plebis. At hactenus non licuit eſſe tam beato.

1. Pet. 1. 12. *Iob. 19. 24.* *Pſ. 26. 9* *Cant. 2. 14.* *Pſal. 44. 13.*

QVID igitur faciam, aut quod conſilium excogitabit COR meum cupidiſſimum ſpeciei & pulchritudinis tuæ? Quid agã Domine, vt fruar ſimilitudine & imagine faciei tuæ? Scio quid faciam: ingenioſus amor eſt, quod ille ſuggerit, perficere tentabo: tigilla mihi de Crucis tuæ ligno accipiam, quæ in quadratos margines compingam, in quibus COR meum, tamquam telam mundiſſimam, explicabo, illudque fu-

 nibus

nibus, quibus alligatus es, ô libertas mea, in quadrũ ita diſtendam, vt nullam habeat plicam vel rugã, planumque fiat, in quo efformetur pictura faciei tuæ. Quis verò hic Apelles, qui viuis coloribus hanc mihi exprimit? Quis Zeuxis aut Parrhaſius, lineamenta hæc, Veronices ſindoni impreſſa, artifice manu imitabitur. Ipſe ego hîc, dum alius non eſt, qualiſcumque pictoris munus
Pſat. 83. 10. obibo, & reſpiciens in faciem Chriſti mei ſudario impreſſam, eamdem, quâ potero, in CORDE meo phrygio opere adumbrabo. Sed vbi acus? vbi byſſus? vbi verſicoloria fila? Ignoſce Domine, reuerentiam Amor neſcit, foras mittit pudorem; à tua hęc omnia deſumam Paſſione. Suſpiciendum Angelicis poteſtatibus caput, ſed ſpinis, eheu! coronatum, omnia mihi hæc ſuppeditabit. Pro radio enim & acu, mihi erit ſpina vna diadematis tui, quæ ſanguine tuo purpurata, quoties CORDIS mei telam punget, eamdem roſeo cruore pinget; nec opus mihi byſſo, ſed euulſis è ſacrâ cæſarie tuâ & honorandâ barbâ capillis texere mihi liceat. Quòd ſi non ſatis variegata videatur hæc pictura, lacrymis, ô Chriſte, tuis, nimium ruborem temperabo; vt pingam ſci-
Cant. 5. 10. licet Dilectum meum candidũ & rubicundum. Quis verò exactam adeò hîc pulchritudinem

tudinem requirat, cùm ipſi prototypo non fuerit ſpecies neque decor, cùm fuerit *Iſa.53.2* quaſi abſconditus vultus eius & deſpectus, putatus quaſi leproſus & percuſſus à Deo, *Pſ.21.6* vermis & non homo; opprobrium hominum, & abiectio plebis. Nullus ergo in Nazaræo meo nimium candorem requirat, quem non licuit exprimere, niſi in diademate quo coronauit eum mater ſua. *Cant,3.11.* Nemo à manu mea columbinos illos oculos velut lacte lotos expectet, cùm imbres *Cant.5.12.* lacrymarum, & defluentem ſtillantes ſanguinem defigurare oportuerit. Qualis qualis tamen hæc pictura eſt, aptiſſima illa & gratiſſima eſt CORDI meo; & ideò cum gaudio & exultatione dicam: Signatum eſt ſuper me lumen vultus tui Domine: magno vtique fructu; nam idcircò *Pſ,4.7.* dediſti lætitiam in CORDE meo. Quid enim dulcius? Quid lætius, quàm in CORDE ſuo portare Imaginem filij Dei? Aptiſſimum porrò eſt, vt hæc phrygia acu CORDI intexetur; vt ita non in ſuperficie tantùm hæreat, ſed vndique COR penetret, & ex vtraque parte ſanguineum Sponſum depictum exhibeat. Delebilis eſt pictura, quæ calamo fit aut penicillo: obliterari poteſt luto laminæ ſculptura, eradi poſſunt altiſſimæ cælatæ litteræ: emollita cera,
 aut

aut nouo impreſſo ſignaculo, perit quæ ei
anteà erat impreſſa forma. Mea autem inde-
lebilis eſt pictura; ſtabit quamdiu COR ſta-
bit; eradi aut ſcindi non poteſt, niſi CORDE
ex parte lacerato. Manebit igitur CORDI
meo indita amoris mei facies: Faſciculus
Cant. 1. Myrrhæ Dilectus meus mihi, inter vbera
12. mea, in medio CORDIS mei, commorabi-
tur. Ita fiat, Domine Ieſu! Illuſtra faciem
Pſal. 30. tuam ſuper COR ſerui tui, manſionem tuam
17. in eo fac, nec deſeras donec reuelatâ facie
2. *Cor.* 3 videam te, & adimpleas me lætitiâ cum
18. vultu tuo in æternum benedicto.
Pſ. 15. 11.

L E.

ROMA



COR PHIALA CHRISTO SITIENTI.

Dabo tibi poculum ex Vino condîto. Cant. 8. 2.

Reſpuę, quę Iudę genus offert, pocula fellis.

Compuncti CORDIS *ſed bibe, ſponſe, merum.*

46. *Pag. 487.*

Digitized by Google

LECTIO VII.

EMBL. 46.

COR Phiala Chriſto ſitienti.

Dabo tibi poculum ex vino condito.
Cant.8.2.

Reſpue quæ Iudæ genus offert pocula fellis,
Compuncti CORDIS *ſed bibe Sponſe merum.*

ADMIRANDVM valdè fuit, Amator hominum Ieſu, quod tu, apud quem eſt fons vitæ, & aqua ſaliens *Pſal.*35.10. in vitam æternam, fatigatus ex itinere, ſedenſque ſupra fontem, mulieri Samaritanæ dixeris: Da mihi bibere. *Ioan.*4.7. Quam petitionem & ipſa non parum admirabatur. Verùm, ſitis illa multò grauior, multóque admirabilior fuit, quam Paſſionis tuæ tempore toleraſti, quam non dubito ipſos quoque Angelos in admirationem rapuiſſe, de qua ſola in Cruce conqueri voluiſti, *Ioan.*19.28. & iam tanto ante tempore apud Prophetam Regium lamentabiliter eam deploraſti: Aruit, dicens, *Pſal.*21.16. tamquam teſta virtus mea, & lingua mea ad-

Cartag. adhæſit faucibus meis. Quid eſt hoc, Do-
hom.7.de mine, quòd tu qui das potum omni carni,
paſſ.l. 11. ipſemet ſitias, & non habeas qui refrigeret
*Iudic.*15. arentem linguam tuam? Sampſoni ſitienti,
19. aquam potabilem ex aſini mandibula de-
Gen. 21. diſti, Sitiuit abiectus puer Iſmahel in de-
19. ſerto, & matri Agar Angelus puteum aquæ
*Num.*20 detexit. Sitiuit rebellis populus Iudæorũ,
11. & largiſſimas aquas petra eis ſuppeditauit.
3.*Reg.* Ne ſiti periret Elias, iuſſus eſt recedere ad
17.3. torrentem Carith, vt ex eo biberet, Et Do-
Matth. mino vniuerſorum, calix aquæ frigidæ
10.42. negatur. Potus enim ille, quem vitis alie-
Pſal. 18. na, Synagoga Iudaica, Plantatori ſuo of-
11. fert, non potus eſt, ſed tormentum: De
Cant. 2. quo audire lubet eloquium tuum, ſuper
14. mel dulce. Sonet vox tua in auribus meis:
& explica mihi, ô Dilecte mi, vinum il-
lud, quod tibi ſub mortem propinatum
*Pſal.*68. eſt. Dederunt, inquis, in eſcam meam fel;
22. & in ſiti mea potauerunt me aceto. Cir-
*Thren.*3. cumdedit me (impia Synagoga) felle, re-
15. pleuit me amaritudinibus, inebriauit me
abſynthio. Sed augetur hæc crudelitas,
quòd & ego ex amaro CORDE meo pro-
Matth. pinem tibi quotidie vinum cum felle mix-
27.34. tum, dum bona opera malâ intentione vi-
Deuter. tio, & corrumpo. Quid reddo tibi è vineâ,
32.32. quam plantauit dextera tua, niſi uvam fel-
lis,

lis, & botros amariſſimos? Tu ſtabiliuiſti
Cor meum fructu frumenti, vini, & olei; *Pſ.4.8.*
& pro eo, eheu! obtuli tibi fel draconum, *Deuter.*
& venenum aſpidum inſanabile. Doleo, *32.33.*
Domine, ſuper ingratitudine meâ tantâ;
atque opto deinceps, conuerſo Corde in
vineam electam, & phialam auream, charitate rutilantem, ex eodem propinare tibi vinum optimum, dignum Dilecto meo *Cant.7.9.*
ad potandum, labiiſque & dentibus illius
ad ruminandum. Verùm, vt hoc de Cellario Cordis mei proferam, neceſſe eſt, vt
priùs cognoſcam quidnam ſit illud, quod
tantopere ſitis. Sitis enim tua, ſalus noſtra,
redemptio noſtra, conuerſio Animarum
noſtrarum eſt: quæ multò plus, quàm
Corporalis cruciatus te torquet. Quis mihi
det, Domine Deus meus, vt poſſim reſtringere hanc ſitim tuam, & potare te vino *Pſ.59.5.*
compunctionis, defluente è torculari contriti Cordis mei! Lego ſcriptum: Date *Prou.31.*
ſiceram mœrentibus, & vinum his qui *6.7.*
amaro ſunt Animo; bibant, & obliuiſcantur ægeſtatis ſuæ, & doloris ſui non recordentur ampliùs. Quàm congruum eſſet,
Domine, vt tibi in maximo mœrore &
amaritudine Animæ exiſtenti, hoc, quod
ad mortem damnatis negari non ſolet, beneficium impenderetur; qui vtique iam

inde à Natiuitatis tuæ exordio flagrantiſſimam hanc ſitim ſemper habuiſti, eamque in vltima mortis hora maximè aperuiſti, vt tuus in nos Amor, planè eximius, nobis apertè pateret. Quis autem, ô amantiſſime Spóſe Animæ meæ, adeò ferus ſit, qui, cùm audit te raucâ & intermoriente voce dicentem, Sitio, non miteſcat, & liqueſiat, vt totus conuertatur in potum, & leniat ſitim amore captæ Animæ tuæ! Quis non os illud, quod verba vitæ æternæ deprompſit, & ignita illa eloquia, penetrantia vſque ad diuiſionem Animæ & Spiritus toties eructauit, refocillare optaret, etiamſi maximo labore idipſum ei conſtaret? Concupiuit in ſiti ſua Dauid aquam de Ciſterna Bethlehem, & tres viri fortiſſimi irruperunt caſtra Philiſthinorum, & hauſtam aquam attulerunt ad Regem: & non curram ego per medios cuneos aduerſariorum meorum, per mille pericula Animæ meæ, vt hauriam aquam ad refocillandum Dilectum meum? Vereor enim, ne mihi dicat aliquando: Sitiui, & non dediſti mihi bibere. Vtinam, Domine, vnicum ſolatium Animæ meæ, dirumperes penetralia CORDIS mei, & ſcaturire facias fontes & torrentes in medio pectore meo, vt de torrente in via bibas, antequam vitam morte claudas. Si

Ioan. 19 28.

Hebr. 4. 12.

2. *Reg.* 23. 15.

Matt. 26 35.

Pſ. 109. 7.

forem

forem beneficio gratiæ tuæ inſtar amatæ Sullamitidis tuæ, darem equidem in hac æſtuantiſſima ſiti tua, ori tuo poculum ex vino condito, & muſtum malorum granatorum meorum. Qualiſcumque tamen ſum, offero tibi Cor meum, vt inde bibas qualemcumque amorem meum, ſatagentem ſedare ſitim tuã. Bibe Domine, obſecro te, bibe Cor meum liquefactum, quod cupit infundi Cordi tuo, & miſceri amore liqueſcentibus viſceribus tuis. Bibe citò, precor te, & abſorbe vota mea, & innumera libamenta, quæ profero tibi de præcordiis meis: & celebrabo conuiuium Regis mei, conuiuium, cui præſidet ſollicitus amor, qui poculis alternis certare ſolet. Verùm quid loquor, ſuauiſſime Deus Cordis mei? quale refrigerium tibi paro Cordis vnius eliquatione, quâ velut aquæ guttâ, magis irritabitur inexplebilis ſitis tua? Vtinam liceret mihi, tenerrime Sponſe Animæ meæ, vniuerſa generis humani Corda liquare, vt hoc potu dulciſſimo ſitis tua ſedaretur! ſed vt video, cùm tantus non ſuppetat potus, præ ſiti moriturus es. O ſitis! ô ſempiterne ardor, vre me, vt ſatier à fonte viuo, qui ſurgit in amœniſſimo Paradiſo deliciarum, & irrigat ciuitatem Dei.

Cãt. 8. 2

Ioan. à Ieſu Maria in Theolog. myſt.

LE-

LECTIO VIII.

EMBL. 47.

Compunctio CORDIS clauo timoris Dei.

Confortauit eum clauis, vt non moueretur. Iſaiæ. 41. 7.

Hoc mihi COR, *ſancti, clauo transfige, timoris,*
Pro me qui clauis in Cruce fixus eras.

Pſ. 62. 3

SITIVIT in te Anima mea, & COR meum multipliciter Deus meus: deſiderio enim deſideraui ſequi te, & coniungi tibi; ideoque rogaui te per viſcera miſericordiæ tuæ, vt in funiculis Adam, & vinculis charitatis traheres me poſt te, & alligares me tibi. Verùm, quæ mea infidelitas fuit, confregi iugum, dirupi vincula, & retrò receſſit COR meum. Quo nexu igitur me tibi aſtringes, vt ampliùs non diſcedam à te? Confringi poſſunt vincula, computreſcere funes; at fortiùs & duriùs figunt claui. Quare, ô Domine, clauis tuis confige me tibi, vt nihil omninò ſit quod me poſſit ſeparare à charitate

Luc. 1. 78. *Oſeæ* 11. 4. *Ier.* 5. 5. *Rom.* 8. 39.



COMPVNCTIO CORDIS
CLAVO TIMORIS DEI.
Confortauit eum clauis ut non
moueretur. *Iſaiæ. 41. 7.*
Hoc mihi COR ſancti clauo transfige timoris,
Pro me, qui clauis in cruce fixus eras.
47. *Pag. 492.*

ROMA

Digitized by Google

ritate tua, poſſitque de me illud dici: Confortauit eum clauis, vt non moueretur. *Iſaia 41 7.* Voluiſti tu, ô Sponſe animæ meæ, priùs quidem funibus trahi & extendi, deinde verò in Cruce clauis configi, qui ſacras illas manus tuas foderunt, & terebrarunt. Quid autem hoc ſignificare dicemus, niſi quòd electos tuos, quos prædeſtinaſti conformes fieri imagini tuæ, per hos gradus *Rom. 8. 29.* prouehas ad ſalutem? Primum enim trahis eos funibus ad te, deinde etiam fortiùs clauis tibi configis. Fune, ô Redemptor, alligatus tibi eſt, qui dum vehementiore tentatione turbatur, proponit ſibi honeſtatis intuitum, memoriam promiſſionis, & hoc interim ſe fune retinet, ne propoſitum penitus abrumpatur. *Bernard. Serm. de triplici vinculo.* Durum profectò vinculũ & moleſtũ, ſed & periculoſum nimis, & quod diu tenere non poſſit. Siquidem putreſcunt funes, & pudoris vinculum nos obliuiſcimur, aut abrumpimus citò. Eſt autẽ qui clauis cõfigitur Domino Maieſtatis, quem timor Dei ligat, qui non expaueſcit ad vultus hominum, ſed ad memoriam gehennalium tormentorũ. Et hic quidẽ peccare non metuit, ſed ardere. Duriùs tamen & fortiùs primò imprimitur, quia cùm ille vacillet in propoſito, iſte propoſitum non amittit. Confige igitur, timore tuo carnes *Pſ. 118. 20.*

meas; clauum timoris tui adige per COR meum, vt vel ſic diligam te. Vt verò expreſſiùs deſiderium CORDIS mei Dilecto meo exponam, opto fiat in me, quod factum eſt in te propter me, & meam ſalutem. Quid illud, quæſo? Audi Ieſu
Zachar. 3.8.9. Sacerdos magne, tu & amici tui, qui habitant coram te. Nónne Pater cæleſtis dixit de te: Ecce lapis quem dedi coram Ieſu, ſuper lapidem vnum ſeptem oculi ſunt: Ecce ego cælabo ſculpturam eius, ait Dominus exercituum: & auferam iniquitatem terræ illius in die vna. Lapis hic
Hier. & Rupert. in cap. 3. Zachar. Tu ipſe es, Domine Ieſu, lapis ſummus, angularis, electus, in fundamento fundatus, in quo ſeptem dona Spiritus ſancti, vt ſeptem oculi, requieuerunt. Hunc lapidem clauis Crucis Deus Pater per manus Iudæorum cælauit, vt in die vna Paſſionis tuæ, auferret iniquitatem terræ. Eîa age, Dilecte mi, ad imaginem & ſimilitudinem iſtius, ſculpe etiam in CORDE meo timorem tuum: eſto quæſo tu Cælator; clauus
Ier. 23. 29. Crucis tuæ ſcalprum & cęlum, malleus verbum Dei (verba enim tua quaſi malleus cōterens petram) lapis verò ſit COR meum. In hoc ergo, ô Diuine ſculptor, profundiſſimè inſculpe timorem tuum, vt ille me à noxiis reuocet, & tibi cōfigat COR meum. Timor enim

enim Domini expellit peccatum. Configе ergo clauis, & deſtrue fomenta peccati, moriatur in carne mea omnis illecebra delictorum: libertatem vagandi cupiditas voluptatum Cruci affixa non habeat. Eſt enim quidam clauus ſpiritalis, qui patibulo Crucis Dominicæ affigat has carnes. Quòd ſi carnes iſtæ reiiciunt clauos diuini timoris, haud dubiè dicitur: Non permanebit Spiritus meus in his hominibus, quoniam carnes ſunt. Niſi igitur affigantur Cruci, & configantur clauis à timore Domini, non permanebit in his Spiritus Dei. Configе igitur timore tuo COR meum, vt mortificationem tuam, Domine Ieſu, in Corpore meo iugiter portem.

Eccli. 1. 27.
Ambr. in Pſ. 118.
Gen. 6. 3

SED tam timor Domini, quàm clauus Crucis, qui illum deſignat, erit mihi pro præſidio & fræno. Sic enim accepimus, Helenam Conſtantini matrem, clauos Crucis tuæ, ô Domine, inueniſſe, & vnum fræno, alterum Diademati Imperatoris intexuiſſe. Non inſolentia iſta, ſed pietas eſt; cùm defertur ſacræ Redemptioni. Rectè in capite clauus, vt vbi ſenſus eſt, ibi præſidium. In vertice corona, in manibus habena; corona de Cruce, vt fides luceat; habena de Cruce, vt poteſtas regat. Impletum eſt in eo Zachariæ vaticinium: In

Ambroſ. de obitu Theodoſ.

dic

Zach. 14 die illa erit quod ſuper frænum equi eſt,
20. ſanctum Domino omnipotenti. Quare ſan-
Ita expo- ctum ſuper frænum; niſi vt Imperatorum
nũt Greg. inſolentiam refrænaret, & ſancto dicere Spi-
Tur. de gl. ritu videretur: Nolite fieri ſicut equus &
Mart. c. 8 mulus: ſed in fræno & chamo maxillas eo-
Niceph. l. rum conſtringe. Sit quoque, Domine, cla-
8. *c.* 29. uus timoris tui CORDI meo galea ſalutis, &
Cyrill. frænum reſtringens me à lapſu impietatis,
Ambroſ. retrahens à noxiis exceſſibus.
Lyran. in SED & aliud mihi beneficium omni
Pſal. 31. acceptione digniſſimum in clauo Crucis
tuæ contuliſti. Ex clauo enim hoc licet
mihi fabricare clauem, qua ingrediar pe-
Bernard. netralia tua. Clauis enim reſerans, clauus
Ser. 61. penetrans factus eſt mihi, vt videam vo-
in Cant. luntatem Domini. Quidni videam per fo-
ramen? clamat clauus, clamat vulnus, quòd
verè Deus ſit in Chriſto, mundum recon-
Pſ. 104. cilians ſibi. Ferrum pertranſiit, Domine,
18. Animam tuam, & appropinquauit COR
Hebr. 4. tuum; vt iam non neſcias compati infir-
15. mitatibus meis. Patet arcanum CORDIS,
per foramina Corporis, patet magnum
Luc. 1. illud pietatis Sacramentum, patent viſcera
78. miſericordiæ Dei noſtri, in quibus nos vi-
ſitauit oriens ex alto. Liceat ergo mihi,
Domine, claue hac, de clauo tuo fabrica-
Pſ. 30. 3. tâ, introire in locum munitum, & in do-
mum

mum refugij ſacratiſſimorum Vulnerum tuorum: vt ibi abſcondas me à conturbatione hominum, à Spiritu puſillanimitatis, & tempeſtate. Concede hoc, Amor meus, qui calamo clauorum tuorum, atramento Sanguinis tui ſcripſiſti me in manibus tuis, lege ibi ſcripturam tuam, & ſalua me opus manuum tuarum.

Pſal. 30. 31.
Pſ. 54. 9.
Iſa. 49. 16.



SEPTIMA CLASSIS.

CORDIS cum Cruce & Crucifixo conformatio.

CRVX *Chriſti, Chriſtuſq́; Cru-*
1.Cor.1. *cifixus, Iudæis quidem ſcanda-*
23. *lum, Gentibus autem ſtultitia;*
Vocatis verò atque electis, Dei
virtus & Dei ſapientia, iuſtitia,
ſanctificatio & Redemptio eſt. Quare redempti à
Domino, omnem ſuum honorem & gloriam in
Cruce, contemptibili anteà ligno, poſuerunt.
Gal.6. *Hinc Paulus Apoſtolus dicebat: Mihi autem ab-*
14. *ſit gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu*
Breuiar. *Chriſti. Hanc venerabundus Andreas ita ſaluta-*
Rom. *bat: Salue Crux, quæ in Corpore Chriſti dedica-*
ta es, & ex membris eius tamquam margaritis
ornata. O bona Crux, quæ decorem & pulchritu-
dinem de membris Domini ſuſcepiſti, accipe me
ab hominibus, & redde me Magiſtro meo; vt per
te me recipiat, qui per te me redemit. Hac eſt
Cãt.2.3 *arbor illa, de qua Sponſa canit: Sicut malus*
inter

inter ligna ſiluarum, ſic Dilectus meus inter fi-
lios: Sub vmbra illius, quem deſideraueram, ſedi;
& fructus eius dulcis gutturi meo. Crux eſt lectu- Cant. 1.
lus floridus Nazaræi noſtri Ferculum Salomonis 15.
de lignis Libani, cuius reclinatorium aureum, Cãt. 3. 9.
aſcenſus purpureus, media charitate conſtrata
propter filias Ieruſalem. Crux Chriſti eſt vlti-
ma Schola noſtra Claſſis, & ſupremus Gymnaſij
CORDIS vertex. Venite ergo filiæ Sion, & in- Cant. 1.
gredimini Claſſem hanc, & videte vbi paſcat, 6.
vbi cubet Dilectus veſter in meridie. Crucis hanc
Arborem, è Golgothano colle in agrum COR-
DIS veſtri transferte, totum COR triumphali
titulo Domino conſecrate. Si amore vulnerari
iuuat, Lancea illa, quæ Dominicum pectus ape-
ruit, COR veſtrum charitate vulnerabit. Si ſi- Cant. 8.
tis torqueat, dabitur hîc poculum ex vino con- 2.
dito, & muſtum malorum granatorum de tor-
culari Crucis profluens. Si Azylum quæritis, ô Cant. 2.
trepidæ columbæ, nidificare hîc licet in forami 14.
nibus petræ, & in cauerna maceriæ. Nec deeſt hic Iac. 1. 23
Speculum, in quo vultum natiuitatis veſtræ con-
ſideretis: quinque enim illa pretioſiſſima Chri-
ſti Vulnera, totidem Specula ſunt, omni vitro
atque argento lucidiora, in quibus CORDIS
veſtri næuos facilè aſpicietis. Si vagatæ hactenus Cant. 1.
poſt greges ſodalium requiem quæritis, extra Di- 6.
lectum ne quæratis; ſed illi COR veſtrum iũn- Ioan. 9.
gite in monumento nouo, in quo ſepultus fuit. 41.

Ibi cum illo dulciter requieſcite, vbi vos nullus ſuſcitare neque euigilare faciet, quoaduſque ipſe velit. Atque hæ ſunt Lectiones, quæ in vltima hac Claſſe explicantur.



LE-

Digitized by Google

BIBLIOTECA
ROMA



CORDIS IN CRVCE EXPANSIO.

In ſimplicitate CORDIS quærite illum. *Sap. 1. 1.*

Jn cruce, ne rugoſa fores, expanſus obiui:

Sponſa tuum tendas COR, *ſit vt abſqꝫ plicâ.*

48. *Pag. 501.*

Digitized by Google

LECTIO IX.

EMBL. 48.

CORDIS in Cruce expanſio.

In ſimplicitate CORDIS *quærite illum.* Sap. 1. 1.

In Cruce, ne rugoſa fores, expanſus obiui;
Sponſa tuum tendas COR, *ſit vt abſq; plicâ.*

IN lectulo meo per noctem quæſiui quem diligit Anima mea. Quæſiui eum, & non inueni. Quomodo enim inueniſſem te in lectulo quietis & ſenſualitatis meæ, qui triduo quæſitus à Sanctiſſima Matre tua & caſtiſſimo Sponſo eius Ioſeph, inter cognatos & notos tuos minimè inuentus es. Surgam ergo, & circuibo ciuitatem: per vicos & plateas quæram quem diligit Anima mea. Tandem autem poſt diligentem inquiſitionem, inueni vbi quieſcas, vbi cubes in meridie charitatis tuæ. Inueni autem te in incommodo admodum lecto duriſſimæ Crucis. In lecto, ſi clauos attendo,

Cāt. 3. 1 — Luc. 2. 44. — Cāt. 1. 6.

ferreo; ſi ceruical, ſpineo; ſi Crucem, ligneo. Iaces hîc, ô Rex pacifice, in nobiliſſimo ferculo Salomonis de lignis Libani: ſuper omnia enim ligna cedrorum ſola Crux celſior, in quo mundi vita pependit, cuius aſcenſus purpureus, immò ſacro tuo Sanguine purpuratus, media autem eius charitate conſtrata ſunt, propter filias Ieruſalem: quia tu ipſe ardens charitate, medium Crucis occupas, & fideles Animas ad te attrahis. Durus fuerit hic lectulus, horridum prorſus reclinatorium, cùm tamen tu in eo caput & Corpus reclinas, dicam meritò: Dulce lignum, dulcis lectus, dulce pondus ſuſtinent; ſitque fatalis iſta Arbor, olim maledicta, per te,

Cant. 3. 9.

Breuiar. Rom.

Arbor decora & fulgida,
Ornata Regis purpura.

Cant. 1. 15. Optimè dixit Sponſa tua: Lectulus noſter floridus. Quomodo enim non floridus, in *Cãt.* 2, 1 quo non requieſcit niſi flos campi, & lilium conuallium; in quo dormit flos de ra-*Iſa.* 11. 1 dice Ieſſe, roſeo cruore vernans, & ſpirans odorem ſuauitatis. An non floridus lectulus qui in vertice Titulum inſcriptum præfert: Ieſus Nazarenus, id eſt florens, ac floridus omnium virtutum varietate. Id verò quod maximè in hoc lectulo placere debet, eſt, quòd dicatur NOSTER, id eſt,

tibi

tibi mihique communis : id ſcilicet me docens, vt conſortium Crucis tuæ non abhorream. Neceſſe enim eſt vt & crucifigatur vetus homo cum Chriſto, vt reſurgat nouus : neceſſe eſt vt compatiatur, ſi velit conregnare ; crucifigendum eſt incircumciſum Cor, & rebellis caro : qui enim ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis. Sed quid peccauit vetus homo? quam accuſationem adfertis aduerſus Cor illius? quid mali fecit? Irritauit impius Deum; dixit enim in Corde ſuo, Non requiret. Cor eius congregauit iniquitatem ſibi. Dixit denique in Corde ſuo: Non eſt Deus. Quid vobis videtur? Blaſphemauit: crucifigatur: tolle, tolle crucifige eum. Iuſtum eſt, Domine, iudicium tuum; crucifigendum prorſus eſt Cor hoc, vt moriatur mundo, & mundus ipſi; vt poſſim cum Paulo dicere: Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Accipe igitur, Domine, Cor meum, & crucifige illud tecum, affigens illud clauis timoris tui, vt vniuerſa eius deſideria non eius ſeruiant concupiſcentiæ, ſed mortificationi maneant affixa. Et ſicut qui patibulo Crucis affigitur, non iam præſentia contemplatur, nec de ſuis affectionibus cogitat, non pro die craſtino ſollicitudine

Rom. 6. 6.
Rom. 8. 17.
Galat. 5. 24.
Ioan. 18. 29.
Pſal. 10. 13.
Pſ. 40. 7
Pſ. 13. 1.
Matth. 26. 66.
2. *Mach.* 12. 41.
Galat. 6. 14.
Caſsian. *l.* 4. *c.* 35.

curaque diſtenditur, ſeque cùm adhuc ſpirat in Corpore, cunctis elementis credit eſſe defunctum, illuc præmittens ſui CORDIS intuitum, quò ſe non dubitat illicò tranſiturum. Ita me quoque timore tuo crucifixum, non ſolùm carnalibus vitiis, verùm etiam ipſis elementis mortuum fac, Domine; vt illuc habeam oculum CORDIS defixum, quò ſpero tecum per Crucem peruenire. Aliud prætereà Documentum,

Prou. 3. Crucifixio tua CORDI ſuggerit. Simplex

42. enim naturâ, ſimplicitatem CORDIS ex-

Sap. 1. 1. quiris: & ideò cum ſimplicibus ſermocina-

Bern. ſer. tio tua. Hinc & admonemur, in ſimplicita-

2. *ad* te CORDIS quærere te. Hoc eſt, non aliud

Fratres. tamquam te, non aliud præter te, non aliud

Eccli. 1. poſt te. Contrà verò dehortatur nos Scrip-

36. tura tua à duplicitate CORDIS, dicens: Ne

Iac. 1. 6. ſis incredulus Deo, & ne accedas ad illum duplici CORDE. Vir enim duplex Animo, inconſtans eſt in omnibus viis ſuis. Quare autem eſt inconſtans? quia nimirùm caret anchorâ ſpei, quâ COR hominis affigitur, ne huc illucque, inſtar nauis à vento agitatæ, circumferatur. Quid igitur facto opus eſt, vt multiplicis CORDIS plicas, latebras, & receſſus explicemus? Docuiſti nos

Epheſ. 5. hoc, Domine, in Cruce extenſus. Vt enim

27. exhiberes tibi glorioſam Eccleſiam, non

haben-

habentem maculam aut rugam, temetipſum tradidiſti pro ea. Vt illam mundares à macula, Sanguinem tuum fudiſti illi in lauacrũ: vt expolires à ruga, extenſus & explicatus es in Cruce; atque ita quidẽ, vt diſperſa ſint omnia oſſa tua, fieretque COR tuum tamquam cera liqueſcens in medio ventris tui. Foderunt, ô Domine, manus tuas, & pedes tuos; & ne vlla plica remaneret in Corpore tuo, illud ita extenderunt, vt dinumerarent omnia oſſa tua. Tanti tibi conſtitit diducere rugas dilectæ Sponſæ tuæ! Quis mihi det, Domine, vt COR meum tibi configatur Cruci, & expandatur vndequaque, vt non remaneat in eo vlla plica aut ruga; vt habeam nimirùm puram & ſimplicem omnibus in rebus intentionem, quâ vni tibi Dilecto CORDIS mei placere deſiderem; dicamque illud: Dilectus meus mihi, & ego illi. Diſplicent tibi qui in CORDE & CORDE loquuntur, ore ſuo benedicentes, mala autem in CORDIBVS eorum. Oderunt quoque filij hominũ duplices CORDE. Hinc etiam prudentes huius ſæculi, obſeruantes fructum Arboris Perſeæ formã CORDIS repræſentare, folia autẽ ſimilitudinem linguę, voluerunt illo deſignari, COR & linguam hominis debere conuenire; nec aliud linguâ, aliud CORDE promendum. COR enim

Pſal. 21. 15.

Cant. 2. 16.

Pſ. 11. 3.

Pſ. 61. 5.

Pſ. 27. 3.

Plutarc. de Iſide, & Oſiride.

Eccli. 3. 28. ingrediens duas vias, non habebit ſucceſſus;& prauum COR in illis ſcandalizabitur.
1. Paral. 29. 17. Scio autem, Domine Deus meus, quòd CORDA probes,& ſimplicitatem diligas,& ideò in ſimplicitate CORDIS mei offero tibi meipſum totum ad crucifigendum,& ab omni plica explicandum, vt ſimplice CORDE vni Deo & ſimplici placere poſſim. Placet mihi, Domine, Crux tua,quæ me tibi conformem faciat;quare cum B. Andrea A-
Breuiar. Rom. poſtolo tuo dicam: O bona Crux,quæ decorem ex membris Domini ſuſcepiſti, diu deſiderata, ſollicitè amata, ſine intermiſſione quæſita, & aliquando cupienti Animo præparata: ſecurus & gaudens venio ad te, ita & tu exultans recipias me: accipe me ab hominibus, & redde me Magiſtro meo; vt per te me recipiat, qui per te me redemit.

LE-

ROMA

Digitized by Google



CRVCIS IN CORDE PLANTATIO.

Plantatio Domino ad glorificandum. *Iſaiæ. 61. 3.*

Dulce, precor tenero CORDI crucis inſere lignum.

Fæcundâ creſcet nobilis arbor humo.

49. *Pag. 507.*

LECTIO X.

Crucis in Corde plantatio. Embl. 49.

Plantatio Domini ad glorificandum.
Iſaiæ. 61.3.

Dulce, precor, tenero Cordi *Crucis inſere lignum;*
Fœcundâ creſcet nobilis arbor humo.

VENIAT Dilectus meus in hortum ſuum, non quidem vt Lilia colligat, aut comedat fructus pomorum ſuorum: ſed vt quaſi colonus & Agricola, rurſum plantet Paradiſum voluptatis, ſicut plantauerat ab initio. Repurgaui terram Cordis mei à vepribus & ſpinis, lapides ſelegi ex ea, & ſarculo pœnitentiæ ſuffodi eam. Quid igitur reſtat, ô cæleſtis Hortulane, niſi vt venias, & plantes plantationem fidelem? Paratum Cor meum Deus, paratum Cor meum! tempus plantationis aduenit: veni, & planta

Cant. 5. 1.
Gen. 2. 8.
Iſa. 5. 2.
Iſaia 17. 10.
Pſ. 107. 2.

planta hortum tuum, transfer lignum vitæ de monte Caluariæ, & inſere illud humo CORDIS mei. Nobiliori ſanè plantâ vernare non poteſt terra noſtra, meliore ligno decorari non poteſt hortus noſter. Eſt ſiquidem

Crux fidelis, inter omnes,
Arbor vna nobilis;
Nulla ſilua talem profert
Fronde, flore, germine.

Liuius. lib. 1. Fuerit olim infamis ſtipes, lignum ignominioſiſſimum, arbor infelix; poſtquam tamen in eâ ſalus mundi ſuſpenſa fuit, omnis illi ignominia detracta eſt, atque, vt Sybilla cecinit,

Syb. apud Sozom. lib. 2. c. 1. *Eſt lignum felix, in quo Deus ipſe pependit.*
Ipſe enim Rex regum contactu membrorum ſuorum decorem & honorem huic ligno attulit,

Sedul. l. 4 Carm. *violentáq; robora membris*
Illuſtrans propriis, pœnam veſtiuit honore;
Ipſáq; ſanctificans in ſe tormenta beauit.

Hæc eſt igitur Arbor nobiliſſima, in nobiliſſimo Paradiſi mei loco collocanda. Arbor mali punici, vnde ſuauè rubens, hianſque pendet ſpecioſiſſimus fructus, regiâ coronâ inſignitus: hæc eſt Cedrus Libani, *Eccli. 24 19.* & Palma exaltata in Cades. Arbor hæc quaſi oliua pullulans, & Cypreſſus in altitudi-

tudinem ſe extollens; immò, vt quidam cecinit,

Vberior palmâ, platano formoſior Arbor, *Balduin. Cabil. in Magdal. l. 5. Epigram. 83*
Fertilior citro, nobiliorq; cedro:
Durior hac ebeno, buxiq; perennior vmbra,
Quæ ſibi pomiferum ſola ſit apta nemus.

Quàm decora, quàm ſuauis eſt hæc Arbor, quæ nihil lethi habeat, ſed tota lætitiæ ſit. Semper enim lignum Crucis vitam germinat, fructificat iucunditatem, oleum lætitiæ ſtillat, balſamum ſudat ſpiritualium chariſmatum: non eſt ſilueſtris arbor, lignum vitæ eſt apprehendentibus illam. Oliua eſt, vncti Meſſiæ pinguedine & miſericordiæ viſceribus redundans; oleum enim effuſum nomen eius, de cuius plenitudine omnes accipiunt. Crux eſt vinea Engaddi, Botrum Cypri nobis exhibens, è quo vinum compunctionis bibere liceat. Crux Arbor eſt digniſſima, ſemper virens, *Bernard. Ser. de S. Andrea.* *Prou. 3. 18.* *Cãt. 1. 2.* *Ioan. 1. 16.* *Cant. 1. 13.*

Arbor, cui noſtræ ſtemma ſalutis ineſt. *I. Boch. in Carm. ad Lipſij lib. de Cruce.*
Ipſa Dei pietas ramorum amplexibus hæret,
Et riguus Chriſti Sanguine vernat apex.
De trunco fidei pendent myſteria noſtræ,
Maieſtate Deus, corpore verus homo.
Radicem cruor innocui puriſſimus Agni,
Qui lauat humana vulnera ſortis, alit.

O Crux

O Crux, ô columen, ſpes vnica, planta ſalutis,
O lignum ætherij fertile depoſiti.

Quid mirum igitur, ſi vnam hanc tam ſpecioſam, tam frugiferam Arborem, præ omnibus CORDI meo eligam inſerendam, cùm omnes fructuum vbertate ſuperet? Deſidero, ô Dilecte mi, vt vſque ad imum CORDIS mei fundum, infigas mihi Arborem Crucis benedictæ, vt in eo radices agat, creſcat, & refloreat; vt
Galat. 2. 20. viuam iam non ego, ſed viuat in me Chriſtus, & hic Crucifixus. Quòd ſi lignum
Pſ. 1. 3. hoc plantari deſideret ſecus decurſus aquarum, vt proferat fructum in tempore ſuo; affundam radici eius copioſiſſimos lacrymarum riuos, quibus nouellam plantationem rigabo: neque imbre mihi deeſſe poterunt; ſi enim Crux mihi figatur in CORDE, amore Amoris illius, qui in eâ pro me ſuffixus eſt, COR compunctum ſcaturiet fontem lacrymarum, cuius exitus
Pſ. 118. 136. deducant oculi mei die ac nocte. Quídni enim hoc ſperem contactu ſalutaris huius ligni, ſi
Exod. 17. 6. arida virga Moyſis è duriſſimo ſaxo fontem profluum elicuit?

SED quo emolumento hanc Arborem ita in horto meo plantari concupiſco?
Cãt. 2. 3 niſi vt cum Sponsâ dicã: Sub vmbrâ illius, quem deſideraueram, ſedi; & fructus eius dulcis

dulcis gutturi meo. Refrigerium peto, & refectionem : refrigerium ab vmbrâ, vt ſcapulis tuis obumbres mihi, tu huius *Pſ. 90. 4* Arboris fructus ſuauiſſime, cui diximus: In *Thren. 4. 20.* vmbrâ tuâ viuemus. Nathanaël ſub arbore fici videtur, Dauid in vmbra alarum tua- *Ambr. in Pſ. 118.* rum ſperat, Zachæus in arborem Sycomori aſcendit, vt te, Dilecte mi, videat. *Pſ. 16. 8* Ego verò ſub hac Arbore ſedeo, in qua ex- *Luc. 19. 5.* pandiſti manus tuas, vt totum mundum obumbrares : ſedeo, inquam, vt Crucis tuæ velamento à malignitate ſæculi, & Corporis ardore protegar atque defendar. Quos enim aduſſit libido, hos, ô Domine Ieſu, Crux tua refrigerat, in quâ te reclinaſti, vt noſtra delicta ſuſciperes. Confugiat, Domine, Cor meum ſub vmbra alarum tua- *Auguſt. Meditat. cap. 37.* rum, ab æſtibus cogitationum huius ſæculi, vt in tui refrigerij temperamento abſconſum, cantet & dicat: In pace, in idip- *Pſ. 4. 9.* ſum dormiam & requieſcam. Refectionem quoque mihi dabit hæc Arbor, cuius fru- *Cāt. 2. 3* ctus dulcis gutturi meo. Cetera quidem *Bernard. Serm. 48 in Cant.* ſiluarum ligna, etſi vmbram ſolatij habeant; ſed non vitæ refectionem, non fructus perpetuos ſalutis : vnus eſt enim vitæ Auctor, vnus Mediator Dei & hominum *1. Timot. 2. 5.* homo Chriſtus Ieſus, qui dicit Sponſæ ſuæ: Salus tua ego ſum. Hic eſt fructus ligni vi- *Pſ. 34.*

tæ

Orig.homil.13. in Cant. tæ gratus, ſuauis, & immortalitatem præbens. O Domine, da mihi hunc fructum, dulcem fructum CORDI meo; altus eſt, attolle deſiderium; benedictus eſt, ſanctifica obſequium; imputribilis eſt, purifica affectum; ſuauis eſt, lætifica COR; vt in te ſolo delectetur, qui es potiſſimus fructus potens illud in æternum ſatiare.

LE-

ROMA

Digitized by Google



DEDICATIO CORDIS TITVLO CRVCIS.

Titulus Domini iuxta terminum altaris erit in ſignum et in teſtimonium Domino exercituum. *Iſaie. 19. 19.*

Hoc titulo, tibi, Chriſte, COR hoc, dico, conſecro totum:
Nolo quod eſſe meum, ſi queat eſſe tuum.

50. *Pag. 513.*

Digitized by Google

LECTIO XI.

Dedicatio CORDIS Titulo Crucis. EMBL. 50.

Titulus Domini iuxta terminum Altaris, erit in ſignum, & in teſtimonium Domino exercituum.
Iſaiæ. 19. 19.

Hoc Titulo, tibi Chriſte COR *hoc, dico, conſecro totum,*
Nolo quod eſſe meum, ſi queat eſſe tuum.

CONSIDERA, ô Anima mea, Sponſum tuum non vno modo COR tuum ſibi velle præberi. Vult enim illud ſibi vendi pretio regni cæleſtis; vult ſibi dari in munus gratuitum; vult ſibi offerri in ſacrificium gratiarum actionis, pro eo quòd tradidit ſemetipſum oblationem, & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. Templum quoque deſiderat in CORDE tuo ſibi conſtrui, in quo habitet; idemque optat eſſe Altare, in quo ſpirituales ei hoſtiæ offerantur. Sequere, Anima mea, votum Sponſi tui, & Templum
Epheſ. 5. 2.

hoc ei conſecra; ſanctificatum hoc Altare illi dedica. Quomodo verò, quibúſve verbis ſolemnem hanc dedicationem perficies? Non aliis ſanè, quàm iis ipſis, quæ
Ioan.19. 19. Pilatus coronato capiti Amoris tui in Titulum ſuperpoſuit. Si enim Martyrum Baſilicæ, & prima Chriſtianorum Templa dicta ſint Tituli; quidni conueniat Titulo Crucis Dominicæ ſpirituale CORDIS Templum Domino conſecrari. Conſtructurus
Gen.29. 8. Iacob Altare Domino, erexit lapidem in Titulum: erige & tu Titulum Dilecti tui ſuper lapidem Altaris CORDIS tui, vt fiat quoque Bethel, id eſt, Domus Dei.

Act.17. 23. SVPERSTITIOSI Athenienſes Aram ſuam inſcripſerant, Ignoto Deo. Ego verò non ſic; ſed dicam: Domini ego ſum,
Iſaiæ 44. 5. & manu mea ſcribam, Domino. Noto, inquam; in Iudæa Deo, CORDI meo cogni-
Pſ.75.2. to, CORDIS mei Cognitori & Conditori conſecrabo Aram CORDIS mei. Dauid,
Pſ.44.1. dum eructaret COR eius verbum bonum,
1.Tim.1. 17. dicauit opera ſua Regi: tibi verò Regi immortali & inuiſibili, Deo CORDIS mei, dico ego non modò opera mea; ſed ipſum
Matth. 15.19. operum fontem COR meum, vnde exeunt cogitationes meæ, laudationes tuæ. Tibi IESU Nazareno Regi Iudæorum aram CORDIS mei æternùm dico, conſecroque:
tot

tot enim titulis Cor totum tuum eſt, quot Titulus hic tuus verba præfert. Debetur enim tibi, ô Ieſu Saluator, Cor illud, pro quo ſaluando in Cruce mori dignatus es. Tuus igitur ſum ego, ſaluum me fac, quem *Pſ.* 118. tanto pretio redemiſti; ſaluum fac à vi- 94.
tiis, & à meipſo, vt non meus, ſed tuus eſſe poſſim. Nazareno florido Sponſo, & flori de radice Ieſſe, in arbore Crucis venuſtiſſimè vernanti, lectulum floridum Cordis mei ab eo conſitum, ab eo cultum, ſponte offero: vt, ſi quæ ibi ſint de *Cant.* 6.
eius munere, lilia colligat, & amore in 1.
Cruce languens, floribus meis vtcumque *Cant.* 2.
fulciatur. Tu verò, ô Nazarene flos agri, 5.
& lilium conuallium, pretioſo Sanguine *Cant.* 2.
riga hunc hortum, vt denuò flores appa- 1.
reant in terra noſtra. Regi ſuper Sion *Pſ.* 2. 1.
montem ſanctum conſtituto, qui glorioſiſſimè regnauit à ligno, in quo ſuſpenſus fuerat, vt acquireret ſibi regnum Cordis *Rom.* 6.
mei, & non regnaret in eo peccatum; Re- 12.
gi, inquam, Cordis mei, & amori meo crucifixo dedico Cor meum; vt in eo ad- *Matt.* 6.
ueniat regnum ipſius, ſedeatque in illo tam- 10.
quam in præparato ſolio maieſtatis ſuæ. Quare

Rex Chriſte clementiſſime,
Tu Corda *noſtra poſſide:*

Pſ. 118. Tu eſto Rex meus, & Dominus meus; vt
133. non dominetur mei omnis iniuſtitia. Iu-
2.*Cor*.3. dæorum Regi, regnanti ſuper Iudæos non
6. litterâ, ſed Spiritu, quorum CORDA circum-
ciſa ſunt circumciſione ſpirituali, COR
meum in perpetuum offero ſacrificium.
Rex diceris Iudæorum, id eſt, confiten-
tium, vel peccata ſua, vel laudes tuas. Quare
Pſ. 118. & ego confitebor tibi in directione COR-
7. DIS omnes iniquitates meas, & præuarica-
Rom.10. tiones CORDIS mei; vt fiat mihi confeſſio
10. ad ſalutem. Dignus quoque es tu, Domi-
Philip.2. ne Ieſu, vt omne COR, & omnis lingua
11. confiteatur gloriam nominis tui: ſed &
Pſ. 137. ego confitebor tibi in toto CORDE meo, &
1. collaudabo nomen tuum aſſiduè, nec eru-
Eccli.51. beſcam te coram regibus & principibus
1. terræ; vt cùm confeſſus fuero te coram ho-
Matth. minibus, confitearis & me coram Patre tuo,
10.22. qui in cælis eſt.

ECCE Domine, debitum tibi tot titulis COR meum, æterno affectu dedico tibi. Agnoſce, quæſo, inſcriptionẽ Altaris huius, Titulo Crucis tuæ exaratam, tibiq́ue illud vẽdica, vt numquam profanetur, aut ad deos alienos transferatur. Scripſi manu meâ, & inſcripſi tibi poſſeſſionem Altaris huius:
Ioan.19. reclamet licet caro, obganniat mundus,
22. contradicat diabolus; quod ſcripſi, ſcripſi.

Non

Non refigo Titulum quem poſui, non corrumpo Tituli inſcriptionem. Quinimmò ſit mihi hic Titulus pro fortiſſimo præſidio,& munitiſſimâ tutelâ:ſiquidem Titulus, quaſi tutulus à tuendo dictus eſt. Sit, inquam, mihi turris fortitudinis à facie inimici, vt ex inſcriptione Tituli, videns in cuius poſſeſſione ſit locus cui præponitur, longè fugiat ab eo,ſciens,quòd nemo poſſit tibi reſiſtere.

Feſtus verb. tit. & Varro lib. 6. de ling. latina.

ITA enim (Auguſtino teſte) ne domum alicuius inuadat aliquis potens, ponit ibi Titulos potentis; vt cùm Titulus lectus fuerit, conterritus quis potentiâ nominis, abſtineat ſe ab inuaſione. Et quando potens aliquis inuenerit Titulos ſuos, iure rem ſibi yendicat, & dicit: Titulos meos poſui, mea res eſt. Sic & qui Baptiſmum tuum, Chriſte Ieſu,habemus, non delemus Titulos;ſed agnoſcimus Titulos Regis noſtri, Titulos Imperatoris noſtri. Sed quid dicimus? ô domus miſera, ille te poſſideat, cuius Titulos habes: Chriſti Titulos habes, noli eſſe diaboli poſſeſſio. Tua ſit ergo, Domine Ieſu, poſſeſſio CORDIS mei, Titulo tuo prænotata; ſitque, oro, mihi pro regiis velis (vt vocabat Iuſtinianus) regiiſque cortinis (vt Ambroſius loquebatur) ſiue, Sauue Guarde,

In Pſ. 21. in Expoſit. 2.

L. nequis. C. vt nemo priu.

Amb. Ep. 33. ad Marcell.

Titulus tuus, qui contra aduerſariorum impetus domum CORDIS mei cuſtodiat.

AGNOSCE igitur, Domine, hanc ſcripturam, & tuere tuam creaturam; fiátque ſpirituali quodam modo in me illud, quod apud Iſaiam ſcriptum eſt: Titulus Domini iuxta terminum Altaris erit in ſignum, & in teſtimonium Domino exercituum.

Iſaia 19. 19.

Sit, inquam, Titulus Domini mei poſitus iuxta, vel ſupra terminum CORDIS mei, in ſignum & teſtimonium Domino exercituum: quòd nempe Cruce & Paſſione ſuâ me ſibi redemerit; ideoque ex Titulo hoc agnoſcat me ſuum; agnoſcar quoque ab aliis redemptus Ieſu Chriſti, æternumque Regis mei mancipium glorioſo eius Titulo inſignitum.

LE-

BIBLIOTECA
ROMA

Digitized by Google



APERTIO CORDIS,
LANCEÂ LONGINI.

Vulnerata charitate ego ſum. *Cant. 2. 5.*

COR, pia, tranſadigat diuini vulnere amoris
Lancea, quæ Jeſu tincta cruore rubet.

51.

Digitized by Google

LECTIO XII.

Apertio CORDIS Lancea Longini. EMBL. 51.

Vulnerata charitate ego ſum.
Cant. 2. 5.

COR, *pia tranſadigat* Diuini *vulnere amoris*
Lancea, quæ Ieſu tincta cruore rubet.

NON timore tantùm, ſed & amore tuo, Amator CORDIS mei dulciſſime, configi deſidero; non enim te in Cruce timor detinuit, ſed amor. Magis enim amorè mei, quàm ferreis iſtis clauis Cruci affixus eras. An non igitur meliùs amore tibi coniungi, quàm timore? timor enim habet pœnam, perfecta autem charitas foras mittit timorem. Sed quàm diues es, Domine, in miſericordia & miſerationibus, qui non paſſus es in Paſſione tua quidquam deeſſe, quod noſtræ ſaluti quoquo modo poſſet deſeruire. Inſtrumenta enim Paſſionis tuæ, facta ſunt inſtrumenta perfectionis noſtræ 1.Ioan. 4.18. Eph.2.4

Funes enim tui COR noſtrum ad te trahunt, Columna tua COR ſuſtentat, Flagella excitant, Corona munit, Claui timore tuo
Ioan. 19. COR configunt. Quid reſtat, quæſo, niſi vt
34. Lancea tua amore COR ſauciet? Poſtquam
Bernard. enim iam mortuus eras, vnus militum Lan-
Serm. ceâ ſacratiſſimum latus tuum aperuit, &
Signum quidem Animam tuam non attigit crude-
magnū. lis lancea; ſed Matris vtique tuæ Animam
Luca 2. pertranſiuit. Tua, Domine, Anima, iam
35. ibi non erat, ſed Matris tuæ planè inde nequibat auelli. Tuum igitur Corpus, non Animam: Matris verò Animam non Corpus

Breuiar. *Mucrone diræ lanceæ*
Rom. Longinus ille Centurio vulnerauit. O quàm velim, vt integro Corpore, eâdem lanceâ tranſuerberes Animam meam, & COR meum amoris tui cuſpide ſalubriter vulneres: potens eſt enim hæc lancea frigidum COR meum amoris igne ſuccendere. Poſtquam enim feruentiſſimam fornacem æſtuantis amore pectoris tui introiuit, eodem igne candens & feruens regreſſa eſt. Non iam ampliùs riget, aut friget hoc ferrum, calido Sanguinis tui imbre tinctum: ſuauis eſt haſta, quam Dilecti mei purpura veſtit, cruor diluit, amor efficit ignitam. Hac igitur lanceâ transfige

pectus

pectus & Cor meum; transfige, dulciſſime Domine Ieſu, medullas ac viſcera Animæ meæ, ſuauiſſimo ac ſaluberrimo amoris tui vulnere, verâ, ſerenaque, & Apoſtolicâ ſanctiſſimâ charitate, vt langueat & liqueſiat Anima mea ſolo ſemper amore & deſiderio tui. Meritò mihi repoſco vulnera, quia vulneratus es propter iniquitates noſtras: amore tuo vulnerari exopto, qui amore mei multò validiùs quàm lanceæ mucrone vulneratus es. Vnde & dixiſti: Vulneraſti Cor meum, ſoror mea Sponſa, vulneraſti Cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. Vulneratus ergo à me, Amor meus, amoris vulnus repone. Cor enim meum malè ſanum eſt, cùm nullo tui amore ſauciatur; percuſſum autem charitatis ſpiculis, vulneratur in intimis affectu pietatis, ardet deſiderio contemplationis: & miro modo viuificatur ex vulnere, quæ priùs mortua iacebat in ſalute. His me Vulneribus offero, felicem me reputans hac lanceâ ſauciari. Hæc ſunt enim Vulnera, quæ oſculis præferuntur: Vtiliora vulnera amici, quàm voluntaria oſcula inimici. Saucia ergo Domine? pectus meum, vt cum Sponsâ dicere queam: Vulnerata charitate ego ſum. Heu! heu, Domine mi, quare me feciſti,

Bonauēt. in Stim. diuini amoris.
Iſa.53.5
Cāt.4.9
Greg.l.6 Moral. cap.14.
Ambr.in Pſ.118.
Prou.27 6.
Cant.2.

Bonauet. in prima part. c. 2. Stim. diuini amoris. ſi non debeo tibi eſſe coniunctus? quarè non ſum pariter tecum vulneratus? Pro me, Domine, pro me vulneratus es, non pro te; & tu vulnera portas, non ego. Quid eſt hoc? Ego debeo eſſe ſubiectum vulnerum; & non tu: quia ego ſum, qui peccaui, ego qui iniquè egi; ſed tu, qui es innocens ouis, quid feciſti? Vertantur, obſecro, vulnera hæc in me, & in domum Patris mei. Redde nobis, Domine, redde vulnera noſtra, ne tu, qui innocens es, nocens appareas, retinens vulnera aliena: aut ſaltem tecum vulnera CORDA noſtra. En mori volo, niſi vulneres mentem meã. Abhorreo videre COR meum non vulneratum; cùm videam te Saluatorem ſic pro me viliſſimo Cruci affixum. Aut ergo, Domine Ieſu, me tecum conuulnera, aut certè da mihi licentiam tranſuerberandi *Cap. 3.* meipſum materiali gladio. Nolo enim, Domine, ſine vulnere viuere, quia te video vulneratum. O Domine, quare mihi quod peto non tribuis? Si te offendi, pro iuſtitia COR meum vulnera. Si tibi ſeruiui, nunc pro mercede peto vulnera. Et vbi eſt, Domine, vbi eſt pietas tua? vbi eſt immenſa clementia tua? quare factus es mihi crudelis, qui ſemper fuiſti benignus? Quare factus es mihi amarus, qui

qui ſemper fuiſti dulcis & pius? Quare factus es mihi auarus, qui ſemper fuiſti liberalis & largus? Non peto à te, Domine, Solem, neque ſidera; ſed peto vulnera. Quid eſt hoc, quòd ſic de iſtis vulneribus es auarus. Aut à me, Domine, vitam auferas corporalem, aut COR meum vulnera. Verecundum enim & opprobrioſum eſt mihi, videre Dominum meum Ieſum vulneratum, & me ſeruum viliſſimum pertranſire illæſum. Rogo te per illa ſalutifera vulnera tua, quæ paſſus es in Cruce pro ſalute noſtra, è quibus emanauit ille pretioſus Sanguis, quo ſumus redempti: vulnera hanc Animam meam peccatricem, pro qua etiam mori dignatus es: vulnera eam igneo & potentiſſimo telo tuæ nimiæ charitatis. Viuus eſt enim ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Tu ſagitta electa, & gladius acutiſſimus, qui durum ſcutum humani CORDIS penetrare tuâ potentiâ vales: confige COR meum iaculo tui amoris, vt dicat tibi Anima mea: Charitate tuâ vulnerata ſum: ita vt ex ipſo vulnere amoris tui vberrimæ fluant lacrymæ die ac nocte. Iterùm rogo te, Amor meus, vt

Aug. in Meditat. cap. 37.

Heb. 4. 12.

Cāt. 2. 5

Ex rythmis S. Bernar.

Per medullam CORDIS *mei*
Peccatoris, atque rei,

Tuus

Tuus Amor transſigatur ;
Quo COR *totum rapiatur*
Languens amoris vulnere.
Da COR CORDI *ſociari,*
Tecum IESV *vulnerari :*
Nam COR CORDI *ſimilatur,*
Si COR *meum perforatur*
Tua mucrone lancea.



LE-

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google



MVSTVM CORDIS E TORCVLARI CRVCIS.

Vinum lætificet COR hominis. *Pſal. 103. 15.*

En Cypri premitur botrus, COR excipe, grata
De torculari, quę cruce vina fluunt.

52. *Pag. 525.*

Digitized by Google

LECTIO XIII.

EMBL. 52.

Muſtum CORDIS è Torculari Crucis.

Vinum lætificet COR *hominis.*
Pſal. 103. 15.

En Cypri premitur botrus, COR *excipe, grata*
De torculari quæ Cruce vina fluunt.

QVAM bonus Iſraël Deus, his *Pſal. 72. 1.*
qui recto ſunt CORDE! Quid enim non præſtas Animæ diligenti te, quæ omnia habet in te, & cui tu es omnia? Si à vulnere curari deſiderat, medicus es: ſi febribus æſtuat, fons es: ſi grauatur iniquitate, iuſtitia es: ſi indiget auxilio, virtus es: ſi mortem timet, vita es: ſi tenebras fugit, lux es: ſi dubia fluctuat, veritas es: ſi perire metuit, ſalus es: ſi cælum appetit, via es: ſi eſuriat, cibus es: ſi ſitiat, potus es. Confiteantur tibi, Do- *Pſ. 106. 8.*
mine, miſericordiæ tuæ, quas multiplicaſti ſuper filios hominum. Dediſti enim eis frumentum, & vinum, quod in iucunditatem

&

Eccli.31. à te creatum eſt: Exultatio enim Animæ
3. & CORDIS, vinum moderatè potatum.
At dolendum eſt, quòd optimo dono tuo
peſſimè abutantur homines: vſque adeò, vt
fiat illis beneficium tuum in venenum. Vi-
Oſea.4. num enim lætificandis CORDIBVS natum,
11. aufert COR, multoſque exterminauit; vt
non immeritò dixerit Apoſtolus tuus: Bo-
Rom.14. num eſt non bibere vinum. Verùm, multò
21. pretioſius vinum ſeruaſti Animæ noſtræ,
Domine Deus, vinum ſanè præſtantiſſi-
Zachar. mum, vinum germinans Virgines, de Vir-
9.17. gine carnem profluens, viteque illâ quam
Ioã.15.1 plantauit cæleſtis Agricola, Pater tuus. Bo-
Cant.1. trus Cypri Dilectus meus mihi, in vineis
14. Engaddi. Tu enim, Dilecte mi, inſtar bo-
tri vinearum Engaddi, ex vicinis fructi-
bus aromaticis ſuaueolentis, ad Crucis
torcular expreſſus, noſtra propitiatio &
expiatio factus es, atque vinum hoc quod
Pſ.103.3 lætificat COR hominis, in Euchariſtico
Calice nobis propinas. Hoc eſt poculum
Cãt.8.2. ex vino condito, & muſtum malorum gra-
Num.13 natorum. Tu botrus terræ promiſſionis,
24. quem duo exploratores ad filios Iſraël è
vecte ſuſpenſum detulerunt. Quis enim
Auguſt. eſt racemus ex ligno pendens, niſi Amor
Ser.100 meus in Cruce appenſus? Botrus hic ſpiri-
de temp. talis vindemiæ, ſacræ Paſſionis tuæ tem-
pore

pore prælo Crucis expreſſus, vinum læti-
tiæ fidelibus exhibet. Tunc enim torcular *Iſaiæ* 63
calcaſti ſolus, & aſperſus eſt Sanguis ſuper 3.
veſtimenta tua, & omnia indumenta tua
inquinaſti. Tanti tibi ſtetit, Domine, vt ſi-
tienti Sponſæ vinum ſacratiſſimi Sangui-
nis tui exprimeres. Sed & lauiſti in vino *Gen.* 49.
ſtolam tuam, & in ſanguine vuæ pallium 11.
tuum. Stola autem hæc tua eſt Eccleſia, *Orig. in*
quam mundaſti tibi Sanguine tuo non ha- *Gen. ho-*
bentem maculam aut rugam. Quando ve- *mil.* 17.
rò ſanguis vuæ dicitur, quod aliud vinum, *Epheſ.* 5.
quàm Calicis Domini Sanguis oſtendi- 16.
tur? Hunc porrò Sanguinem vuæ non tan- *Cyprià.*
tùm effudiſti in remiſſionem peccatorum; *Epiſt.* 63
ſed etiam in potum longè ſuauiſſimum *Matt.* 26
Eccleſiæ tuæ reliquiſti. An non enim ipſe 28.
ore tuo Sancto & benedicto dixiſti: San- *Ioan.* 6.
guis meus verè eſt potus. Et qui bibit 55.
meum Sanguinem, manet in me, & ego in
eo. * Nec reliquiſſe tantùm Amori tuo ſatis
fuit, ſed ſuauiſſimè etiam nos ad biben-
dum inuitas. An non hæ tuæ voces? Si quis *Ioan.* 7.
ſitit, veniat ad me, & bibat. Omnes ſitientes 36.
venite ad aquas, & qui non habetis argen- *Iſaiæ* 55.
tum, properate, emite, & comedite: Venite, 1.
emite abſq; argento, & abſque vlla commu-
tatione vinum & lac. Quàm dulcia verò
hæc tua apud Sapientem verba: Venite, *Prou.* 9. 5
come-

comedite panem meum, & bibite vinum quod miſcui vobis. Relinquite infantiam, & viuite, & ambulate per vias prudentiæ. Quid dulcius, quid voluptuoſius nobis hac benigniſſimâ tuâ inuitatione, Sponſe chariſſime? Quin & prælibatoris officium ſubire non renuis, ipſe prior prægustans Calicem, ad quem inuitas; agnoſco
Cãt. 5. 1. enim vocem tuam: Comedi fauum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo: Comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi. Quid vltrà addi, aut excogitari poſſet? Eheu Domine, quanto deſiderio deſideras teipſum communicare nobis! quàm ardenter concupiſcis, vt

Breuiar. Roman.

Læti bibamus ſobriam
Ebrietatem Spiritus.

Ambroſ. Serm. 13 in Pſal. 118. Bona enim ebrietas, quæ ad meliore, atque iucunda, quemdam facit mentis exceſſum: vt immemor ſollicitudinum Animus noſter, vino iucunditatis hilaretur. Inebriatæ fuerunt hoc vino chariſſimæ tibi Sponſæ, S. Catharina Senenſis, & S. Lutgar-
Cãt. 2. 4. dis: quas tu benigniſſime Rex introduxiſti in cellam vinariam, & potaſti vino de Sacratiſſimo Lateris tui vulnere ſcaturiente.
Surius. in vita. Illam enim, cùm poſt inſignem mortificationis actum, quo diabolum, propriamque naturam debellauit, vulneri Lateris tui admouiſti,

mouiſti, & ineffabili potu ita refeciſti, vt deinceps cibum capere nequiuerit. Huic autem, Cruci affixum, & cruentatum te obuium exhibuiſti, depoſitoque de Cruce brachio eam amplexans, os eius vulneri Lateris tui applicuiſti: vnde tantam hauſit ſuauitatem, vt in Dei ſeruitio ſemper & robuſtior & alacrior fieret. Vnde & ſaliua oris eius mellis dulcedinem ſuperabat: neque id mirum, quando COR illius & diuinitatis tuæ mel, & humanitatis lac ruminabat. Quis mihi det, vt quod illis viſibiliter exhibere dignatus es, idem CORDI meo inuiſibiliter etiam præſtes? Ecce, Domine, prouocatus tuâ Inuitatione, prouocatus harum exemplo, venio etiam ad te: introducas me, quæſo, in cellaria tua, vt hauriam de fontibus Saluatoris muſtum ſpiritualium deliciarum, bibamque vinum illud magnificentiâ regiâ dignũ, quod fluit de torculari tuo. Eia Domine, dignare vt excipiã illud in mundiſſimo vaſculo CORDIS mei, & refocillem ſitientem Animam meam. Quemadmodum enim deſiderat Ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat Anima mea ad te Deus. Sitiuit Anima mea ad Deũ fontẽ viuũ: ô quando veniam, quando inueniam potum Animæ meæ, inſtar teſtæ præ ſiti exareſcentis!

Cantiprl lib. 1. vita S. Lutgardis.

Iſa. 12. 3
Eſther. 1 7.

Pſ. 41. 1

Auguſt. O fons vitæ! vena aquarum viuentium,
ſoliloq. quando veniam ad aquas dulcedinis tuæ,
cap.35. de terra deſerta, & inuia, & inaquoſa;
Pſ.62.3. vt ſatiem ex aquis miſericordiæ tuæ ſitim meam? Sitio, Domine, Fons vitæ es; ſatia me. Sitio, Domine, ſitio te Deum vi-
Deut.32 uum. Sitio Sanguinem vuæ meraciſſimum.
14. Eia Domine, inebria me, vt dicat tibi Ani-
Pſ.22.5. ma mea: Calix tuus inebrians quàm præ-
Cyprian. clarus eſt! Quia Sanguis tuus bibentes ſic
Epiſt.63. inebriat, vt ſobrios faciat, & mentes ad ſpiritualem ſapientiam redigat; vt à ſapore iſto ſæculari, ad intellectũ Dei vnuſquiſq; reſipiſcat. Et, quemadmodum vino iſto communi mens ſoluitur, & Anima relaxatur, & triſtitia omnis exponitur; ita & potato Sanguine Domini, & poculo ſalutari, exponatur memoria veteris hominis, & fiat obliuio conuerſationis priſtinæ ſæcularis, & mœſtum pectus ac triſte, diuinæ indulgentiæ lætitiâ reſoluatur. Lætificet ergo vinum hoc COR meum, vt non recordetur
Prou.31 doloris ſui; ſicut ſcriptum eſt: Date ſice-
9. ram mœrentibus, & vinum his qui amaro ſunt Animo; bibant & obliuiſcantur ege-
Sap.12.1 ſtatis ſuæ. Vbi ergo guſtaueris COR meum
Luca 1. quàm ſuauis eſt Dominus, exultet Spiritus
47. meus in Deo ſalutari ſuo.

O quàm

O quàm dulcis ſapor iſte,
Qui te guſtat, Ieſu Chriſte,
Tuo victus à dulcore,
Mori poſſet præ amore,
Te vnum amans vnicè?

Sed & hoc inſuper peto, vt ſalutaris hic potus emundet COR meum ab omni peccato. Si enim ſanguis Hircorum, aut Taurorum, inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis; quantò magis Sanguis tuus, Domine Ieſu, emundabit conſcientiam meam ab operibus mortuis, ad ſeruiendum Deo viuenti? Verè beati, qui lauant ſtolas ſuas in Sanguine Agni, vt ſit poteſtas eorum in ligno vitæ! Rogo igitur te

Hebr. 9. 13.

Apocal. 22. 14.

Pie Pellicane Ieſu Domine,
Me immundum munda tuo Sanguine,
Cuius vna ſtilla ſaluum facere
Totum mundum poſſit omni ſcelere.

Ex D. Thoma.

LECTIO XIV.

EMBL. 53. Azylum CORDIS in Latere Vulnerato.

Eſto quaſi Columba nidificans in ſummo ore foraminis. Ier. 48. 28.

Fas Lateris thalamo latitare, & amoris azylo,
Et COR *cum Domini iungere* CORDE *mei.*

Pſ. 24. 1 AD te Domine leuaui Ani-
mam meam, & clamaui
Pſ. 30. 3. per ſingulos dies: Eſto mi-
hi in Deum protectorem,
& in domum refugij, vt ſal-
uum me facias. Sed vt video te in Cruce
Pſ. 89. 1. extenſum, ibi Domine refugium factus
es nobis. In vulnere enim transfixi Late-
ris tui apertum eſt oſtium, per quod in-
Pſ. 83. 4. troire poſſimus in ciuitatem refugij: ibi, ô
Domine, paſſer inuenit ſibi domum, &
turtur nidum ſibi, vbi ponat pullos ſuos.
Nec tantùm ad hoc azylum & pro-
pugnaculum Lateris tui nos admittere
Cant. 2. 13. dignaris; ſed ſuauiſſimè etiam inuitas,
dicens: Surge amica mea, ſpecioſa mea,
&

Digitized by Google



AZYLVM CORDIS IN
LATERE VVLNERATO.

Eſto quaſi Columba nidificans in
ſummo ore foraminis. *Jerem. 48. 28.*

Fas lateris thalamo latitare, et amoris azylo.
Et COR cum Domini iungere CORDE mei.

53. *Pag. 532.*

Digitized by Google

Digitized by Google

& veni: columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ. Et per Prophetam: Relinquite ciuitates, & habitate in petra, habitatores Moab; & eſtote quaſi columba nidificans in ſummo ore foraminis. *Ier. 48. 28.*
Quàm dulce hoc faucibus meis eloquium tuum, Domine? Hactenus enim gemens in valle lacrymarum, in loco quem poſuiſti, aſcenſiones in CORDE diſponebam, & dicebam. Quis dabit mihi pēnas ſicut columbæ, & volabo & requieſcam? Nunc autem ô optatiſſima requies mea, tu dicis: Veni columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ; & eſto quaſi columba nidificans in ſummo ore foraminis. Et quænam hæc foramina petræ, niſi Vulnera manuum & pedum, Domine? Et quænam cauerna maceriæ, niſi Vulnus lateris, quod lanceâ factum eſt. Quàm tuta firmaque infirmis ſecuritas & requies in vulneribus Saluatoris? Petra refugium herinaciis, petra autem eſt Chriſtus; in petra ſe columba tutatur, & circum volitantem intrepida intuetur Accipitrem: fremit mundus, fremit corpus, diabolus inſidiatur, non cado, fundatus enim ſum ſupra firmam Petram. *Pſ. 118. 103. Pſ. 83. 6 Pſ. 54. 7 Cant. 2. 13. Ier. 48. 28. Gregor. in Cant. Bernard. Serm. 61 in Cant. Pſ. 103. 18. 1. Cor. 10. 4. Matt. 7. 24.*

EIA igitur, Anima mea, ſi de adoleſcentularum adhuc numero es, quæ vaga

Cant. 1. ſequeris veſtigia ſodalium tuorum, & pec-
6. catorum aculeis inſtar herinacij etiamnum
horres; pone refugium tuum in hac petra.
Prouerb. Si incipientium concubinarum conſortium
30.26. adepta es, eſto quaſi lepuſculus, plebs inua-
lida, qui in petra ponit cubile ſuum. Si Re-
Iob. 39. ginarum, proficientium ſtatum attigiſti;
28. velut aquila, in arduis pone nidum tuum,
mane in petra hac. Si verò iam miſerentis
Sponſi dignatione, ad vnicæ columbæ di-
Ierem. gnitatem euecta es, nidifica in ſummo ore
48.28. foraminis, occupa cauernam maceriæ. Hîc
Deuter. enim ſuges mel de petra, oleumque de ſaxo
32. 11. duriſſimo. Ingredere, ingredere Anima mea
Iſaiæ. 2. in petram, ibique abſcondere; nuſquam
10. enim extra eam requiem inuenies, nuſquam
tibi meliùs erit.

Breuiar. FELIX es tu, ô Sancte Ioannes, cui pri-
Roman. uilegio amoris præcipui conceſſum eſt ſu-
pra pectus Domini in cœna recumbere, &
fluenta Euangelij de ſacro Dominici pe-
ctoris fonte largiùs potare: hinc ſcilicet al-
Ioan. 1. tiùs ceteris intonas, & Verbum, quod erat
1. in principio apud Deum, mundo eructas!
Ioan. 19. Felix, ô lancea Longini, cui ſacrum Latus
34. aperire, & Domini Sanguinem haurire li-
cuit! Inuideo rigido frigidoque huic ferro
tanti honoris prærogatiuam.

VTINAM, vtinam Amor, ingenioſus
Faber,

Faber, COR hoc in lanceam recudat, Dominicum Latus ſubituram. An non enim natura trigonum COR effecit, & in morem triformis cuſpidis exacuit? Hoc igitur haſtæ impoſitum, currat in pectus Domini, & amoris vulnere Dilectum ſauciet. Liceat tantum, Amor meus crucifixe, non facilè ſemel admiſſum COR meum intra dulciſſima amoris limina, inde egredietur; non vt militis illius lancea facto vulnere redibit, ſed perpetuò immorari, immorique volet purpureo huic amoris thalamo, roſeoque Sponſi ſui lectulo.

FORTVNATE nimiùm Thoma, qui inuitatus à Domino, manum in Vulnus hoc ſacrati pectoris immiſiſti. Sed & tibi licet, ô Anima mea! aperuit enim Longinus oſtium, per quod ingredi poſſis. Accede ergo ad Deum CORDIS tui, ad COR Dei tui, in quo tabernaculum tibi figas, domiciliumque conſtituas. Iunge hîc COR tuum CORDI amoris tui, non digitum, non manum; ſed COR iaculare in patentem hunc Dilecti tui thalamum. En patet feneſtra in latere Arcæ ſalutiferæ, fruſtrà cum coruo vagaris, fruſtrà circa cadauera mundi moraris: Ingredere ad Noë in Arcam, vt ſalueris in diluuio aquarum multarum. Et dic: Hæc requies mea in ſæculum ſæculi: hîc

Ioan. 20. 27.

Gen. 8. 6

Pſalm. 131. 14.

Surius in eius vita 27. Septemb. ca. 30. hîc habitabo, quoniam elegi eam. Habitabat ibi Beatus Elzearius Ariani comes, ad quem diutiùs abſentem cùm famulum vxor miſiſſet; reſpondit per litteras; Sanus corpore ſum & ſoſpes; quòd ſi verò videre me cupis, quære in vulnere Lateris Chriſti; ibi habito, ibi poteris me inuenire, fruſtrà alibi quæſitura. Hoc quoque deinceps erit habitaculum CORDI meo; per hoc oſtium

Ioan. 10. 9. ſi introiero, paſcua inueniam, panemque in fornace amoris mei coctum. Hîc cella vi-

Cãt. 8. 2. naria muſto malorum granatorum redundant: hîc apotheca medicamentorum ſa-

Matth. 9. 35. lutarium, omnem curans languorem, omnem ſanans infirmitatem. Vulnus hoc, mi Domine, eſt refrigerium & leuamen omnium afflictorum, ciuitas refugij omniũ fugientium à facie iræ Dei, ad miſericor-

Actor. 3. 2. diæ tuæ aſylum; porta aurea, ante quam ſedentes mendici peccatores, expectant eleemoſynam multiplicis miſericordiæ Dei. Hoc vulnus oſtium lateris Templi, &

Ezech. 48. 10. porta orientalis, præter quam non eſt aditus ad vitam æternam, neque ianua alia, per quam intret quis, vt ſtare poſſit coram Deo,

Rupert. in cap. 16. lib. 3. Reg. Ad hanc Portam, ad hoc Templum, ad hæc Sancta Sanctorum, ad hanc Arcam Teſtamenti adorabo, & nomen Domini iugiter laudabo. Quàm bonum & iucundum,

in

in hôc CORDE habitare? Bonus Theſaurus, bona Margarita, COR tuum, bone Ieſu, quam effoſſo agro tui Corporis inuenimus. Quis hanc Margaritam abiiciat? Quin potiùs dabo omnia, omnes cogitationes & affectus mentis commutabo, & comparabo illam mihi, iactans omnem cogitatum in COR Domini Ieſu, & ſine fallacia illud me enutriet. Eia igitur, vt cum mellifluo Bernardo tuo dicam,

Bernard. Ser. 20. de Paſſione Domini.

Pſal. 54. 23.

Salue Latus Saluatoris,
In quo latet mel decoris,
In quo patet vis amoris,
Ex quo ſcatet fons cruoris,
Qui CORDA *lauat ſordida.*
Ecce tibi appropinquo,
Parce Ieſu, ſi delinquo:
Verecundâ quidem fronte,
Ad te tamen veni ſponte,
Scrutari tua Vulnera.
Salue mitis apertura,
De qua manat vena pura;
Porta patens & profunda,
Super roſam rubicunda,
Medela ſalutifera.
Plaga rubens aperire,
Fac COR *meum te ſentire,*
Sine me in te tranſire,
*Vellem totus intr**o**ire,*

Bernard. in Rythmis.

Pulſanti pande pauperi.
In hac foſſa me recon de,
Infer COR *meum profundè,*
Vbi latens incaleſcat,
Et in pace conquieſcat,
Nec prorſus quemquam timeat.



LE-



SPECVLVM CORDIS IN QVINQVE VVLNERIBVS.

Inſpice et fac ſecundum Exemplar quod tibi in monte monſtratum eſt. *Exod. 25. 40.*

Pro ſpeculo CORDIS, COR. *aſpice dulcis Jeſu.*

Imprimet hoc CORDI, *vulnera viua, tuo.*

54.

Pag. 539.

Digitized by Google

LECTIO XV.

Speculum CORDIS in Quinque Vulneribus. EMBL. 54.

Inſpice, & fac ſecundùm Exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt.
Exod. 25. 40.

Pro Speculo CORDIS COR *aſpice dulcis* IESV,
Imprimet hoc CORDI *Vulnera viua tuo.*

QVID Anima mea, quid Dilectus tuus Speciosus formâ Pſ. 44. 3
præ filiis hominum; à te requirit, niſi vt ad imaginem & ſimilitudinem eius compoſita, ſpecie tuâ & pulchritudine tuâ illi placere quàm maximè ſtudeas? Vt hoc autem aptè facere poſſis, neceſſe eſt, vt frequenter conſideres vultum natiuitatis
tuæ in Speculo; vt ex eo agnoſcens næuos Iacob. 1.
tuos, quamque deformis & incompta 23.
ſis, teipſam expolias atque exornes, vt illo nō indigna videaris Sponſa, cuius pulchritudinē Sol & Luna mirantur. Verùm, quis tibi arte elaboratū Speculū exhibebit,

in

in quo te explores & contempleris ? Ipſe
qui tibi omnia eſt in omnibus, Sponſus
tuus hoc præſtabit : Candor eſt enim lu-
Sap,7. cis æternæ, & Speculum ſine macula Dei
26. maieſtatis, & imago bonitatis illius. Verè
enim Chriſtus Dominus Speculum Dei
Patris eſt, non tantùm vt Dei Filius, diui-
nitatis ſplendorem, & Patris Imaginem
referens; verùm etiam vt homo, radios di-
uini illius ſplendoris è mundiſſimo ac ni-
tidiſſimo ſacroſanctæ humanitatis vitro
Laurent. ad nos reflectit, ac reuerberat. Speculum
Iuſtin. in es tu, Domine Ieſu, præclariſſimum, omni
faſcic. carens imperfectionis maculâ, omniq́ue
amoris deformitate virtutis; quædam enim Dei-
cap.2. formis ſpecies fulget in te. Tu liber vitæ,
Idem lib. exemplar verum, perfectionis Speculum,
de humil. forma rectè viuendi, perlucida via, reli-
cap.21. gionis magiſterium, cunctarumq́ue nor-
Baſil. cõ- ma virtutum. Tu, ô Saluator noſter, omni-
ſtit. Mo- bus quicumque pietatem colere vellent,
naſt.c.5. virtutis Speculum, ac pictura veluti proba,
expreſſam effigiem quamdam in te propo-
ſuiſti; vnde cuncti, lineamentis tuis inſpe-
ctis, (ſimile pro ſe quiſque) in vitam ſuam
Leo Ser. exemplum transferrent. Si enim fideliter
1.de ie- atque ſapienter creationis meæ conſidero
iunio. exordium, inuenio ſanè ideò ad imaginem
Dei hominem conditum, vt imitator

ſui

ſui eſſet Auctoris: & hanc eſſe noſtri generis dignitatem, ſi in nobis, quaſi in quodam Speculo, diuinitatis forma reſplendeat, ad quam tuâ gratiâ reparamur. Equidem cognoui, Domine, quia omnis tua actio, noſtra eſt inſtructio; & tota vita tua, vitæ noſtræ Speculum eſt: verumtamen in ſacratiſſimis quinque Vulneribus tuis, ſplendidiſſimum & nobiliſſimum mihi Speculum exhibitum agnoſco. Speculum, inquam, quintuplex, in Vulnerum tuorum foraminibus excauatum, quod non modò me mihi repræſentat (vt plana Specula efficere ſolent) ſed collectis in vnum punctum radiis, calorem etiam emittit, & in obiectam materiam eiaculatur, eamque non rarò accendit. Ita concauo vſtulantique Speculo, Archimedes Syracuſanus hoſtiles naues incendiſſe narratur. Quídni & Vulnerum tuorum concauâ Specula ignem illum in CORDE meo accendant, quem veniſti mittere in terram, & vehementer exardeſcere voluiſti? Præſtitiſti id amantiſſimæ Sponſæ tuæ S. Gertrudi; quæ dum ita clementiam tuam exoraret: Scribe, miſericordiſſime Domine, Vulnera tua in CORDE meo pretioſo Sanguine tuo, vt in eis legam tuum dolorem pariter & amorem, &

Luc. 12. 49.

Inſinuat. diuin. pietat. lib. 2. *c.* 4.

Vulne-

Vulnerum tuorum memoria iugiter in ſecreto CORDIS mei permaneat. Cùm enim hiſce occuparetur, ſenſit in CORDE ſuo, quaſi corporalibus locis impreſſa colenda illa & adoranda ſanctiſſimorum Vulnerum tuorũ ſtigmata, quibus Animæ eius Vulneribus medicaſti, nec non poculum nectarij amoris propinaſti. Quantum verò amoris ignem Vulnerum tuorum radiis in eius
Iſa.59.1 CORDE accenderis, quis enarrare ſufficiat? Non eſt abbreuiata manus tua, Domine; fac quoque & hanc cum ſeruo tuo miſericordiam, vt ſi non Vulnerum tuorum pretioſa monilia, ſaltem eorumdem ſalutarem memoriam & compaſſionis dolorem CORDI meo imprimas, vt ardor dilectionis tuæ, à Vulnerum tuorum Speculo radij inſtar euibratus, & à CORDE meo reflexus, luculentiſſimè accendatur.

SED vt iam me ipſis Speculis ex aduerſo
Heb.12. opponam, & aſpiciam in Auctorem fidei &
2. conſummatorem Ieſum, video in iis exactã mihi viuendi normam deſcriptam eſſe. In transfoſſis enim illis manibus, pro me in Cruce extenſis, quid manibus operari debeam; in pedibus, quò mihi ſit ambulandum; in CORDE, quid mihi ſit cogitandum & deſiderandum, perſpicuè, velut in archetypo, conſpicio. Adeoq; hîc diſco prudentiam

tiam Sanctorum, quæ eſt noſſe me, & noſſe
te. Tornatiles illæ tuæ aureæq́; manus, ple- *Cant.* 5.
næ hyacinthis, docent manus meas ad præ- 14.
lium, & digitos meos ad bellum. Illæ ſunt *Pſ.* 143.
quæ inſtruunt præliari prælia Domini, ad- 2.
uerſus mundum, carnem, & ſanguinem. 1. *Reg.*

MERITO mihi Speculũ formo in Vul- 18. 17.
neribus manuum tuarũ, Domine; ibi enim
video deſcriptum me. Sed quis Scriptor? *Iſa.* 49.
Amor tuus, bone Ieſu. Quis calamus? 16.
Claui. Quo atramento? Sanguine tuo pre-
tioſo. In qua charta? In palmis manuum
tuarũ, quibus Crux menſæ loco fuit, in qua
characteribus æternæ dilectionis, æter-
numque duraturis, ſcripſiſti me. Quid verò
hæ litteræ à me requirunt, niſi vt & manus
meæ ſtillent myrrham mortificationis, & *Cãt.* 5. 5
digiti mei pleni ſint myrrhâ probatiſſimâ?

SED & pedibus meis Speculum inueni,
in pedibus illis toties pro me præparatis in *Epheſ.* 6.
Euangelizationem pacis. Nitidiſſimum 15.
prorſus Speculũ, pedes Domini mei, Mag- *Luca* 7.
dalenæ lacrymis loti, capillis terſi, vn- 38.
guento delibuti. Ad ſpecioſos hos pe- *Luca* 10
des, cum eadem ſedebo, vt ibi miſeri- 39.
cordiam inueniam, & hauriam ſalutem *Prouerb.*
à Domino. Pedes hi, velut Cynoſura, di- 8. 35.
rigent pendes meos in viam pacis, & ſa- *Luc.* 1.
lutis æternæ. Sequar hos pedes, Do- 79.
mine,

mine, & eos ſequens, non errabo; ſed recto itinere gradiar: ipſi enim me deducent in domum Dilecti mei.

NEQVE deeſt Speculum CORDI meo, quod in aperto Latere Saluatoris mei apparet. Quid namque cogitare in CORDE meo debeam; in hoc CORDE ſcriptum inuenio. COR enim tuum, eſt regula & amuſſis humanorum CORDIVM, quæ dirigi debent iuxta normam CORDIS tui.
Pſalm. Accedam igitur ad COR altum, & ad COR
63.7. Dei mei, & ſpeculabor perfectiones eius; vt eas, opitulante eiuſdem gratiâ, in COR meum transferam. Fuit, ô Deus CORDIS mei, COR tuum mundum ab humana delectatione & temporalium amore, à placendi deſiderio & intentione ſiniſtrâ, ab inutili cogitatione, curis ſuperfluis, anxietate, impatientiâ, & propriâ voluntate. Dignare, Domine, Amator CORDIVM noſtrorum, transfundere hæc in COR ſerui tui; vt ſit COR eius perfectum tecum. Complaces enim tibi in iis, quorum eſt COR ſecundùm COR tuum. An non enim
1.Reg. ita de Samuele locutus es: Suſcitabo mihi
2.35. Sacerdotem fidelem, qui iuxta COR meum & Animam meam faciet? Et de Dauide:
Actor. Inueni Dauid filium Ieſſe, virum ſecun-
13.22. dùm COR meum, qui faciet omnes volun-
tates

tates meas? Ergóne etiam, Domine, tam chari tibi ſunt homines iuxta COR tuum, vt è numero filiorum Adam ſollicitè vnum talem requiras, eoque reperto, quaſi gratulabundus exclames: Inueni hominem ſecundùm COR meum? Quid verò cum inuento hoc concorde tibi homine facis? Illud ſanè arbitror, quod Iehu Regem Iſraël cum Ionadab fortiſſimo viro, quem ad delendam impij Regis Achab progeniē in Samariam miſerat, feciſſe legimus. Iehu enim occurrentem ſibi Ionadab interrogauit: Nunquid eſt COR tuum rectum, ſicut COR meum cum CORDE tuo? Cui cùm ille reſpondiſſet: Eſt. Si eſt, inquit, da manum tuam. Qui dedit ei manū ſuam. At ille leuauit eum ad ſe in currum, & duxit in Samariam. Quid autem hoc ſignificat, niſi quòd tu, Deus CORDIS mei (verus Iehu, id eſt exiſtēs (noſtræ mortalitatis veſtimento indutus veneris in Samariā huius mundi, vt dæmonis familiam (Achab ſtirpe notatam) prorſus exſcinderes, & idololatras Baal internecione deleres. Inueniēs autem Ionadab (hominem ſpontaneum, votoq; tibi aſtrictum) interrogas eum, an COR eius ſit rectum cum CORDE tuo, intelligenſque ita eſſe, præbes ei manum diuinæ gratiæ, ſubleuaſque illum in trium-

4. Reg. 10. 15.

Gabriel Inchino. Concion. De munditia Cordis.

M m phalem

phalem currum Sanctiſſimæ Crucis tuæ,
Heb.2. pergenſque deinceps cum eo, regnum pec-
14. cati deſtruis, tandemque victorem vnà
tecum in cæleſtem Ieruſalem introducis.
Hoc ſcilicet meritum vnanimis, & vnicor-
dis tecum viri. Eia igitur, Domine, pone
me iuxta COR tuum; vt inſpiciam illud, &
ſecundùm exemplar illius rectificem COR
*Pſ.*118. meum. Aſpice & tu in me, & miſerere mei
132. Domine; atque ex hoc vſtulanti Speculo
CORDIS tui, immitte ignitos radios in
COR meum, qui illud accendant, & confor-
ment ſacratiſſimo CORDI tuo. Fac me,
2.*Cor.*3. quæſo, reuelatâ facie ita gloriam Domi-
18. nici CORDIS ſpeculari, vt in eamdem ima-
ginem transformer à claritate in clarita-
2.*Cor.*4 tem; vt mortificationem Ieſu in Corpore
10. & CORDE meo circumferens, vita quo-
que eius manifeſtetur in Corpore meo
mortali.

L I.

Digitized by Google



THALAMVS CORDIS
IN CHRISTI SEPVLCHRO.

Conſepulti ſumus cum chriſto. *Rom. 6. 4.*

COR CORDIS, viteq; meę quo vita ſepulchro,
Conditur, hoc vitam, et COR quoq; claudo meum.

55. *Pag. 547.*

Digitized by Google

LECTIO XVI.

Thalamus CORDIS in Chriſti Sepulchro. EMBL. 55.

Conſepulti ſumus cum Chriſto.
Ad Rom. 6. 4.

CORCORDIS, *vitaq; mea quo vita Sepulchro*
Conditur, hoc vitam, & COR quoque claudo meum.

ERGONE in tenebroſis collocata eſt lux mea, ſicut mortui ſempiterni; Ergóne in Sepulchro mortua vita iacet? Ergóne ſpeluncâ reconditur cæli terræque Conditor? Ergò in ſaxeo hoc lectulo Nazareius ille, floriduſque Animæ meæ Amor, cubat & requieſcit? Quid facies Anima mea? Diſcedes hinc? Amor non patitur. Manebis? Prohibet militaris cuſtodia. En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſraël, omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi: vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum. Quid facies inermis, tantâ ar-

Thren. 3. 6.

Cãt 3. 7.

matorum militum cincta manu? Quî, quæſo, audebis ad lectulum hunc terrore conſternata, vel eminùs adrepere? Noli tamen expaueſcere, Anima mea, noli fugam capere, mane hîc etiam cum Magdalenâ, quæ

Breuiar. Roman.

Animæ perſtans ſaucia,
Sepulchro inhæret anxia,
Truces nec horret milites,
Pellit timorem charitas.

Túne igitur deſeres Dilectum tuum, Vitam vitæ tuæ, Animã tuæ Animæ, & CORDIS tui COR? & quò ſine vitâ, ſine Animâ, ſine CORDE curres? Eia Domine, non

Matth. 6.21. diſcedo à te. Vbi eſt theſaurus meus, ibi & COR meum erit. Ideoque COR meum tuo includo Sepulchro, vt maneat coniunctum & vnitum CORDI tuo. Solebant olim amicorum ſepulchris CORDIS figuram inſculpere, vt hoc ſymbolo ſignificarent, ſe non modò viuum, ſed mortuum etiam amore proſequi, & CORDI inſculptum retinere. Mihi verò minimè ſatis erit COR appingere, aut Sepulchro inſculpere; ſed viuum ipſum COR meum, ô Vita mea, tuo impono Sepulchro. Licet enim mortuus ſis, Domine, non es tamẽ mortuus à CORDE meo; in quo viuit mortis tuæ memoria, nec viuere cupit extra tuum Sepulchrum,

Plutarc. li. de Funeral.

Pſal. 30. 13.

chrum. Maneat, obſecro, COR meum mundo & peccato mortuum, tibi conſepultum, tibiq́ue ſoli viuat: qui pro me mortuus, & ſepultus es. Protegat & muniat me, vt ſit tuum Monumentum CORDIS mei munimentum à facie inimici, & ab aduerſantium hoſtium incurſu. Neque verò gratis omninò glorioſi Sepulchri tui conſortium efflagito; ſed habeo, quem pro eo offeram, Sanguinem tuum pretioſum, pro me in Cruce effuſum. Si enim pretium Sanguinis tui expendi voluiſti in agrum figuli, in Sepulturam peregrinorum, cur peregrino etiamnùm abs te CORDI meo, requies & Sepultura, Sanguinis tui merito, non prouideatur? Sed de ſpirituali noſtra Sepultura lubet audire Sanctum tuum Ambroſium ſic loquentem: Ideò peregrinis Chriſti Sepultura promittitur, vt qui ſe à carnalibus vitiis, vt peregrinum & alienum cuſtodierit, is Chriſti requiem mereatur. Nos peregrini in hoc mundo ſumus, & nobis Sanguinis Chriſti pretio empta eſt Sepultura: Conſepulti enim ſumus, ſicut ait Apoſtolus, cum illo per Baptiſmum in mortem. Baptiſmus igitur Chriſti nobis eſt Sepultura, in quo peccatis morimur, ac ſepelimur; & veteris hominis conſcientiâ reſolutâ in alteram Na-

Matth. 27.7.

Ser. 51.

Rom. 6. 4.

tiuitatem, rediuiuâ infantiâ reparamur. Magna huius gratia Sepulturæ, quæ & morte purificat peccatorem, & ſimul viuificat morientem. Ita Domine, iuxta S. huius Viri ſententiam, conſepultus tecum fui per Baptiſmum; ſed quia malâ deinde vitâ ſæpius, prô dolor! reuixi, iterùm tecum mori, iterùm ſepeliri deſidero: atque ideò COR meum tuo impono Sepulchro, vt ibi tecum moriatur, tecum ſepeliatur, tecum maneat.

SED reſurgente te, Domine, nolo remaneat COR meum in Sepulchro; ſed te-
Rō.6. 4. cum pariter reſurgat, & in nouitate vitæ tecum ambulet. Dabis hoc mihi, Amor
Rom.6. meus, qui per Apoſtolum tuum dixiſti: Si
5. complātati facti ſumus ſimilitudini mortis eius; ſimul & reſurrectionis erimus.
Ioā.12. Tu enim es, Domine, granum frumenti,
24. cum quo, in terram Sepulchri cadente ac moriente, COR meum complantatum, commori, & conſepeliri optat: vt te reſurgente, ſurgat noua ſeges, fructuſque ſe-
Ioan.19. minis tui. Et an non ideò in Horto ſepeli-
41. ri voluiſti, vt ibi arboris inſtar plantata,
Pſ.27.7 reuireſceret ac refloreret Caro tua? Re-
Ambroſ. floruit illa, cùm ſucciſo per Iudæos Cor-
Ser.54. poris flore, rediuiua de Sepulchro Reſurrectionis gloriâ germinauit, & in floris modum,

modum, odorem pariter & nitorem cunctis hominibus immortalitatis afflauit. Ita quoque refloreat COR, & caro mea virore ſanctitatis, & flore iuſtitiæ. Cur enim hoc non ſperem à contactu ſacri Corporis tui, Domine; qui mortificas, & viuificas; deducis ad inferos, & reducis? Si enim Eliſei ſepulti Corpus, mortuum excitare potuerit, quidni reſuſcitet me in nouitatem vitæ Corpus tuum, qui Auctor es omnis vitæ? Concede hoc mihi, qui ſolus potes, benigniſſime Ieſu, per ſanctam Sepulturam, & admirabilem Reſurrectionem tuam. Sed fortaſsè, vt ego COR meum tecum ſepeliri deſidero, ita viciſſim ſpirituale Sepulchrum ex CORDE meo tibi fieri concupiſcis: vt non tantùm requieſcas in CORDE terræ, ſed etiam in terra CORDIS mei. Paratum COR meum Deus, paratum COR meum; ſed à gratia tua præparatum. Veni Domine Ieſu, requieſce molliter in CORDE ſerui tui. Verùm, quale illud eſſe debeat, tuum me inſtruit Monumentum, factum mihi iam monimentum; mentem enim meam monet, mouetque vt ad eius ſimilitudinem præparet tibi CORDIS habitaculum. Sed quia ſcio, Niſi tu, Domine, ædificaueris hanc tibi domum, in vanum laborare omnes qui ædi-

Pſ. 27. 7
1. Reg. 2
6. Tobiæ 13. 2.
4. Reg. 13. 21.
Pſ. 56. 8.
Pſalm. 126. 1.

ædificant eam : Te humiliter rogo, Spiri-
Pſal. 50. 12. tum rectum innoua in viſceribus meis, pulſiſque vetuſtatis immunditiis, COR nouum pro tua Sepultura mihi concede. Sit
Cant. 4. 12. illud (velut hortus concluſus) odoriferis virtutum floribus conſitum & exornatum;
Marc. 15. 46. ſit exciſum in petra, ſoliditate immutabilis propoſiti conſtans. Sit prope montem Caluariæ, vt totus mihi figaris in CORDE, qui totus fixus es pro me in Cruce : ſit denique alienum ab omni immunditia carnis & ſpiritus. In hoc verò Sepulchro, te Myrrhâ mortificationis vnctum, in Sindone mundiſſimæ conſcientiæ inuolutum, ſpiritualibus deſideriorum brachiis componam; vt & mihi cum Sponſa tua dicere
Cant. 1. 11. liceat : Faſciculus Myrrhæ Dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Morare, Domine, in medio CORDIS mei; quod æternâ charitate dilexiſti; ibi
Cãt. 4. 6 cuba, ibi requieſce, donec aſpiret dies Reſurrectionis tuæ. Sed ne quis hunc theſaurum mihi eripiat aut deprædetur, ſaxum
Marci 15. 46. magnum aduoluendum video ad oſtium monumenti. Occlude ergo, Domine, ianuam CORDIS & ſenſuum meorum; ne per eam irrepant latrunculi aut fures, qui ſpolient me Dilecto CORDIS mei. Sed & appone vigiles cuſtodes, Angelos tuos

Sanctos,

Sanctos, qui omnes inſidias inimici ab eo *Breuiar.* longè repellant, & Sepulchrum tuum in *Rom.* pace cuſtodiant. Eia Domine, iterùm rogo te, fiat hoc modo Cor meum Sepul- *Iſaiæ.* chrum tuum glorioſum; vt tu Rex gloriæ, *11.10.* & Domine virtutum, illud ſanctifices, virtutibus exornes, reddaſque tui capax, nunc & in æternum.

FINIS LIBRI QVARTI.



INDEX RERVM MEMORABILIVM.

A.

ABlutio Cordis. pagina 201. qua fiat aqua. pag. 205.
Aceto Chriſtum potant peccatores. 488
Acupictura ſpiritualis in tela Cordis expreſſa. 483
Adamante durius Cor humanum. 122
Ager ſpiritualis Cor noſtrum. 307. Exarandus. 310. ſemine ſpargendus, 318. Irrigandus. 325. maledictus expers fructus. 329
Agricultura Cordis. 307
Alexandri magni cupiditas. 139
Altare Dei Cor noſtrum. 406. 516
Ambitio inſaturabilis. 139
Amans, dormiens vigilat. 412
Amor amoris ſpeculum. 429. Chriſtum Cruci affixit. 519
Dei erga homines. 280. 370
Emollit Cor. 199
Amor vnit. 424. tranſit in amantem. 426. Corda animaſque in vnum conflat. 427
Eius proprietates. 408
Anima corpore grauatur. 361
Hortus eſt. 332
Id eſt, quod amat. 429
Iumentum ſpirituale aratrum ducens. 311
Quot titulis Chriſti ſit. 45. vt D[illegible]ſa efficiatur. 69
Anima v[illegible]e 85
Animæ ſe[illegible] ſit. 17
Animæ ſordes. 203
Annulus ſignatorius charorum effigiem geſtare ſolitus. 379. Sponſis cur detur. 381
Apponere Cor quid ſit. 115
Aſcendendum de valle lacrymarum. 354
Duce Chriſto. 419
Aſcendere vis? deſcende 184. 358

Auari

Auari Cor in theſauro poſt mortem repertum. 116
Auaritiæ ſitis. 138
Auguſtinus amore ſaucius. 397

B.

Balneum Conſtantini ex infantium ſanguine. 459
Balneum Cordis, ſanguineus Chriſti ſudor. 457
Baptiſmus, ſpiritualis ſepultura. 549
S. Benedictus vt ſecum habitarit. 157. præſentiæ Dei, & examinis conſcientiæ iugis exercitator. 158. Scalam humilitatis conſtruxit. 188
Boues, quibus Cor aratur. 311
Bulla Chriſtianorum, verba Euangelij. 303
Bulla Ægyptiorum, & Romanorum quid deſignet. 4

C.

Caſtitas lilio comparatur. 335
Caſtrum Cordis. 345. 346.
S. Catharinæ Senenſis pia inſtructio. 270. aufert Chriſtus ab ea Cor proprium, illique ſuum tribuit. 283. ſpineam coronam pro aurea eligit. 481. vulneri lateris Chriſti admota. 528
Capacitas Cordis. 137
Centrum Cordis Deus. 441
Cæcitas Cordis. 286. quam mala. 292
Cæli cum Corde ſimilitudo. 24
Charitas vinum Spõſi. 368. eius effectus. 369
Chriſtus amanti omnia. 525. circumciſus. 168. fons abluendo Cordi. 205. probatica piſcina. 206. humilitatis doctor. 358. ſequendus vſque ad Crucem. 455. ſpeculum perfectionis. 540. in Corde ſepeliendus. 554
Chriſti pulchritudo, Cor vulnerat. 390. flagellatio. 471. manus & pedes noſtris ſpeculũ ſunt. 543
Circumciſio Cordis. 166. eius vtilitas. 172
Circumcidendus totus homo. 169. quo cultro. 171.
Claſſes Scholæ Cordis. 82
Clauus crucis, Cordis præſidium. 495. clauis eſt, qua Chriſti reſerantur penetralia. 496. Cor eo cælandum. 494. Chriſto affigen-

affigendum. 492
Cogitationes Cordis ſoli Deo notæ. 257. in die Iudicij reuelabuntur. 261
Columna Christi, ſuſtentaculum Cordis. 467. anchora fluctuantis Cordis nauem ſiſtens. 468
Compunctio Cordis clauo timoris Dei. 492
Conſcientia bona cuſtodit Cor. 339
Contritio Cordis. 174. eius fructus. 179
Cor vnde deriuetur. 4. 20. varia eius ſignificata. 10. vbi ſitum. 339. pyramidis formam cur imitetur. 423. cur latius in ſuperiori, quàm inferiori parte. 421. quàm à naturâ munitum. 347. eius figura quid moneat. 469. inuerſo ſitu qui habeant. 420. qui eo careant. 88. ſepulchris olim inſculptum. 548. tricuſpidis inſtar lanceæ, lateri Saluatoris immittendum. 535.
Cor filij, Matris, & Iudicis vnicuique aſſumendum, & quare. 79. ſurſum ſpectet. 103. quid Momus & Philoſophus quidam in eo reprehenderint. 256. abyſſus eſt. 255. mare tempeſtuoſum. 467. piloſum quid deſignet. 278. contrahitur triſtibus, dilatatur lætis. 361. eſt primum quod in homine naſcitur. 222. à Deo expetitur. 214. cur præ aliis? 218. quia operum noſtrorum radix, 219. meritorum fons. 233. 238. Dei monile. 223. Dei templum. 290. nihil eo dignius diuinæ Maieſtati offertur. 228. pro floribus Deo offerendum. 224. pro phiala ſitienti Christo exhibendum. 487. *Alia de Corde, vide ſparſim toto hoc Indice.*
Corona ſpinea, ſepimentum Cordis. 477. quàm glorioſa. 480.
Crux aratrum, quo terra Cordis proſcinditur. 307. Cordi inſerenda. 508. Ferculum Salomonis, & Lectulus floridus. 510. in ea moriendum. 314. ſupremus Scholæ Cordis vertex. 499. varia eius encomia. 511. quam appetens crucis S. Andreas. 498. 506.
Crucifigendum Cor, & vetus homo. 503.
Cuſtodia Cordis. 338

Deo

D.

DEo & mundo ſerui-ri non poteſt. 131.
Deus Cor ſuum homini dat. 279.
Deus fluuius & aquæductus. 328. ſolus Cor noſtrum replet. 140. ſingulas actiones noſtras conſiderat. 258. cur oculo hyerogliphicè deſignetur. 260
Dæmones, porci. 153
Dilatatio Cordis. 360. quomodo fiat. 363. quo fine. 365. vt in tribulatione etiam Deus Cor dilatet. 366
Diſcipulus Scholæ Cordis. 35. vnde dicatur. 54. eius officium. 48. varia eorum genera. 51. diligentes præmium, negligentes pœnam reportant. 40. alij incipientes, alij proficientes, alij perfecti. 83.
Diſtorti Corde, Deum non eſſe, aut iniuſtum putant. 266
Diſtortum Cor quod ſit. 264
Diuiſio Cordis quantum malum. 129
Diuitiæ fluxæ. 114. earum venenum, 112. ſpinis comparatæ. 117. quare eis Cor non apponendum. 116. eclypſant nobis ſolem iuſtitiæ. 113
Dolor de peccatis quantus eſſe debeat. 176.
Domus Cordis mundanda. 372
Donatio Cordis. 213. cur Deo fiat. 220
Duplicitas Cordis. 504
Duricies Cordis. 119. æri ac lapidibus comparatur. 121. quanta adferat damna. 123. quomodo emolliatur. 182

E.

EBrietas ſpiritualis. 528
Effuſio Cordis. 159
Effundenda peccata è Corde. 160
Elatio Cordis deiicit. 358
Eleuatio Cordis noxia. 184. 356.
Emollitio Cordis. 192
Epictetus Philoſophus quã reſignatæ voluntatis. 268
Epiſtola Dei Cor. 299. vel ipſe homo cuius Cor cera, ſigillum excipiens. 381
Euangelium ex collo ſuſpenſum. 304. Cordi inſcribendum. 305. in morbis ad caput poni ſolitum. ibid.

Exa-

Examen Cordis quadruplex. 211. primum. 235. ſecundum. 267. tertium. 255 quartum. 263
Exilium hæc vita. 419

F.

FAcies Chriſti Cordi imprimenda. 483
Fel Chriſto oblatum, noſtra peccata. 488
Filiorum Dei conditiones. 215
Flagella Chriſti Cordis ſtimulus. 471
Flagellatio filiorum Dei nota. 473. voluntaria, expiat peccata. 474. pigritiam excutit, ſapientiam tribuit. 475
Flores Cordis. 381
Fons paradiſi, Chriſtus crucifixus. 206
Fuga Diſcipulorum tempore Paſſionis, Chriſti auxit triſtitiam. 454
Fugit Cor puerorum more. 91
Fulcrum Cordis, columna Chriſti. 467
Funes Chriſti, vincula charitatis. 464. iis ligari glorioſum. 465. qui Chriſto alligentur. 493

G.

S. GErtrudis qua formula Deo Cor ſuum tradiderit. 223. quàm Dei voluntati conformis. 267. vt Chriſti membra ſalutarit. 270. Chriſti Cor accipit. 281. in eius Corde Iesvs inuenitur. 389. Corde transfixa. 398. Chriſto intimè vnita. 428. Cordi eius Chriſti vulnera impreſſa. 542
Gloriæ Cupido. 97
Gradatim in virtutibus proficiendum. 355
Gradus templi Salomonis quid ſignificent. 353
Gratia Dei aquæ comparatur. 325
Gratis Deus diligendus. 217
Grauedo Cordis. 106. eius remedium. 109
Gulæ damna. 107

H.

HAbitat Deus in Corde. 144
Helena quid fecerit clauis Dominicæ crucis. 495
Homo cælo natus & deſtinatus. 102
Honoris vanitas. 96

Hortus

Hortus Chriſti Cor eſt. 332 diligenterſepiendus. 341. 477. ſpinis coronæ Chriſti. 479
In horto cur Chriſtus auſpicatus paſſionem. 457. cur in eo ſepultus. 550
Hoſtes Cordis. 346
Humiliatio Cordis. 183
Humilitas duplex. 185. via ad exaltationem. 186. 357. exterior, interiori iungenda. 20. Eius fructus. 189. Deo coniungit. 190
Hymnus pro Cordis illuminatione. 296

I.

IEſus in Corde S. Ignatij. 387. Margaretæ de Caſtello. 388. Claræ de monte Falco, cuiuſdam martyris. SS. Gertrudis & Mechtildis. ibid.
Ignis Deus eſt. 402. quid efficiat. 403. eius proprietates. 408. alienus non offerendus. 404. perpetuus in altari conſeruandus. 405
Illuminatio Cordis. 286. quantum Dei beneficium. 292
ad Imaginem Dei cur homo factus. 549
Imaginum vtilitas. 8
Incipientium ſtatus. 146
Inflammatio Cordis. 402
Inhabitatio Cordis. 376
Inſatiabile Cor hominis. 138
Inſtabilitas Cordis. 467
Inſtrumenta paſſionis Chriſti, adiumenta perfectionis noſtræ. 519
Intentio recta. 240. medulla Cordis. 241. 259. multiplex. 243
Ioui pluuio cur olim ſupplicatum. 326
Irrequietum eſt Cor, extra Deum. 435
Irrigatio Cordis. 325
Iudicij extremi examen. 261

L.

LAcrymarum virtus. 227. 208. illis Cor effunditur. 162
Lacrymæ Petri. 197. Magdalenæ. 162. 179. 197
Lancea Longini Chriſti pectus aperiens. 534 eadem Cor vulnerandum. 540
Lapis cælatus, Chriſtus crucifixus. 494
Lateris Chriſti vulnus ſponſæ lectulus. 535. habitaculum Cordis, ciuitas refugij, porta templi.

pli. 536. S. Bernardi Rythmo ſalutatum. 537. aſylum Cordis. 532
Lauacrum Cordis. 206
Lectio quomodo inſtituenda. 56
Legis tabula Cor. 298
Lex, in Corde ponenda. 301. Exemplo Chriſti. 302. B. Mariæ, & Dauidis. 304. quo fructu. 305
Lilia Chriſtus quærit. 333. ipſe lilium. 334
Lilium quas virtutes nobis commendet. 335. anima lilium ſit. 337
Lingua Cordi reſpondeat. 595
Loqui ad Cor. 43
Lumen Cordis. 289. quomodo extinguatur. 194
S. Lutgardis Cor ſuum cum Chriſto commutat. 285. è latere Chriſti potata. 529
Luxuria hominem dementat. 108

M.

Magdalena ad Chriſti pedes. 543. ad Chriſti ſepulchrum. 548. Diuini amoris iaculo transfixa. 396. eius lacrymæ. 162. 179. 197
Magiſter Scholæ Cordis. 32. vt ſuos ad Scholam inuitet. 36. eiuſdem exhortatio. 39. docendi modus. 41
Manè meditandum. 407
B. Mariæ Virginis ſomnus. 415
S. Mechtildis quomodò Cor ſuum Deo obtulerit. 222. ab eo rurſus diuinum Cor in pignus acceperit. 282. Chriſtum in Corde geſtauit. 389. iaculo amoris vulneratur. 400. Cor eius cum Chriſti Corde in vnum coaleſcit. 427
Medicina Cordis. 27
Militia eſt vita hominis. 346
Minimum & maximum quidnam ſit. 137
Monita Diſcipulo Scholæ Cordis tradita. 54
Mortificatio neceſſaria 300. vomis quo Cor aratur. 311. continua eſſe debet. 313. in eâ perſeuerandum. 314. eius neglectus quàm periculoſus. ibid.
Mundatio Cordis. 201. interior & exterior. 202. quare neceſſaria. 204
Mundi Cordis præmium. 209
Mundus totus Cordi non ſufficit. 142

Muſica Cordis. 25

V.

NAtiuitatis Chriſti imago, Cordi cuiuſdam virginis inſculpta. 388
Nazarenus quid ſit. 502. 515
Nomen Ieſu S. Ignatij Cordi inſcriptum. 387
Nouum Cor. 275. abſque eo homo moritur. 276. Deus promittit, & dat. 278. eſt ipſius Dei. 279
Numiſma Dei, Cor noſtrum. 383. Deo reddendum, cuius imaginem gerit. 384
Numulariorum ſtatera. 235. officium. 245

O.

OBlatio Cordis vt inſtituenda. 222
Obſignatio Cordis. 379
Omnia tendunt ad centrum. 439
Oratio Cordis effuſio. 163. medium ad ſcientiam. 55. in ea vigilandum. 413. in ea diſtrahi, dormire eſt. 414. S. Thomæ pro Cordis perfectione. 77

P.

PAradiſus voluptatis, Cor eſt. 342. quem Chriſtus tuetur. 344
Pars Cordis cur Deo grata non ſit. 138
Paſſio Chriſti cibus omnium palato deſeruiens. 84. ſcutum Cordis. 351. ſublimiſſima philoſophia. 449. nobis imitanda. 309. eius memoria Cor exarandum. 308. quomodo id fiat. 310. meditatio eius quàm vtilis. 443. Bernardo quàm familiaris. 447. menſa exhibens panem & vinum. 450. S. Bonauenturæ ad eam exhortatio. 451
Patria noſtra cælum. 360
Pax quanta conuertentium ad Cor. 157
Peccata funes & vincula. 462. iis Chriſtus ligatus. 463
Peccator Cor non habet. 89. quantum hoc malum. 93. comparatur excordi columbæ. 90
Peccatum talentum plumbi. 104. eius conſideratio, amuletum vanæ gloriæ. 189
Peregrinatio cum Chriſto patiente. 73
Pœnitentiæ fructus. 180

Perfectio Cordis. 240. quàm Deo grata. 544
Perfectiones Cordis Chriſti. ibid.
Perfectorum ſtatus. 368
Perſeuerantia. 323
Peſſulum vt à Corde remouendum. 50
Pingenda in Corde Chriſti facies. 484
Plantatio Crucis in Corde. 510
Pluuia gratiæ à Deo petenda. 327
Ponderatio Cordis. 235 qua libra fiat. 239
Poſſidet Deum, qui poſſidetur à Deo. 145
Præcordia. 339
Præſentiæ diuinæ praxis. 385. fructus. 386
Principale Cordis quid ſit. 15.
Priuilegia Scholæ Cordis. 58.
Probatio Cordis. 245
Prodigi Hiſtoria, peccatori accommodata. 151
Proficientium ſtatus. 275
Protectio Cordis. 346
Purgatiua via. 146

Q.

Qvale Cor, talis homo. 3
Querela Sanctorum quòd in corpore detineantur. 438
Quærit Deus homines iuxta Cor ſuum. 545
Quies Cordis. 434. in ſolo Deo ſita. 435. vbi quærenda. 437. in Chriſti Sepulchro. 547. in latere vulnerato. 536. quam læta ſit. 440

R.

Recedere à Corde. 149
Rectificatio Cordis. 263.
Rectum Cor quod dicatur. 264. quàm Deo gratum. 270. 545
Refrigerium & refectio in Cruce. 510
Regula Cordis, Dei voluntas. 263
Renouatio Cordis. 275. quomodo fiat. 276. 278
Repugnantem voluntatem vt Deus ad Cor reducat. 155.
Reuerti ad Cor. 148. 151

S.

Sacrificium Cordis. 226 quàm Deo gratum. 232. cur Deo immolandum. 229. medullatum eſſe debet. 241. huius altare, Sacerdos, culter, ignis. 230
Sagitta charitas, Sagittarius Deus. 392. hac ſagitta

gitta Sancti vulnerati. 396. Auguſtinus & Thereſia. 397. Gertrudis. 398 Mechtildis. 400. triplex cuſpis ſagittæ amoris. 399
Sanguis Chriſti lauacrum & medicina. 459. eius virtus. 206. eſt vinum Cor lætificans. 526
Sancti viri cur grauiter ſæpè ægrotent. 251
Scalæ Cordis. 353. gradus earum. 355
Scholæ Cordis eminentia. 20. 58. vtilitas. 60. pax. 61. lætitia. ibid. delineatio. 66. Epitome. 76
Scribit Deus in charta Cordis noſtri. 299. quare. 301. quando. ibid.
Scrutinium Cordis. 255
Scutum Cordis diuina gratia. 348. oratio. 349. Chriſtus. 350. eiuſdem paſſio. 351
Seminatio Cordis. 317. noſtra culpa malè ſuccedit. 322
Sepulchrum Chriſti, thalamus Cordis. 547. quo pretio Cor in eo ſepeliatur. 549. ex eo refloreſcit & germinat. 550. quid nos doceat. 551. ſepeliendus in Corde noſtro Chriſtus. 552
Signaculum Cordis. 379. vt cuſtodiatur adhibitum. 381. ipſe Chriſtus Cordi inſculptus. 382
Silentium. 342
Similitudinem Dei vt exprimere debeamus. 431
Simplicitas Cordis Deo grata. 504
Sitis animæ ad Deum. 439. Chriſti. 487. compunctione Cordis reſtinguitur. 589. ſitit anima Chriſti ſanguinem. 530
Somnus ſpiritualis. 412 contemplationis. 415
Speculum Cordis, Chriſti vulnera. 539
Sponſus vt Cordis oſtium pulſet. 44
Spinæ Dominicæ, acus qua Chriſti facies Cordi inſuitur. 315. iis cur Chriſtus coronatus. 479. iis Cor ſepiendum. 480
Spiritus Sanctus Dei digitus, quo in Corde ſcribit. 299. Cordis inhabitator. 370. ei præparanda domus Cordis. 372. cum mundus non poteſt accipere. 373. eiuſdem inuocatio. 374. ad quos veniat. 375. eius fructus. 376. orat. pro nobis. 377
Stabilitas Cordis Deus. 437.
Statera qua Cor appenditur. 242
Surſum Corda. 410

T.

Tenebræ Cordis. 286. quomodo diſpellantur. 288
in Tentationibus ad Chriſti paſſionem recurrendum. 351
Tepiditas ſpiritualis. 361. tollitur ſpe regni cæleſtis. 363
Terrenum Cor igne diuini amoris ſuccendendum. 403.
S. Thereſiæ Cor aurea ſagitta transfixum. 397
Theſaurus eſt Cor noſtrum. 338. in arca ſeruandus. 339. cuſtodi commendandus. 340
Thuribulum Cordis igne diuini amoris implendum. 404
Timor Domini clauus Cor pungens. 492.495
Titulus Crucis Cordi præſcriptus. 514. vnde dictus. 517. Cor tuetur. ibid. olim templa ita vocata. 514
Totum Cor Deus quærit. 128
Triangularis Cordis figura quid deſignet. 140
Tribulationes, ignis quo iuſti probantur. 246. animam mundant. 249. qua conſideratione ſufferendæ. 251. ab inferioribus Cor auocant. 252. diuinæ voluntati Cor hominis ſubdunt. 253. æternam gloriam merentur. ibid. vt Cor dilatent. 366. ad Deum redire cogunt. 481
Trinitate ſignati ſumus. 384 illa ſola Cor adæquatè replet. 143
Tunſio pectoris quid deſignet. 178

V.

Vanitatis ſtudium. 99.
Verbum Dei ſemen, in agro Cordis ſpargendum. 318. emollit Cor. 194. eius efficacia. 195. vt audiendum 195. & ſequent.
Vetris cura Cor grauat. 106
Veronicæ ſudarium, protetypon in Corde exprimendum. 482
Via purgatiua, illuminatiua, & vnitiua, vt in hac Schola explicetur. 83. 364. 534. purgatiua via. 146. illuminatiua. 273. vnitiua. 368
Vigilia Cordis. 411
Vinculum Cordis ex funibus Chriſti. 462
Vineæ putatio. 147. eius viſitatio. 212. quando floreat.

reat. 273
Vinum compunctionis. 489.
Vinum Cordi lætificando, Chriſti ſanguis. 526
Vita à Corde vt procedat. 2
Vnio Cordium. 424. ſimilitudinibus explicata. 427. quomodo fiat. 430. quæ illam cum Deo impediant. 77. non niſi inter ſimiles eſſe poteſt. 431
Volatus Cordis. 419. alis amoris efficitur. 420. atque inſtar nubium à Chriſto ſole eleuatarum. 421
Voluntas bona quàm Deo grata. 233. 238
Voluntati Dei noſtra conformanda. 265. 430. quomodo id practicandum. 267. quanta ex eo lætitia. 269. homines Chriſto aſſimilat. 271
Vulnera Chriſti refugium animarum. 352. 533. Cordis ſpeculum. 539. concauum & vrens. 541
Vulneratio Cordis. 390. amoris vulnere. 521. ſagitta amoris fit. 393. quàm neceſſaria & vtilis. ibid. abſque ea homo malè ſanus. 394. eius effectus. 395. pro ea deprecatio. 400. 522

Digitized by Google

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, QVÆ IN HAC SCHOLA EXPLICANTVR.

Geneſis.

Cap. 1. ET tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. Dixitque Deus: fiat lux, & facta eſt lux. 308

2. Requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat. 318

4. Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. 237

8. Quæ cùm non inueniſſet vbi requieſceret pes eius, reuerſa eſt ad eum in arcam. 436

22. Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Iſaac, *&c.* 227

34. Conglutinata eſt anima eius cum ea. 425

49. Catulus leonis Iuda: ad prædã fili mi aſcendiſti. 67. 221

Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine uvæ pallium ſuum. 527

Exodus.

13. SAnctifica mihi omne primogenitum. 226

14. Cur clamas ad me? 26

25. Inſpice & fac ſecundùm exemplar, quòd tibi in monte monſtratum eſt. 539

Leuiticus.

1. INteſtina verò & pedes lauabunt aqua. 204

6. Ignis autem in altari ſemper ardebit. 230. 405

10. Poſuerunt ignem & incenſum deſuper, offerentes coram Domino ignem alienum. 389

16. Aſſumptoque thuribulo quod de prunis altaris impleuerit, & hauriens manu compoſitum thymiama in in-

incenſum. 404
19. Agrum tuum non ſeres diuerſo ſemine. 131
27. Omnis æſtimatio,ſiclo ſanctuarij ponderabitur. 259

Numeri.

8. Candelabrum in Auſtrali parte erigatur. 290
13. Abſciderunt palmitem cum uva, quem portauerunt in vecte. 526

Deuteronomium.

9. Dominus Deus tuus ignis deuorans, atque conſumens eſt. 402
10. Et patribus tuis conglutinatus eſt Dominus. 425
Circumcidite præputium Cordis veſtri. 168
21. Si egreſſus fueris ad pugnam contra inimicos tuos; & videris in numero captiuorum mulierem pulchram, &c. 66.
22. Si ambulans per viam, in arbore vel in terra nidum auis iuueneris, &c. 167
Non arabis in boue ſimul & aſino. 131
Non indueris veſtimento, quod ex lana, linoque contextum eſt. ibid.
30. Circumcidet Dominus Deus tuus Cor tuum, & Cor ſeminis tui. 183

Lib. 1. Regum.

13. Quæſiuit Dominus virum iuxta Cor ſuum. 13

Lib. 2. Regum.

14. Ponderabat capillos capitis ſui ducentis ſiclis, pondere publico. 111

Lib. 3. Regum.

3. Dabis ergo ſeruo tuo Cor docile. 12
18. Et tu conuertiſti Corda eorum iterùm. ibid.

Lib. 4. Regum.

10. Numquid eſt Cor tuum rectum ſicut Cor meum cum Corde tuo? Et ait: Eſt. 545

Iob.

7. Militia eſt vita hominis ſuper terram. 346
12. Si continuerit aquas, omnia ſiccabuntur, ſi emiſerit eas,ſubuertent terram. 326
23. Deus molliuit Cor meum. 192

Pſalmi.

4. FIlij hominum vſquequò graui Corde? 104
21. Factum eſt Cor meum tanquam cera liqueſcens, in medio ventris mei. 11.199
22. Calix tuus inebrians quàm præclarus eſt. 530
23. Innocens manibus,& mundo Corde. 12.199
32. Qui finxit ſigillatim Corda eorum. 32
36. Gladius eorum intret in Corda ipſorum. 11
37. Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi. 350
Ibid. Miſer factus ſum & curuatus ſum vſq; in finē. 104
38. Concaluit Cor meum intra me: & in meditatione mea exardeſcit ignis. 402
39. Legem tuam in medio Cordis mei. 302
Et Cor meum dereliquit me. 90.92
41. Quemadmodum deſiderat Ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. 438
Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum. 327
44. Specie tua & pulchritudine tua intende, proſperè procede,& regna. 390
Et filiæ Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. 213
50. Cor mundum crea in me Deus, 277
Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus ; Cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies 174.262
55. In me ſunt Deus vota tua , quæ reddam laudationes tibi. 231
56. Paratum Cor meum Deus, paratum Cor meum. 13
61. Effundite coram illo Corda veſtra, 159
Diuitiæ ſi affluant, nolite Cor apponere. 114
65. Holocauſta medullata offeram tibi. 241
68. Dederunt in eſcam meam fel,& in ſiti mea potauerunt me aceto. 488
71. Reges Tharſis & Inſulæ munera offerent. 214
72. Cum hominibus non flagellabuntur. 474
75. Viri diuitiarum. 113
83. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. 11
Aſcenſiones in Corde ſuo diſpoſuit. 358

Digitized by Google

91. Iuſtus vt palma florebit. 186
96. Rectis Corde lætitia. 263
103. Et vinum lætificet Cor hominis. 525
Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox: in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſiluæ. 287
Petra refugium herinaciis. 533
104. Conuertit Cor eorum vt odirent populum eius. 13
111. Confirmatum eſt Cor eius, non commouebitur. ibid.
114. Conuertere anima mea in requiem tuam. 427
118. Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilataſti Cor meum. 360
130. Domine non eſt exaltatum Cor meum, neque elati ſunt oculi mei, &c. 189
142. Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. 325.328

Prouerbia.

4. Omni cuſtodia ſerua Cor tuum, quia ex ipſo vita procedit. 388
10. Virga in dorſo eius, qui indiget Corde. 94.471
16. Spirituum ponderator eſt Dominus. 236
Pondus & ſtatera iudicia Domini ſunt. ibid.
17. Sicut igne probatur argentum, & aurum camino: ita Corda probat Dominus. 245
20. Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æſtate, & non dabitur ei. 314
21. Appendit autem Corda Dominus. 235
23. Præbe fili mi Cor tuum mihi. 214

Eccleſiaſtes.

10. Cor ſapientis in dextera eius, & Cor ſtulti in ſiniſtra illius. 95

Cantica.

1. Poſuerunt me cuſtodem in vineis: vineam meam non cuſtodiui. 86
Faſciculus Myrrhæ dilectus meus mihi; inter vbera mea commorabitur. 15.447
Botrus cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi. 526
Lectulus noſter floridus. 502
2. Sub vmbra illius, quem deſideraueram, ſedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. 510

Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo. 395
Flores apparuerunt in terra noſtra, tempus putationis aduenit. 146
Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ. 553
Vinea noſtra floruit. 274
3. In lectulo meo per noctes quæſiui quem diligit anima mea. 501
Ferculum fecit ſibi Rex Salomon de lignis Libani, &c. 568.
4. Vulneraſti Cor meum ſoror mea ſponſa. 280
5. Ego dormio, & Cor meum vigilat. 411
Vox dilecti mei pulſantis; aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea. 44. 48
Surrexi vt aperirem dilecto meo. 49
Manus meæ ſtillauerunt myrrham. 51
Peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo. 50
Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus locutus eſt. 195. 199
Labia eius lilia diſtillantia myrrham primam. 37
6. Vt paſcatur in hortis, & lilia colligat. 331
Et inſpicerem ſi floruiſſet vinea. 211
7. Videamus ſi floruit vinea. 212
8. Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ, ibi me docebis. 53
Dabo tibi poculum ex vino condito. 487. 526
Pone me vt ſignaculum ſuper Cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum. 309. 379

Sapientia.

1. IN ſimplicitate Cordis quærite illum. 405
2. Sermo ſcintilla ad commouendum Cor noſtrum: quia extincta, cinis erit corpus noſtrum. 2
7. Candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula. 540.

Eccleſiaſticus.

2. DEprime Cor tuum, & ſuſtine. 183
Illuminabuntur Corda veſtra. 296
3. Cor ingrediens duas vias, non habebit ſucceſ-

ſus,

ſus. 14
14. Inſatiabilis oculus cupidi. 137
16. Qui minoratur Corde cogitat inania. 99
23. Quis ſuperponet in cogitatu meo flagella,& in Corde meo doctrinam ſapientiæ. 476
24. Rigabo hortum meum plantationum. 325
28. Sepi aures tuas ſpinis. 480

Iſaias.

19. Titulus Domini iuxta terminum altaris erit in ſignum, & in teſtimonium Domino exercituum. 513
28. Coanguſtatum eſt ſtratum, ita vt alter decidat, & pallium breue vtrumque operire non poteſt. 131
41. Confortauit eum clauis,vt non moueretur. 492
46 Redite præuaricatores ad Cor. 148
47. Non poſuiſti hæc ſuper Cor tuum. 13
51. Incuruare,vt tranſeamus. 105
61. Plantatio Domini ad glorificandum. 507
63. Torcular calcaui ſolus. 527
64. Vtinam dirumperes cælos & deſcenderes, à facie tua montes deflueret. 198

Ieremias.

4. Laua à malitia Cor tuum. 11.201
Circumcidimini Domino,& auferte præputia Cordium. 179
5. Indurauerunt facies ſuas ſupra petram. 121
Audi popule ſtulte, qui non habes Cor. 12
6. Erudire Ieruſalem ; ne fortè recedat anima mea à te. 40
Defecit ſufflatorium, in igne conſumptum eſt plumbum. 249
9. Omnis domus Iſraël incircumciſi ſunt Corde. 168
17. Prauum eſt Cor hominis & inſcrutabile. 255
22. Si fuerit Iechonias annulus in manu dextera mea, inde euellam eum. 381
23. Numquid non verba mea ſunt quaſi ignis, dicit Dominus: & quaſi malleus conterens petram. 194

Dabo legem meam in viſceribus eorum,& in Corde eorum ſcribam eam. 298
48. Eſto quaſi columba nidificans in ſummo ore foraminis. 532.534

Threni.

2. EFfunde ſicut aquam Cor tuum ante conſpectum Domini. 159
8. Circumdedit me felle. 488
Tetendit arcum ſuum, & poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam. 390
Dabis eis ſcutum Cordis laborem tuum. 346

Ezechiel.

3. DOmus Iſrael attrita fronte eſt, & duro Corde, 130.
11. Dabo eis Cor vnum. 424
22. Eò quòd conuerſi eſtis omnes in ſcoriam. 247
24. Multo labore ſudatum eſt; & non exiuit de ea nimia rubigo eius. 248.457
28. Nihili factus es. 277
36. Conuertar ad vos, & arabimini, & accipietis ſementem. 307
Dabo vobis Cor nouum, & ſpiritum nouum ponam in medio veſtri. 275
40. Et pone Cor tuum in omnia, quæ oſtendam tibi. 13
44. Inducitis filios alienos incircumciſos Corde. 169

Daniel.

5. APpenſus es in ſtatera; & inuentus es minus habens. 236

Oſee.

2. SEpiam viam tuam ſpinis, &c. 477
Ducam eam in ſolitudinem,& loquar ad Cor eius, 43
7. Columba ſeducta non habens Cor. 12.91
10. Diuiſum eſt Cor eorum,nunc interibunt. 129
11. In funiculis Adam traham eos, & in vinculis charitatis. 462
13. Dirumpam interiora iecoris. 11

Ioël.

2. SCindite Corda veſtra, & non veſtimenta veſtra. 310
3. Et fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem ſpinarum. 458

Ionas.

2. IN profundum in Corde maris. 11.436

Micheas.

6. INdicabo tibi, ô homo, quid ſit bonum, & quid Dominus requirat à te: vtique facere iudicium, *&c.* 79

Nahum.

1. INdignatio eius effuſa eſt vt ignis, & petræ diſſolutæ ſunt ab eo. 192

Aggæus.

1. POnite Corda veſtra ſuper vias veſtras. 13
2. Ponam te quaſi ſignaculum, quia te elegi. 381

Zacharias.

3. ECce lapis, quem dedi coram Ieſu: ſuper lapidem vnum ſeptem oculi ſunt: ecce ego cælabo ſculpturam eius. 494
7. Cor ſuum poſuerunt vt adamantem, ne audirent legem. 122
9. Vinum germinans virgines. 526
13. Fons patens domui Dauid, & habitantibus Ieruſalem, in ablutionem peccatoris. 205
14. In die illa erit quod ſuper frænum equi eſt ſanctum Domini. 496

EX NOVO TESTAMENTO.

Matthæi.

5. BEati mundo Corde, quoniam ipſi Deum videbunt. 12.
6. Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & Cor tuum. 116
Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. 131

Diſcite

11. Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis Corde. 134
12. Erit filius hominis in Corde terræ. 11
13. Verbum ſeminatum eſt in Corde, *&c.* 317
Qui autem ſuper petroſa ſeminatus eſt, *&c.* non habet in ſe radicem, *&c.* 320
22. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. 384
Diliges Dominum Deum tuum ex toto Corde tuo. 13
26. Vigilate, & orate; vt non intretis in tentationem. 413
27. Emerunt ex illis agrum figuli in ſepulturam peregrinorum. 549

Marci.

15. CHriſtus Rex Iſraël deſcendat nunc de Cruce. 313

Lucæ.

8. EXiit qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum. 318
Dum ſeminat, aliud cecidit ſecus viam. 319
Aliud cecidit in ſpinas. 117. 321
12. Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi vt accendatur? 402
14. Qui ſe humiliat, exaltabitur. 186
15. In ſe autem reuerſus, dixit, *&c.* 151
18. Percutiebat pectus ſuum. 178
21. Hæc vidua plus quàm omnes miſit. 238
Attendite ne grauentur Corda veſtra crapula & ebrietate, & curis huius vitæ. 106

Ioannis.

14. SPiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere, *&c.* 372
Ad eum veniemus, & manſionem apud eum facimus. 373
19. Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum. 514
Vnus militum lancea latus eius aperuit. 520

Actuum Apoſtolorum.

7. ECce video cælos apertos. 196
Et Petrus ad ſe reuerſus, dixit. 150

13. Inueni

13. Inueni Dauid filium Ieſſe virum ſecundùm Cor meum. 13.544

Ad Romanos.

1. OBſcuratum eſt inſipiens Cor eorum. 12
6. Conſepulti ſumus cum Chriſto per baptiſmum in mortem. 547.550
8. Sapientia carnis inimica eſt Deo. 373

Ad Galatas.

2. VIuo autem iam non ego, viuit verò in me Chriſtus. 424
4. Miſit Deus ſpiritum filij ſui in Corda noſtra. 415.
6. Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. 503
Ego ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto. 382

Ad Epheſios.

1. DEus det vobis illuminatos oculos Cordis veſtri. 12.
3. Chriſtum habitare per fidem in Cordibus veſtris. 144
4. Qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit. 358
5. Vt exhiberet ipſe ſibi Eccleſiam glorioſam, non habentem maculam neque rugam. 504

Ad Coloſſenſes.

3. QVæ ſurſum ſunt quærite. 419
4. Orationi inſtate, vigilantes in ea. 414

Iacobi.

1. VIr duplex animo inconſtans eſt in omnibus viis ſuis. 504
5. Confirmate Corda veſtra. 467

Petri.

4. VIgilate in orationibus. 413

Apocalypſis.

3. ECce ſto ad oſtium, & pulſo. 44
22. Beati qui lauant ſtolas ſuas in ſanguine agni. 207

FINIS INDICIS.

SVM-

SVMMA PRIVILEGII REGII.

PHilippus Dei gratia, Hiſpaniarum, Indiarum, *&c.* Rex Catholicus, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, *&c.* Sereniſſimus Belgarum Princeps, diplomate ſuo ſanxit, ne quis Librum, cui Titulus eſt: SCHOLA CORDIS, *ſiue*, *Auerſi à* DEO CORDIS *ad eumdem Reductio & Inſtructio*, *Auctore* D. BENEDICTO HAEFTENO *Vltraiectino*, *Reformati Monaſterij Affligemienſis Ordinis S. Benedicti* PRÆPOSITO, præter Boëtij à Bolſwert voluntatem, vllo modo imprimat, aut alibi impreſſum in Inferioris Germaniæ ditiones importet, venalémve habeat. Qui ſecus faxit, confiſcatione Librorum, & alia graui pœna mulctabitur, vti latiùs patet in Litteris datis Bruxellæ.

Signat

Wouwere.

BIBLIOTECA ... ROMA ...

Dictus Boëtius à Bolſwert tradidit Hieronymo Verduſſen ſupradictum Priuilegium.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google